

APVD INCLYTAM
BASILEAM
AN. M. D. XXIII.

EGESIPPI

HISTORIOGRAPHI INTER SCRIptores ecclesiasticos uetustissimi, de rebus à Iudæorũ principibus in obsidione fortiter gestis, dęq; excidio Hierosolymorum, aliarumq; ciuitatũ adiacentium, libri quinq; diuo Ambrosio Mediolanensi episcopo interprete.

EIVSDEM Anacephaleosis fini operis adiecta est.

Apud sanctam Romanorum Coloniam.
Anno M. D. XXV.



PHILIPPVS MELANCHTHON GODEFRI
DO HITTORPIO S.

PRæclare mihi de rebus mortaliũ mereri uidere mi Hittorpi, cũ optimos subinde autores, & uel ad religionem, uel ad alias uitæ partes utilissimos repurgas atq; recudis. Nam cũ his qui in urbibus olim, aut tabulam aliquam, aut mœniũ partem refecerant, coronas, aliaq; præmia decreuerit antiquitas, qd tibi debeť, qui summa fide diligentiaq; multos iam scriptores, è tenebris erutos, deterso situ ac squalore, in lucem reduxisti? cũ nulla monumenta perinde uitam ornent, nulla mœnia, nulla propugnacula respu. fidelius communiant, q̃ literæ. Mihi profecto hoc seculũ, si, aut pulcherrimi laboris, quem in ueteribus autoribus restituendis nonnulli collocant, utilitatem non intelligit, aut liberalissime meretibus nullã habet gratiã, magis barbaꝛ uideť, q̃ fuere ulli unq̃ Scythæ. Ego sanè ingens me beneficiũ accepisse cõfiteor, cũ Plinius tuus huc allatus est, doctissimi uiri Iohãnis Cæsarii industria, plurimis in locis emẽdatus atque illustratus. Nam cum Plinius uelut in compendium contraxerit uniuersam naturæ scientiam, ille mihi unus liber semper uisus est instar locupletis bibliothecæ esse. Dii seruent Cæsariũ, qui pulcherrimo quidem operi, ueꝛ undiq; & temporꝛ iniuria, & chalcographoꝛ insciti deprauato, mederi conatus est: in magnis rebus uel uoluisse præclaꝛ ducunt, etiam si paꝛ successerit. Hic aũt ut non omnia sanarit Plinii uitia: interdũ enim ut Ouidius, inquit, docta plus uale et arte malũ. At plurima uulnera adeo feliciter curauit, ut nec cicatrix extet. Pauloante à Pliniana lectione absterrebanť honestaꝛ artiũ studiosis & quemadmodum uiam dumis ac uepribus obsitam, qui iter faciũt, uitant, ita autorem laceꝛ, mẽdosum, mutilatũ, nemo attingebat: uidebaturq; futuꝛ ut neglectus aliq̃n prorsus periret, aut à blattis arrosus, aut etiam à cauponũ genere in scõbros uersus. Nunc ille tanq̃ diuĩo aliquo pharmaco, senio exuto repubescit: & bona spes est, cũ salebræ illæ, quæ lectores antea morabanť, complanatæ sint, habituꝛ deinceps Plinius, & cultores, & lectores frequentiores. Id uero ad uniuersam rem literariam conseruandam tuendamq; plurimũ momenti attulerit. Quam multis eñ autoribus non Latinis tñ, sed Græcis etiam uita reddita est Plinio restituto? Nam ut alios omittã, nec Aristotelis historia animãtiũ, nec Theophrasti scriptũ de plantis à nobis intelligi sine Plinio pt. Multos hic in illis locos interpretať, ut Græci dicũt, παραφρασικῶς: multos eo uerboꝛ genere exprimit, & cũ uerbũ ex uerbo uertit, qd Græcæ lectiõi magnam lucem adfert. Proinde cũ & tuo sumptu, & Cæsarii labore Pliniũ habeamus propemodũ sartũ, tectũ, multũ utriq; nostri seculi homines, multũ posteritas debebit, q̃ uobis autoribus classicus scriptor literariæ supellectili accessit. Demosthenem accepimus, cũ Athenis publica bibliotheca incendio consumpta esset, ibiq; Thucydidis historiæ forte conditæ, unà periissent, meminisse reposuisse integrũ illius scriptũ. Non minorẽ profecto seruati Plinii laudem Cæsarius ad posteros afferet, quàm & propter renouatũ Thucydidẽ, Demosthenes. Olim regũ erat munus, illustres autores ab interitu uindicare, & bibliothecas instruere. Nũc in tanto regũ ueterno, priuati quidam homines cupidi reipub. iuuandæ, hanc prouinciam sibi sumũt defendendæ & amplificandæ rei literariæ: quibus hoc plus gratiæ debeť, q̃ magno cũ periculo fortunaꝛ suaꝛ, & magna cũ inuidia depugnandũ illis est cum quodam hominũ genere, quod, impio prætextu religionis, summa ui literas opprimere contendit. Porrò inter humana omnia nullũ erat honestius ornamentũ religionis, q̃ literæ. Optarim aũt & eos autores publicari, qui ueterem historiam reꝛ inter Christianos gestaꝛ continent. Quod si fieret, de plerisq;, quæ hoc tempore in dubiũ uocanť, iudicari, statuiq; commodius posset. Proinde q̃ Egesippũ excudis ueterem scriptorem, & non impuꝛ, uehementer probo. Nam & exemplũ deletæ Iudaicæ nationis dignum est, quod semper ob oculos nostros uersetur: unde magnitudinem ac uim iræ diuinæ aduersus impios æstimemus. Et quæ de Christianæ religionis incunabilis ac propagatione scribit, non erat committendum, ut interciderent. Nam qui nullam antiquitatis notitiam habent, hi mihi, nihilo certius uel de religione, uel de rebus aliis honestis iudicare posse uidentur, quàm illi, quos finxit Plato in specu rerum simulacra tantum proeul uidere, non intueri propè res ipsas. Vale, Vuittenbergæ, v, Caleñ, Martii,

INDEX OPERIS.

Aaron summus sacerdos, ad filios suos ex uoluntate diuina, unctione legitima, sacerdotij transmisit prærogatiuam 29.a
Abilam Placidus, Romano imperio restituit 46.a
Abrahã reuersus de Mesopotamia Chebron inhabitabat 48.a
Acciatici belli initium. 11.a
Acies armatæ, & currus, ante Hierosolymitanæ urbis excidium in nubibus uisa 69.a
Aegyptus inassueta imbribus regio 49.b
Aegyptus sibi ipsi imbreis creat, & pluuiarum huberta teis parat 27.a
Aegyptus decies septingẽta & 50. milia hoĩm, præter Alexandriæ incolas, ascripta habet Ro. fascibus 27.a
Aegyptius pseudopropheta, triginta milibus Iudæorum associatis sibi, Hierosolymam penetrabat 25.b
Africa altrix terrarũ orbis, subiecta Ro. ĩperio 70.a
Agrippa Aristobuli filius, Romã proficiscitur, cõtra Herodẽ tetrarchã, apd Tiberiũ iudicio cõtẽdere uolẽs. 24.a
Agrippa Caiũ Germanici filiũ, ĩamicitiã sibi ascisc. 24.a
Agrippa iussu Tiberij in uincula ductus, grauibus modis excruciatur 24.a
Agrippa inexpugnabili muro Hierosoly. cingere uolens, morte præuentus, opus imperfectũ reliquit 25.a
Agrippa filius, in locum Agrippæ patris à Claudio Cæsare surrogatur 25.a
Agrip. rex in expugnatiõe Gamalæ saxo petitur 42.a
Agrippæ oratio ad populum Iudæorum 25.b
Agrippæ & Beronices ædes Hierosoly. incẽsæ 28.a
Agrippa rex ad Othonẽ Romam contendit 47.b
Agrippina Claudij Cæsaris uxor, ipso iure naturæ Romanũ ĩperij successorẽ, principatus exortẽ reddidit. 25.a
Aiacis uel Aimi ucus 48.a
Alani gens fera, Scythiæ incolæ 71.a
Alanorum bellandi mos 71.a
Albini præfecti Iudææ auaritia 25.a
Alchimus in sacerdotium substituitur, Onia principe sacerdotum occiso 29.a
Alexander Aristobulo fratri in regno succedit 3.c
Alexander regnum adeptus fratrem interemit 3.a
Alex. aduersus Lathyrũ Ptole. cõgressus, rex cõstituitur. 3.a
Alexandri fuga de prælio quod contra Obedam regem Arabiæ gesserat 3.a
Alex. quinquaginta milia Iudæorum interemit 3.a
Alexã. moritur duobus superstitibus liberis 3.b
Ale. moriẽs uxori suæ Alexãdriæ regnũ reliqt. 3.b. et 29.b
Alexã. uinculis Magnielapsus, bellum assumit 6.a
Alex. uictus aufugit, necatis suorum tribus milibus 6.a
Alexander pacem à Sabinis petens, castella quæ reparauerat, Romanis tradit 6.a
Alexã. triginta milibus suorum, circa Ithabirium montem cæsis, cum decem milibus aufugit 6.b
Alex. magici criminis accusati corã Cæsare, defensio. 14.b
Alexander eunuchorum corruptor 15.b
Alexandri ex Glaphira filij 18.a
Alexãdri incauti querela, causa mortis 17.a
Alex. Herodis filiũ. se quidã esse simulauit 24.a
Alexander cognomento Magnus, usq; adoceanum uictoriam extendit 26.b
Alexandriæ urbis conditor & descriptio 49.b
Alexandriæ urbis portus difficilis accessu ibidem. b
Alexandri Magni uirtus 59.b
Alexãdra supra fœmĩei sexus cõditionẽ prælia dispõit. 4.a
Alexandra reliquis præstans, pharisæis quasi inferior obtemperabat 4.a
Alexãdræ cœpta celeri eius obitu destituuntur 4.a
Alexandræ magnanimitas 4.a
Alexandræ morbus. 4.a
Alexandræ uersutum consilium 4.a
Alexandra filium Hyrcanum in sacerdotium paternum substituit 13.b
Alexandra moriens Hyrca. filium hæredem bonorum constituit 29.b
Alexander & Aristobulus Herodis filij custodiæ dantur 29.b
Alex. & Aristobulus uincti ad Cæsarẽ mittũtur 17.b
Alex. & Aristobu. Herodis filij strangulantur 17.b
Alex. & Philippus duces omnium prudentissimi iuuentissimiq; habiti sunt 18.a
Alex. Aristo. substituitur, penes quẽ & regnum & sacerdotium usq; ad dies uitæ eius mansit 26.b
Allegationibus non muneribus informandus iudex 29.b
Amathus oppidum ubi 4.b
Amathus Syro sermone, uapor aquarũ appellatur 46.b
Ananias sacerdos occiditur 46.b
Ananus & Iosephus Curione genitus, Hierosolymitanæ urbis negocijs murisq; instaurãdis præficiũtur 61.b
Ananus sex milia armatorum in porticibus templi Hierosolymitani constituit 23.b
Anani principis sacerdotum desperatio 43.b
Annana uicus 44.b
Annibal multarum regionum uictor, & frequens Romanis triumphis militans, ex duce mercenarius, ex triumphatore factus est fugitiuus 3.b
Annibal semel uictus, sese reparare nequiuit 26.b
Animus integer aduersus corruptelam pecuniæ, laqueis auaritiæ non capitur 26.b
Antigonus clarus militiæ gestis, scenophegiorum die domum reuertitur 4.b
Antigonus apud Aristo. frẽm falso delatus 2.b
Antig. regijs stipatoribus adorsus ĩprudẽs opprimitur. 2.b
Antigoni neci decretus locus Stratonis turris 2.b
Antigoni cadauer ad Aristobuli fratris sanguinem delatum clamorem emittit 2.b
Antigonus Aristobuli iunior filius à Pompeio Romam ducitur 3.a
Antigo. Cæsari occurrẽs Antipatrũ accusat 3.a
Antig. Ptolemæũ improuiso impetu iugulari cogit 7.a
Antigonus Iosippum Herodis frẽm occidit 10.b
Antigonum Herodes obsidet 10.b
Antigonum obtruncat Antonius 10.b
Antiochus rex, Aegyptum suo imperio adiecit 11.a
Antio. rex Hebræorũ ritus, & ministeria neglexit 1.b
Antiochus magna manu Hierosolymam ueniens, Hyrcanum obsedit 1.b
Antiochus uictus à fratribus prælio, fuga sese eripuit 2.a
Antiochus, qui etiam Dionysius appellatur Demetrij frater. 2.a
Antiochus occiditur (ci. 2.a
3.b
3.b

Antiocho regi.300.auri talenta per Hyrcanum donata,ut Hierosolymitanam obsidionem relinqueret 2.a
Antiochia Syriæ metropolis 33.b
Antiochiæ descriptio & situs 33.b
Antiochia splẽdidissima Syriæ urbs 17.a
Antiochus Comageni filius Cæsarẽ hortatur ut Hierosolymitanæ urbis muros succidat 59.a
Antiochus patrem ad mortem cogit 71.b
Antipater Idumæus genere 4.b
Antipater rex uxore Arabica quatuor filios & unam filiam suscepit 6.b
Antipater aduersus Aristobulum prælio certaturus, Arabum regi filios suos,tanquam charitatis mutuæ pignora misit 6.b
Antipater uulneribus exceptis, egregium uirtutis suæ exhibuit testimonium 7.a
Antipater inter amicos à Cæsare receptus 7.a
Antipater Romanæ reipub.honoribus dignatus. 7.a
Antipatri oratio ad Cæsarem 7.a
Antipater totius Iudææ procurator factus 7.a
Antipater muros Iudæorũ ædificari poposcit 7.a
Antipater Dosidis priuatæ mulieris filius,in regno ortis, ab Herode præfertur 14.b
Antipater ab Herode,publice condito testamento,solus successor imperij designatur 14.b
Antipater regio cultu,præter diadema,Romæ à Cæsare fulcitur 14.b
Antipatri uitia 15.a
Antipater Samaritanus mirum in modum ab Herode excruciatur 19.a
Antipatri ex urbe Roma reditus 20.a
Antipatri oratio ad Herodẽ patrẽ,qua se expurgat 20.b
Antipater Cæsarẽ super patris testatur amore 2.a
Antipater se mortis periculo urgeri uidẽs,unum ex filijs imperij hæredem scripsit 22.a
Antipatri testamentum 22.a
Antipater paricidij conuictus,morti adiudicatur ab Herode 22.b
Antipater iussu Herodis occisus, in Hyrcania sepelitur 22.b
Antipas à patre Herode moriẽte tetrarchas Iudææ cõstituitur 22.b
Antonia castrum prius Baris nominatum 2.b.& 25.b
Antonius Cleopatræ amoribus totus deditus 8.b.et 11.a
Antonius Iudæorum decem milia,Ascalonem urbem diruere uolentium,necat 33.b
Antonia castrum expugnatum & incensum 28.a
Antonius cẽturio imprudẽs iaculo transfigitur 36.b
Antoniæ castri muri à Romanis occupantur 64.b
Antonia castrum iussu Titi funditus diruitur. 65.a
Apollinis templum,Cæsar cõdidit multis&ornatibus uenustauit 22.a
Arabes Herodis exercitum graui cæde fundunt 11.a
Arabum quinq; milia ab Herode cæsa 11.b
Arabum septẽ milia ab Herode cæsa 11.b
Arabes Iudæorum ad seuientium uiscera incidunt, utex eis aurum corradant 62.b
Aretas ad regnandum à Damascenis expetitus 3.b
Aries machinamentum bellicũ unde nomen habeat. 35.b
Aristeus scriba occiditur 61.b
Aristobulus fratrum suorum, ætate prouectior, mente promptior 2.a
Aristobulus principatum sacerdotij ad regni potentiam uertit 2.a
Aristo.sibi primus diadema imponere usurpauit 2.a
Aristobulus matrem fratresq; uinctos arcta custodia detinet 2.a
Aristo.ob fratricidium in graue morbum incidit 2.b
Aristobulus euulsis uisceribus sanguinem euomit 2.b
Aristobulus digno paricidij sui circũuenitur pretio 3.a
Aristobulus sibi ipsi uindictam fratricidij exoptat 3.a
Aristobuli finis & imperij & uitæ. 3.a
Aristobuli pro facinorosis apud matrem intercessio. 4.a
Aristobulus ægrotãte matre thesauros regios occupat. 4.a
Aristobuli uxor & filij in castrum à matre recluduntur. 4.a
Aristobulus regno pulsus,Hierosolymam confugit 4.b
Aristobulus Scauro per Pompeium misso obsidione liberatur 4.b
Aristobulus collecta manu hostẽ insequitur 4.b
Aristo.6000.hostium apud Paparionẽ prælio fudit. 4.b
Aristobuli secessione commotus consul Romanus, arma in Iudæam conuertit 4.b
Aristobulus in Alexandrium castrum confugit 4.b
Aristobulus obstupefactus propter obsessionem Hierosolymitanæ urbis,nihil non offert,& pauca præstat. 5.a
Aristobulus cum filijs & socero à Pompeio Romam ducitur 5.b
Aristobuli reditus in Iudæam plurimum turbarum excitauerat 6.a
Aristobulus Alexandrium reparat 6.a
Aristobulus se contra Gabinium,derelictis munitionibus,bello parat 6.a
Aristobulus in castelli Machæruntis munimenta se recipit 6.b
Aristobulus cum filio Antigono à Romanis captus,ad Gabinium mittitur 6.b
Aristo.in uincula à senatu Romano detrusus 6.b
Aristobuli ex Beronices Salomæ liberi 18.b
Aristobulus Hyrcano succedẽs,regno sacerdotium adiunxit. 29.b
Aristobulus à Pompeio captus cum filijs Romam dirigitur 29.b
Archelai oratio qua Alexandrum paricidij delatum, coram Herode expurgat. 16.b
Archelao reconciliationis inter Herodem & Alexandrum autori,quinquaginta talẽta & sedile gemmis insignitum regali munificẽtia conferuntur 17.a
Archelao.ab Antipatro iam morituro rex instituitur 22.b
Archelao milites plaudentes fidem & beneuolentiam spondent 22.a
Archelaus nouem milia Iudæorum celebritate paschali interficit 23.b
Archelaus pro pecudibus homines immolauit 23.b
Archelaus Idumæus genere 23.b
Archelaus rectoris munere,nõ regis officio fungitur. 23.b
Archelaus obscœnitatis morum,apud Cæsarem delatus,Viennam relegatur,opesq; eius thesauris Cæsaris associantur 24.a

Archelaus Mariamnem uxorem repudians, Glaphiram fratris uxorem sibi copulat 24.a
Archelai somniũ de nouem spicis à bobus deuoratis. 24.a
Artabazes Parthorum rex Cleopatræ donatus 11.a
Artorius,qui & Agorius dictus est,à Lucio ad uitam seruatur 66.b
Asamonæi nacti potestatem præsidẽdi populo, Ionathã sacerdotem summum constituerunt 29.b
Asidæi in societatem Iudæorum asciti 1.b
Assyrij genus hominum ad auaritiam promptum 62.b
Ascalon urbs ampla & muris subnixa ualidis, septingentis & uiginti stadijs ab Hierosoly.distat. 33.b
Ascalonitæ duo milia quingentos Iudæorum straue runt. 72.b
Asphaltitis lacus medicabilis plerisq;, Herodem sine ullo profectu ægrum tenebat 22.a
Asphaltitis lacus,cruore & cæsorum uisceribus,naturæ suæ speciem mutauit 46.a
Asphaltitis & Tiberiadis lacuum discrimen 46.b
Asphaltitis lacus qualitas 47.a
Asphaltitis lacus aquæ,bituminis plenæ. 47.a
Asphaltitis lacus longitudo & latitudo 47.a
Athenienses pro libertate totius Græciæ, patriam incendio tradiderunt 26.b
Audacia in bello murus est 52.b
Augustus mensis funestus Iudæis 68.b
Aulana ciuitas ubi 52.b
Auri talenta tria milia è Dauidis sepulchro eruta per Hyrcanum 2.a
Auri fames nihil sequendum putat, nisi quod ad præsens lucrosum sit 62.b
Auri trecenta talenta Antiochi regi per Hyrcanum donata,ut Hierosol.obsidionem relinqueret 2.a
Balsamum ubi nascatur 3.a
Balsamum quo modo gignatur 47.a
Baris castrum ab Antonio triumuiro Antonia dictum. 2.b
Barzafarnanes Persarum satrapa 9.a
Bellatum septem diebus sine intermissione à populo Iudaico, et Eleazaro principe latronum Hierosoly. 28.a
Bellorum ciuilium rumor in exercitu Romano,de Vitellij imperio 49.a
Belli incentiuum,ignorantia principis 49.a
Belli dubius euentus 55.b
Bello ciuili nihil fœdius 57.a
Beronices & Agrippæ ædes incensæ 28.a
Besemelel urbis expugnatio 28.a
Besemelel urbe expugnata, incolarum octingenti in media ciuitate crucifiguntur 3.b
Bethesda & Cenopilis à Cestio Romanorum duce incenduntur 30.b
Betesmon Placidus Romano imperio restituit 46.a
Bituminis Asphaltitis lacus utilitas, & medica operatio. 46.b
Bituminis glebæ in Asphaltitos lacus aquis nantes 47.a
Butius uir notæ experientiæ,& ualidæ fortitudinis apud Iudæos 47.a
Britanniam Romana arma penetrauerunt 42.a
Britanniam Romano imperio Vespasianus acquisiuit. 32.a
Britannia Romanorum uirtute in orbem redacta est. 26.b

Cæsar Pompeium senatumq; Romanum ultra Ionium mare expulit 6.b
Cæsar ueneno interemptus negocium imperfectum reliquit 7.a
Cæsaris oratio qua Herodi respondet 12.a
Cæsari templum de albo marmore iuxta fontes Iordanis Herodes condidit 12.b
Cæsari colossus in medio templi constitutus ab Herode 12.b
Cæsaris consilium de Alexandro & Aristobulo Herodis filijs ad se missis 12.b
Cæsare defuncto Tiberium priuignum suum successorem Romano imperio reliquit 24.a
Cæsariæ urbis corditor Iudæus fuit 25.b
Cæsaris mortis opinio Pompei fautoribus ascribitur. 7.a
Cæsaria Iudææ regionis urbium maxima 38.b
Cæsariæ descriptio & situs 38.b
Caius Tiberij successor, grauissimas seditionis causas Iudæis dabat 25.a
Capernaum fons Genesaris regionis 41.a
Capartor & Ligarus uici Idumæi à Vespasiano maxima strage labefacti 46.b
Cassius in Syriam transeuntes Parthos insidijs excipit. 6.b
Cassius in Iudæam irruit 6.b
Cassius Tarichæis deletis,triginta milia Iudæorum in seruitutem uendidit 6.b
Castoris Iudæi callidi stratagema 55.a
Castoris Iudæi mors 55.a
Cecinnæ Vitelliani exercitus ducis oratio ad suos milites 50.a
Cecinna solutus uinculis ad Vespasianum ab Antonio mittitur 50.b
Cedron uallis 53.a
Centurionis cuiusdam memorabile facinus 42.a
Cerealis dux Romani exercitus 48.b
Cerealis exercitui à Tito præficitur 66.a
Ceremoniarum Hierosolymitani templi rationes 54.a
Cestius dux exercitus Romani in partibus Syriæ 30.a
Cestius uicos Cæsariæ proximos incendit 30.a
Cestium Romani exercitus ducem stupor inuadit 30.b
Cestij educentis ab Hierosolymis exercitum nobile stratagema 31.b
Cometa ante euersionẽ Hierosolymitanæ urbis uisus. 68.b
Conscientia bona in bello plurimũ ualet 33.a
Consultius sua tutari quàm aliena suis adiungere. 4.a
Cor regis in manu dei 53.a
Custobarus & Saulus à Iudæis ad Cestium deficiunt. 31.a
Cyrenensium cum Carthaginensibus bellum 27.a
Chananæus quidam diues,Hierosolymam cõdidit 54.a
Chares sonitus ingentis terrore exanimatus. 42.b
Chebron uetusta & celebris urbs à Simone capitur. 48.a
Christi corpus templum uocatum. 52.b
Cleopatra Ptolemæi mater, fructum uictoriæ filio adimens in Aegyptum concedit, ut mortem imminentem euadat 3.a
Cleopatra in urbe Ptolemaide à Tigrane rege obsidione clauditur 4.a

Cleopatræ libido maxima 13.b
Cloelia Romana uirgo ruptis uinculis hostes eusit 69.b
Clytus sibij pſi manum ſiniſtram abſcidit 33.a
Craſſius Gabinij ſucceſſor 6.b
Craſſus ad Parthicum bellum profecturus, omne auru quod Hieroſolymis in templo fuerat, abſtulit 6.b
Craſſus Euphraten tranſmiſſus exercitum amiſit, & ipſe extinctus eſt. 6.b
Craſſo defuncto Parthi in Syriam tranſeunt 6.b
Creta centum urbibus nobilis, unum Romanum conſulem uerita eſt 27.a
Crudelitas pacem conciliat. 3.b

DAmaſceni infeſtis odijs Ptolemæum perſequebantur 3.b
Damaſcus urbs à Ptolemæo frequentibus incurſibus territa 4.a
Damaſceni à Romanis opem poſtulant 4.b
Damaſceni Iudæos in ſynagogis ſuis congregatos interfecerunt 31.a
Damaſceni octo milia Iudæorum ſtrauerunt 72.b
Daphnes nemus amœniſſimum & celebre 41.b
Dathan & Abirom hiatus terræ uorauit 21.b
Dauid paricidam ſuum, quem ſeruare non potuit, uindicauit 21.b
Dauid primus uir Hebræus Chananæos Hieroſolymitana urbe expulit 54.a
Dauidis pugna cum gigante 59.b
Demetrius in bello contra Alexandrum uictoria potitur 3.b
Depoſitum dei anima eſt in humano corpore 38.a
Difficile in proſperis inuidia carere 8.a
Diſceſſio Alexandri à Demetrio uicti in montes 3.b
Diogenes delatus à Phariſæis occiditur 4.a
Diuitiarum cupiditas maxime uirtutem animi effœminat 62.b
Doſis Herodis uxor prima, Mariamne Alexandro Ariſtobuli genita, altera 8.b
Dora & Ioppe maritimæ urbes 12.b
Doloſus Gadarenſium primas 45.b
Doſis Herodis uxor, de qua Antipatrum ſuſcepit filium. 13.a
Domitianus Veſpaſiani germano genitus interrex conſtituitur 51.a
Druſion turris ab Herode ædificata. 12.b

EGeſippo quatuor libri regnorum in morem hiſtoriæ conſcripti 1.a
Egeſtas latrocinium ſuadet 21.a
Eleazarus Ionathæ frater iunior cæteris, pro religione mori non recuſauit 1.b
Eleazarus princeps latronum apud Iudæam 25.a
Eleazarus per uiginti annos Iudæam depopulatus, tandem à Felice Iudæorum præſide captus Romamq; ductus graues pœnas dedit 25.a
Eleazarus principis ſacerdotis filius magnæ audaciæ uir 28.a
Eleazari mors, Iotapatam urbem ab excidio liberauit. 35.b
Eleazarus urbis Hieroſolymitanæ tertius tyrannus 51.a
Eleazari principis ſicariorum oratio ad populum 71.b
Elichus (à Ioſepho felix uocatus) Phaſelum Herodis fratrem pulſat, fratris mortem uindicaturus 8.b
Elichus Maſſadam impoſitis præſidijs occupat 8.b
Eliſeus Eliæ diſcipulus 46.b
Eliſeus propheta corruptelæ aquarum fontis prope Hiericho remedium dedit 40.b
Epiſtolæ Salomes nomine Antipatri compoſitæ 21.b
Epiſtolæ Agmes, ad Antipatrum miſſæ, tenor 21.b
Euphrates niſi ſuis accolis acceſſibilis 27.a
Euricles Lacon genere, cupidus opum 17.a
Euricles adulationibus Herodis amicitiam uenatur 17.a
Ex ſanguine Aaron ſolum principes ſacerdotum fiebant. 29.a
Ezechias latro Syriam frequentibus incurſionibus moleſtat. 8.a
Ezechias iugulatur. 8.a
Ezechiæ mortis dilatio. 54.b

FAbatus Romanæ militiæ moderator, & Cæſaris amicus 21.a
Fabius Maxi. cunctando uicit Annibalem 45.b
Fabius & Furio centuriones Romani, primi in templum Hieroſolymitanũ inſultum fecerunt 5.a
Fallio Antipatri frater præfio ſunditur 4.b
Facinus inſigne patris in filios & uxorem 10.b
Fame mori miſerrimum 6.a
Fame laborantibus Romanis Hyrcanus alimoniam adminiſtrat 6.a
Fames dira Hieroſolymis 58.b.&.60.a.&.63.a. &.67.a
Fames omnem affectum, & maxime uerecundiam excludit 58.b
Fragilis ſpes, quæ non ex propriæ uirtutis fidutia, ſed ex aliena pendet miſeria 11.b
Felix, alio nomine Elichus uocatus, Phaſelum Herodis fratrem pulſat, fratris mortem uindicaturus 8.b
Felicis ſucceſſor Feſtus plurimos latronum comprehenſos, ultimo exitio dedit 25.b
Fidelis nemo qui ſuis infidus fuerit 5.b
Fides in conſcribẽdis rebus geſtis maxime neceſſaria. 28.b
Fides in conſcribẽdis rebus geſtis maxime neceſſaria. 62.b
Fides hoſti etiam ſeruanda 62.b
Fide bella optime geruntur 62.b
Filiorum Abrahæ ſepulchrum prope urbem Chebrõ. 48.a
Forenſi prælio, internum apud Romanos ſucceſſit 53.a
Fortitudo ſine conſilio temeritas 55.a
Florus Albini ſucceſſor ſæuiſſima cæde in populum Iudaicum deſæuiebat. 25.b
Florus ob exaſperatam plebem Iudaicam à ſe urbe Hieroſolymitana extruditur 27.b
Florus à Romano rege regno ſuo redditur. 27.b

GAbaon urbs, ab Hieroſolymis quinquaginta ſtadijs diſtans, à Romanis incenditur 30.a
Gabinius, à Pompeio ad Ariſtobulum miſſus pro pecunijs expetendis, urbe expellitur 5.a
Gabinius Alexandri tentamentis, quibus muros Hieroſolymitanos reparare conſtituit, occurrit 8.a
Gabinius Scauri ſucceſſor 6.a
Gabinius Iudæam in quinq; conuentus diuiſit 6.a
Gabinius expeditionem in Parthos parat 6.a
Gabinius prælio Nabathæos ſubigit 6.b
Gabinius Mithridatem & Tigranem fugientes de Perſide clàm dimittit 6.b
Gadaram quam Iudæi euerterant, Pompeius reformat. 5.b
Gadara à Tito & Veſpaſiano funditus euertitur 34.b
Gadara urbs à Veſpaſiano iuſſa eſt incendi 35.a
Gadarenſes legatos ad Veſpaſianum mittunt, ut ſibi auxilio ueniat 45.b
Gadarenſes primorem urbis ſuæ, Doloſum nomine, interfecerunt. 45.b
Gadara urbs Romanis tradita 45.b
Gadir mons Samaritanis ſacer 24.b
Galba Romano imperio præficitur 47.b
Galba ſeptimo menſe à die aſſumptæ poteſtatis Romano foro pœnas luit 47.b
Galilæam Herodes ab omni incurſu latronum liberat. 10.b
Galilææ duæ, inferior & ſuperior 34.a
Galilææ utriuſq; ſitus & deſcriptio 34.a
Galilæa, minor Peræa regione, ſed utilior 34.a
Galilææ utriuſq; fertilitas 34.a
Galilæa omnis in poteſtatem Romanorum deducta. 34.a
Galliarum incolæ, populus natura ferox, & armis deditus 43.a
Galliarum deſcriptio 26.b
Gamala & Gaulon ab Alexandro euerſæ 26.b
Gamalæ urbis deſcriptio et ſitus 3.b
Gamala urbs prius Camela uocitata 41.b
Gamalæ expugnatio & ruina 41.b
Gamalæ excidium 42.a
Glaphira Alexandri uxor ſuperba mulier 42.a
Glaphiræ uiſio poſtquam Archelao nupſiſſet 15.b
Grauius eſt ſua quàm aliena inceſſere 24.a
Græci aſſentatores 33.a
Gemellus & Nimphidius Neroni obnoxij 17.a
Geneſar lacus deſcriptio 47.b
Geneſaris lacus piſces præſtantiores cæteris 40.b
Geneſaris regionis deſcriptio 41.a
Geneſar regio huberrima 41.a
Genera tria calamitatum 41.a
Genetilium maxima cædes apud Scythopolitanos per fraudem illata 45.a
Gereſa urbs à Veſpaſiano capitur 31.b
Germani immanes & inſuperabiles 47.b
Germani aduentu Romanorum cognito, montes conſedisſe, & Rhenum exaruiſſe arbitrati ſunt. 26.b &.69.b.
Giſcalæ incolarum quieta ingenia 26.b
Giſcala Titum apertis portis & Romanum exercitum excepit 42.b
Gorgon uir amabilis occiditur. 43.a

HEbræorum octomilia interempta 45.a
Herodes Antipatri filius, Galilææ præficitur. 3.a
Herodes Ezechiam latronem, multosq; prædonum correptos iugulari iubet 8.a
Herodes magno exercitu Hieroſolymam petit, uindicaturus Hyrcani rebellionem 8.a
Herodes in Arabiam proficiſcitur pro captiui fratris redemptione 9.b
Herodes à Cleopatra Alexandriam ueniens ſummo honore ſuſcipitur 9.b
Herodes Romam ueniens, ſibi ſuiſq; in periculo poſitis, ab Antonio auxilium implorat 9.b
Herodi regnum ſenatuſconſulto defertur 9.b
Herodes ab Antonio ad comuiuium inuitatur 9.b
Herodes è Galilæa latrones extirpat 10.a
Herodi balneum ingredienti, tres uiri diſtinctis mucronibus occurrere 10.b
Herodis religio circa ſacramenta Iudæorum 10.b
Herodes bellum aduerſus Arabas parat 11.a
Herodis oratio ad ſuos milites 11.a
Herodis oratio ad Cæſarem 12.a
Herodis coronatio à Cæſare 12.a
Herodi à Cæſare multa donantur 12.b
Herodes templum dei mirifice ornat 12.b
Herodes caſtrum Antoniam communit 12.b
Herodis liberalitas 12.b
Herodis iuramentum uxori factum 12.b
Herodes furens, uxorem propriam & Ioſippum adinem occidi iubet 14.a
Herodes non ſolum animi, uerum & corporis ægritudine laborans uenatibus, corporis & mentis ſalubritatem recipit. 14.a
Herodis filij maternæ mortis ultores 14.a
Herodis filij Romæ Græcis iuxtà & Latinis eruditi literis 14.a
Herodis oratio ad populum 14.a
Herodes tres filios ſimul reges conſtituit 14.b
Herodi à Cæſare filij redditi 13.a
Herodis oratio ad filios ſuos 14.b
Herodis in Pheroram munificentia 13.a
Herodes Alexandrum uinculis alligatum cuſtodijs ſepſit 15.b
Herodes filios ſuos, de quibus arguebantur, ſeuere interrogat. 16.a
Herodes ad urbem Berithon iudicio celebrando contra filios ſuos properat 17.a
Herodis filios Saturninus morti condemnat 17.b
Herodis oratio plena mœſtitudine & commiſeratione de nepotibus 17.b
Herodis nouem uxores 18.b
Herodes defunctus Hieroſolymam tranſfertur 18.b
Herodis uerba repellentis Antipatrum 19.a
Herodis examen circa Antipatrum filium 20.a
Herodis duritia aduerſus Antipatrum 20.b
Herodianæ ægritudinis deſcriptio 21.b
Herodianæ crudelitatis mandatum non exequitur. 22.a.b.
Herodes militibus quinquagenas drachmas iubet dari, ne feralis miniſterij executionẽ recuſarent 22.b
Herodes ſeſe ſuo gladio ferire cupit 22.b
Herodes anno tricesimoſeptimo imperij ſui moritur. 22.b
Herodis teſtamenti recitatio 22.b
Herodis mors, magnifica funeris curatio, & in Herodio ſepultura 22.b
Herodes Tiberiadem urbem in Tiberij honorem condidit 24.a
Herodes Antipas perfidiæ & crudelitatis ſuæ (quam Iohannem baptiſtam occidendo exercuerat) iuſtas

pœnas dedit 24.b
In Herodem defunctum libera uulgi iudicia 23.a
Herodes ab Agrippa accusatus coram Cæsare tetrarchia defungitur 25.b
Herodes in Hispaniam fugiens cum uxore, mœrore animi consumptus est 25.a
Herodes fratris uxorem Herodiadem, naturæ immemor, solicitat ut relicto fratre sibi nubat 29.a
Herodes uxorem ad Macherunta oppidum dirigit, ut Herodiadi pactionis fidem seruet 29.a
Hierosolymitani templi à Pompeio oppugnatio 5.a
Historiæ Egisippo scriptæ causa quæ 1.a
Hierosolymitanæ urbis oppugnatio à Romanis Cestio duce exercitus 30.b
Hierosolymitanæ urbis captiuitas cursit delata 30.a
Hierosolyma caput Iudææ 34.b
Hierosolymitani excidij initium 43.a
Hierosolyma quasi sentina omnium sceleratorum 43.a
Hierosolymitanorum octo milia uno die cæsa 45.a
Hiericho urbis descriptio 46.b
Hierosolymitani Simonem latronum principem adoriuntur bello 48.a
Hierosolymitani omni genere uitiorum à suo duce exerciti 48.b
Hierosolymitanam urbem Chananæus quidam potens condidit 54.a
Hierosolyma prius Solyma uocitata 54.a
Hierosolyma ciuitas muro à Cæsare circuncingitur, ne alicui Iudæorum effugium patret 60.a
Hierosolymitanus ager per tredecim miliaria circum uastatus 63.a
Hierosolymitanam urbẽ Titus ingenti manu inuadit. 65.b
Hieroso. templi ianuæ argento opertæ succenduntur. 68.a
Hierosolymitanum templum decimo die Augusti mensis à Romanis incensum 68.b
Hierosolymitani templi structura mirum in modum à Tito laudata 68.b
Hieroso ly. octauo die Gorpiei mensis concremata est. 71.a
Honor filiorum patris gloria 15.a
Hyrcanus sepulchrum Dauidis disrupit 2.a
Hyrcanus primus xenodochia instituisse fertur 2.a
Hyrcanus Medis bellum intulit 2.a
Hyrcanus Samariam munitionibus circundedit 2.a
Hyrcani mors 2.a
Hyrcani laus 2.a. & 29.b
Hyrcanus uxori negocia summæ rei commisit 2.a
Hyrcanus animi quadam præscietia tenuit filios suos non diuturnos fore 2.a
Hyrcanus defuncto patre Alexandro, ad regnandi spem erigitur 4.a
Hyrcanus in matris hæreditatem succedit 4.a
Hyrcanus uiuente adhuc matre dignitate sacerdotij induitur 4.a
Hyrcano plurima bellatorum manus à rege adiuncta ut regno restitueretur 4.b
Hyrcano omnis belli fiducia in Arabiæ uiribus sita 4.b
Hyrcano sacerdotij principatus à Pompeio datur 5.b
Hyrcanus fame laborantibus Romanis alimoniam subministrat 6.a
Hyrcano aures dentibus abscinduntur 9.a
Hyrcanus dignus sacerdotio à Cæsare pronuntiatus. 7.a
Hyrcanus patre Simone defuncto in sacerdotij prærogatiuam demigrauit 29.b
Hyrcanus præses suorum ciuium à Pompeio statuitur 29.b
Hyrcano, Alexandræ matris mors & regnum & sacerdotium ademit 29.b
Hyrcano non idem uitæ finis, qui potestatis fuit 29.b
Hyrcanus truncatis auribus, ludibrium de se Barbaris præbuit 29.b
Hycani mors 24.b
Iacobus unus principum Idumæorum, homo callidus & uafer 46.a
Iacobus patriæ suæ proditionẽ Simoni obtulit 48.a
Iaphæ urbis ciues insolentes 36.a
Iaphæ urbs natura loci septa, & gemino circumuallata muro 36.a
Iechonias Babylonijs patriam suam obsidentibus se & sua in seruitutem dedit 61.b
IESVS ad Pilatum ducitur 28.b
IESVS excidiũ Hierosolymitani templi annuntiauit 29.a
Iesus & Eleazarus sacerdotes, Idumæam tuendam receperunt 35.a
Iesus prædatoriæ manus princeps 39.b
Iesu Ananiæ filij continuus clamor 69.a
Iesu Ananiæ filij mors 69.a
Iesus unus sacerdotum Tito uasa ministeriorum offert 70.b
Iohannes summam reipublicæ seniori filio committendam esse uoluit 2.a
Iohannes baptista Herodem incestus arguens, necatur in carcere 25.a. & 29.a
Iohannes baptismum propter purificationem animi & corporis instituit 29.a
Iohannes Giscalæ indigena populi sui lues 42.b
Iohannis sceleratissimi hominis responsio ad Titum 42.b
Iohannes ab Giscala intempesta nocte discedens ad Hierosolymitanam urbem se confert 45.a
Iohannis principis seditiosorum dolus in templo patratus. 52.a
Iohannis ducis Idumæorum mors 54.b
Iohannes & Simon seditionum incentores 58.a
Iohannis principis seditiosorum responsio ad Titum 65.a
Iohannes seditionum princeps, fame tabidus, ieiunio confectus Cæsari se tradit 71.a
Iohannes ad triumphum Cæsaris reseruatur, perpetuis uinculis innodatus 71.a
Ionathas Iudæ Machabæo succedit 1.b
Ionathæ mors 1.b
Ionathas, cui & nomen Iohannes, paterni sacerdotij munere fungitur. 1.b
Ionathæ matrem, germanosq; uiuos, in muris præcipitandos locat Ptolemæus 1.b
Ionathæ mater non salutis auxilium, sed ultionis solatium obsecrabat 1.b
Ionathæ necis causa
Ionathas sese studio natandi oblectans in piscina necatur 13.b
Ionathas sacerdos à sicarijs Hierosolymis occiditur 25.a
Ionathas per septem annos functus sacerdotio, insidijs Tryphonis finem uitæ inuenit 13.a
Ionathas decimum septimũ annum agens, sacerdos ab Herode creatur 29.b
Ionathas ab Herode interemptus 29.b
Ionathas Romanos ad singulare certamen prouocat. 66.a
Ioppe ab Herode capitur, ut suos ab obsidione liberaret. 10.a
Ioppe à Cestio Romani ducis exercitu occupatur 30.a
Ioppe direpta à Cestij militibus exuritur 30.a
Ioppe situs & à fundamento excidium 39.a
Iordanis ortus ubi 12.b. & 41.a
Iordanis per Geneſaris lacum medio fluento transiens, in Asphaltite lacu conditur. 41.a
Iordanis cæsorum corporibus obstructus, sic quod proprios cursus dirigere non poterat 46.a
Iosedech sacerdotum princeps post egressum patrum de Aegypto, ritus ueteris solennitatis reformat 29.a
Iosephus historicus plus indagini rerum & sobrietati sermonum, quàm religioni & ueritati studuit. 1.a
Iosephus perfidiæ Iudæorum in ipso etiam sermone consors 1.a
Iosephi de Iesu crucifixo testimonium 28.b
Iosephus suis sermonibus de Christo non credebat 28.b
Iosephus Curione genitus & Ananus principes sacerdotum Hierosolymitanæ urbis negocijs, murisq; instaurandis præficiuntur 32.b
Iosephus Curione genitus disciplinæ militaris exercitatissimus 32.b
Iosephi circa Tiberiadem urbem stratagema 33.a
Iosephus bellum in totam Iudæam excitauit 33.a
Iosephus ex Gadara ad Tiberiadem transit 34.b
Iosephus ex Tiberiade ad Iotapatam proficiscitur. 25.a
Iosephi stratagema in urbe Iotapata 25.a
Iosephi stratagema contra arietis impetum 33.b
Iosephus lacu delitescit in captione Iotapatæ, anno imperij Neronis decimotertio 33.b
Iosephus diuinæ legis interpres 36.b
Iosephi oratio qua Iudæis respondet 37.a
Iosephi oratio ad Deum Optimum Maximum 37.a
Iosephus per Nicanorem ad Vespasianum ducitur 38.a
Iosepho pars maxima salutis Titus apud patrem fuit. 38.b
Iosephus uinculis soluitur fractis catenis 38.b
Iosephi oratio ad populum Iudaicum 50.a
Iosephi pater uinculis conclusus 55.a
Iosephus Iudæos ad deditionem hortando, graue uulnus accepit 62.a
Iosephi uerba ad Iohannem 62.a
Iosippus Antigoni se obsidentis copias prælio fudit 63.a
Iotapatam urbem Vespasianus obsidet 9.b
Iotapatæ urbis situs 25.a
Iotapatam urbem Vespasianus secundo expugnat 35.a
Iotapatæ urbis expugnatio & destructio 35.b
Idumæam Herodes oppugnatam recipit 36.a
Idumæi genus hominum mobile ad bellum à Iudæis rogantur 10.a
Idumæorum uiginti milia congregantur 43.b
Idumæorum irruptio 43.b
Idumæorum quinque milia Simonis partibus astipulantur 45.a
Idumæi deditionem à Tito rogant 54.a
Idumæi se Romano exercitu tradunt 70.b
Ignis inextinguibilis & iugis Iudæorum templo seruatur 70.b
Improborum uilis affectus 28.a
Imperium sine gratia uile, & plerunq; noxium 2.a
Imperij Romani nomen Augustum cur dicatur 13.a
In uictoria modus tenendus 36.a
Indorum mos in agone 3.b
Isidis sacerdotes necantur 72.a
Isidis simulacrum Tiberi demergitur 24.b
Insolentia maior ex potestate oritur 24.b
Iudæorum perfidiæ Iosephus consors 6.a
Iudæorum ærumnam Iosephus deplorat, causa ipsius non agnita 1.a
Iudæi sibi ipsis cladis autores fuere 1.a
Iudæi Romanorum amicitiam rogantes fidem non seruauerunt 1.a
Iudæorum spes omnis belli gerendi, in mœnibus non in uiribus erat 1.a
Iudæorum multi, dum bellum sabbato suscipere detrectarent, occisi sunt 1.b
Iudas Machabæus Matathiæ patri successit 1.b
Iudas Machabæus frequenter innumeras hostium copias parua manu fudit 1.b
Iudæ Machabæi laus à re bellica, bonitate consilij, & integritate fidei 1.b
Iudæ Machabæi mors 1.b
Iudas Machabæus propriam mortem uleiscẽs moritur. 1.b
Iudas Essenus genere, futura annuntiasse fertur 2.b
Iudas Antigoni mortem prænuntiat 2.b
Iudæorum decem milia à Theodoro prælio fusa 3.a
Iudæorum familiaris pestis ut de epulari ludo sese ad arma excitent 3.a
Iudæorum quinquaginta milia Alexander interemit 3.a
Iudæi Demetrium regem sibi auxilio futurum, aduersus Alexandrum in bellum excitauerunt 3.a
Iudæorum sex milia à Demetrio defecerunt ad Alexandrum 3.b
Iudæi sacris religionis diebus ab omni opere uacant 5.a
Iudæi sabbato etiam si offeratur bellum, decernendum sibi ferro non existimant 5.a
Iudæis maxima cura ministeriorum suorum, in quibuscunq; etiam periculis fuissent 5.a
Iudæorum in expugnatione templi Hierosolymorum fusa duodecim milia 5.a
Iudæi expugnato templo Hierosolymitano nihil magis ingemuerant, quàm abscondita illa sua mysteria detecta & manifestata 5.a
Iudæa suis finibus à Pompeio circunscripta 5.a
Iudæa à Gabinio in quinq; conuentus diuisa 5.a
Iudæorum quinq; milia bello contra Gabinium cæsa 6.b

Iudæorum plurimi ab Alexandro ad Antipatrum reuocati 6.b
Iudæorum forte responsum 22.a
Iudæorum nouem milia in paschæ celebritate ab Archelao interfecti 23.b
Iudæorum regnum nulli, quàm qui generis Iudææ erat competebat 23.b
Iudæorum multi ab Eleazaro & factionis suæ socijs obtruncantur 28.b
Iudæi Syriorum urbes debellant 28.b
Iudæorum Cæsaream habitantium quinquaginta milia occisi 28.b
Iudæi crucifixo Iesu diuinorum arbitro, discipulos eius persequebantur 28.b
Iudæorum plerique, & gentilium plurimi, operibus ultra humanam potestatem à Iesu inuitati, in eum erediderunt 28.b
Iudæorum octo milia & quadraginta in Ioppe à Cestio occiduntur 30.a
Iudæi Hierosolyma à Cestio obsessi non feriabantur fortiter præliantes 30.a
Iudæorum in Romanos irruptio 31.a
Iudæorum decem milia in Damasco occiduntur 31.a
Iudæorum nouem milia ab Antonio duce Romani exercitus occiduntur 33.b
Iudææ regionis descriptio 34.b
Iudæorum Iaphæ habitantium strages 36.a
Iudæorum Samariam habitantium duo milia & ducenta à Cerealí Romani exercitus duce occisi 36.b
Iudæorum oratio Iosepho mortem suadentium. 36.b
Iudæorum Ioppen inhabitantium 4500. occisi, quorum corpora despumauerat mare 54.a
Iudæorum odium in Iosephum 39.b
Iudæorum 6700. interempti 41.b
Iudæorum 6000. Neroni à Vespasiano missi 41.b
Iudæorum 3000. à Vespasiano uendita 41.b
Iudæorum Gamalam inhabitantium quatuor milia à Romanis interfecta 42.b
Iudæis sacra die tractare de pacis conditionibus prohibitum 43.a
Iudæorum nonaginta duo milia uno die occisi 46.a
Iudæorum decem milia cum Simone, & quinquaginta eorum duces 54.a
Iudæa asperis belli et domesticis seditionibus exagitata. 51.a
Iudæi noua & inaudita supplicia perpessi 58.b
Iudæorum quingeni uno die patibulis affixi 58.a
Iudæi manibus amputatis in ciuitatem remittuntur 59.a
Iudæorum multi uiso cibo deficiebant 62.a
Iudæi aurum in famis angustia absumptum, ex inquinamentis alui recolligunt 62.b
Iudæorum duo milia ab Arabibus occisa ob spē auri. 62.b
Iudæis coria scutorum & ipsa calciamenta loco cibi erant 67.a
Iudæi præsagia euersionis suæ urbis non intellexerunt. 69.a
Iudæorum plurimi ucnales, pauci emptores 70.b
Iudæorum decies centena milia occisi 71.a
Iudæorum nonaginta septem milia captiui abducti. 71.a
Iudæorum multi bestijs obiecti 71.a
Iudæi Massadam inhabitantes, se & uxores & liberos occiderunt 73.a
Iudex allegationibus non muneribus informandus 4.b
Iulius Cæsar in senatu graues pœnas dedit, Cassio & Bruto autoribus 8.b
Iuliadē Placidus Romano imperio restituit 46.a
Iuliani centurionis natione Bithyni fortitudo. 64.b
Iuliani centurionis mors 64.b
Iuliani centurionis corpus à Iudæis rapitur 64.b
Labor improbus post ægritudinem mortem gignit. 3.b
Lamentatio super Hierosolymitanam urbem 72.b
Lamentatio matris Iosephi 62.a
Lathyrus Ptolemæus aduersus Alexandrum regem uictoria potitur 3.a
Latrocinium immane Iudæorum & Syrorum in urbe Cæsarea 28.b
Latronum ingens congregatio loca quæq; proxima Cæsareæ deuastauit 30.a
Latronum duo milia à Gallo occiduntur 30.a
Legatorum apud eos etiam qui humanitatem nesciunt inuiolata conditio 11.b
Leges inter arma maxime ualent 62.b
Leonidis Lacedæmonij dictum 63.b
Libera in defunctum Herodem uulgi iudicia 23.a
Libertas causa necis Iohanni baptistæ 29.a
Locus prope Hierosolymam in quo balsamum gignitur. 5.a
Locus contra Helenæ sepulchrum ubi 52.b
Locus Brios appellatus ubi 55.a
Longinus equestris ordinis uir, in medios hostes irruit 55.a
Longinus (qui & Longus nuncupatur) maluit proprio perire gladio, quàm contaminare probro Romanæ indolis fortitudinem 66.b
Lygarus & Capartor Idumæi uici, maxima strage à Vespasiano labefacti 46.b
Lysanias Ptolemæi filius, cognomento Memnæus 9.a
Machabæorum res gestas propheticus sermo paucis absoluit 1.a
Machabæorum fides 52.a
Macherunta castellum Romani capiunt 6.b
Malachus Antipatrum è medio ueneno auferri curauit 8.b
Malachus multis confossus uulneribus trucidatur 8.b
Manaimus Iudæ Galilæi filius peritus sophista 28.a
Mariamne uxoris Herodis laus à sobrietate & prudentia 14.a 18.a
Mariamnes filiorum interitus 67.a
Maria fœmina locupletissima filium proprium coxit 67.a
Mariæ oratio ad filium 67.a
Marcus Torquati filius securi à patre iussus seriri. 40.b 28.a 71.b
Massada castellum à Iudæis occupatur 1.b
Massadam Sylla expugnat 1.b
Matathias sacerdos à sacrilegio temperauit 1.b
Matathias cum filijs suis usum patrium temerauit 1.b
Matathias belli sabbato adoriendi autor fuit

Matathias obseruando legem sabbato feriatus mori, maluit, quàm præliatus uiuere 61.a
Matthias & Iudas iuuentutis doctores 22.a
Matthias & Iudas Herode iubente uiui exuruntur 22.a
Matthias sacerdotum princeps Simonis ingressum obsecrat 49.a
Matthias à Simone cum tribus filijs occiditur 60.b
Matthias, phibitus dare oscula morituris filijs 60.b
Matthiæ oratio, qua morituros filios cōsolatur 60.b
Matthiæ expostulatio aduersus Simonem 60.b
Matthias liberos ad mortem præire iubet exemplo Machabæorum 61.a
Materiæ diuersæ Hierosolymitani templi rationes 54.a
Medis ab Hyrcano bellum illatum. 2.a
Memphitæ sese societati Mithridatis adiunxere. 7.a
Metus acerba odia comprimit 53.a
Minoratio potestatis insolentiam reprimit 6.a
Miranda de Aspaltitis lacus aquis 47.a
Miserrimum omnium obsidione claudi. 1.a. & fame mori 6.a
Mithridates præter spem periculis belli euadit 7.a
Montium horrendorum descriptio 10.a
Montis excelsæ altitudinis descriptio 12.b
Montis supra Iordanem descriptio & situs 46.b
Montis ferrei descriptio & situs 46.b
Moses mortuus in monte Abarim 37.a
Mos quorundam hominum, ut hominem recens natum fletibus, mortuum gaudijs prosequantur 72.a
Mulier modesta, sagax, & prouida, nonunquam optime regit, non tam armis quàm religione 4.a
Multitudo disciplinæ insolens sibi ipsi impedimento. 40.a
Mundus Paulinæ, sub Anubis prætextu, concumbit 24.b
Munitior qui sequitur quàm qui præcedit 30.a
Mutianus à Vespasiano ad Italiam dirigitur 50.a
Mutij Romani fortitudo. 70.a
Nabathei à Gabinio prælio subiguntur 6.b
Naboth propheta à suis lapidatus 65.b
Natura aquarum fontis quem Eliseus per immissionē salis benedicti sanctificauit 47.c
Naturæ lex omnibus eadem 56.a
Necessitas præliandi promptiores bello reddit milites. 35.a
Necem iniustam non nobilitas, sed innocentia facit 61.a
Nero Romano īperio præficitur à Claudio deficiēte. 25.a
Nero meditationi tragicorum carminum deditus 31.b
Neronis uitia Vespasiani armis apud exteras gentes abscondebātur 32.a
Nero aduersus Christianos insurgit 32.a
Nero Simonis magi delinimentis captus 32.a
Nero Simonem magum præsidem suæ salutis, uitæq; custodem, constituit 32.a
Nero Vespasianum militiæ quæ in Syria erat præfecit 32.a
Nero imperij sui anno decimotertio occiditur 32.a
Nero matri suæ non pepercit 47.b
Neronis fuga ex urbe Romana 47.b
Nero magano quod sibi parauerat, perijt 47.b
Nicolai oratio qua Antipatri uersutijs respondet 47.b
Nicolai oratio pro Archelao Herodis filio 21.b 23.b
Nicanor percussus moritur 54.b
Niger Paragites (alias pereites) occiditur 45.a
Nili irrigua spontaneos Aegypto imbres ministrat 49.b
Nilus nauigabilis ad terram Elephantinorum usq; 49.b
Obedas rex Arabum Alexandrum uicit 3.a
Obedientia militum effectum properat 53.b
Odium fraternum primæ labes omnis mali 2.a
Obsidione claudi miserrimum omnium 1.a
Obsidio Sebastiæ urbis 2.a
Obodas Sylæus procurator Arabiæ Herodi inimicissimus 15.b
Officia diuina nunquam omittenda 5.b
Opes in præliorū apparatibus maxime necessariæ. 7.a
Olei natura cito calescere, & tardius calorem conceptum deponere 35.b
Oratio Antipatri ad Cæsarem 7.a
Oratio Herodis ad suos milites 11.a
Oratio Herodis ad Cæsarem 12.a
Oratio Herodis ad ciues 14.b
Oratio Herodis ad filios suos 15.a
Oratio Archelai, qua Alexandrum paricidij delatum apud Herodem expurgat 16.b
Oratio Antipatri ad Herodem patrem suum 20.b
Oratio Agrippæ ad populum Iudaicum, suadentis aduersus Romanos bellum non mouendum 25.b
Oratio Iudæorum Iosepho mortem suam suadentium. 36.b
Oratio Iosephi qua Iudæis respondet 37.a
Oratio Iosephi ad Deum Opt. Max. 38.a
Oratio Titi qua hortatur milites suos ad prælium 40.a
Oratio Titi ad commilitones suos 40.b
Oratio Vespasiani qua consolatur suos milites 42.a
Oratio principis sacerdotum ad Idumæos 44.a
Oratio Cæcinnæ coram centuriombus 50.a
Oratio autoris lamentationibus plena ad populum Iudaicum 50.a
Oratio Titi ad suos milites 51.b
Oratio Iosephi ad populum Iudaicum 53.b
Oratio Matthei ad morituros suos filios 55.b
Oratio Titi ad suos milites, ut forti animo muros Hierosolymitanæ urbis aggrediantur 60.b
Oratio Titi ad seditionis principes 63.a
Oratio Eleazari principis sicariorum ad populum. 69.b
Otho successu imperiali post Galbam potitur 71.b
Otho uoluntaria nece sese ludibrio eripuit 47.b
Ozias lepra perfusus quod sacerdotij munus sibi usurpauit. 29.a
Pacori Medorum regis uxor, ab Alanis capta, centum talentis redimitur 71.a
Parenti utriq; pari munere naturæ ius soluendum. 14.a
Panichis, alij Panuchus, concubinæ nomen 17.a
Panium locus ubi 12.b
Parthici belli principium, sacrilegij dolor 1.a
Parthicum bellum inter Machabæorum duces, & Medorum gentem gestum, diuturnum uariaq; uictoria fuit 2.a
Parthi in Syriam transeunt defuncto Crasso 6.b
Parthi pluribus suorum fusis bellum deseruere 6.b
Pappi ducis exercitus caput disciditur 10.b
Paucis natura præesse dedit, pluribus obtemperare 56.b

Paulinæ Romanæ fœminæ spectatissimi generis ludibrium famosum 24.b
Pecunia metitur potentia & regnum 4.b
Pedanij fortitudo & audacia 66.a
Peræa regionis descriptio & situs 34.a
Peræa regio Galilæa maior, sed Galilæa utilior. 34.a
Peripetasma Hierosolymitani templi pretiosum & maximum 54.a
Pella urbs ab Alexandro euersa 3.b
Petra in finibus Arabiæ sita 4.b
Petrus & Paulus Christianorum doctores, Neronem uirtute suorum operum aduersum sibi fecerunt 32.a
Petrus adolescẽtem nobilem Ro. defunctum resuscitat. 32.b
Petri apostoli constantia 32.b
Petro Romam egressuro Christus occurrit 32.b
Petrus inuersis ucstigijs crucifigitur 32.b
Petrus cruce, Paulus gladio Romæ necati sunt 32.b
Pilatus præses prouinciæ Iudææ Cæsaris imagines Hierosolymitanis ædibus primus inuexit 24.a
Pilatus Samaritanos necat affricto defectionis à Romano imperio crimine 24.b
Pilatus Iudææ præfectus Christum crucifixit 24.b
Pilatus causa exitij Iudaicæ gentis & excidij Hierosolymitani 24.b
Pilatum Iudæi perurgebant ut Iesum morti adiudicaret. 28.b
Pitholaus cum mille uiris se Aristobulo associat 6.b
Pitholaus doli suspectus uenditur 6.b
Pisoni, aula regia, cæteraq; urbis Hierosolymitanæ cõmittuntur 5.a
Pompeius fugientem Aristobulum insequitur 5.a
Pompeius Iudæorum inspexit tabernaculum 5.a
Pompeius sacræ pecuniæ talenta duo milia inuenta seruari intacta præcepit 5.a
Pompei modestia circa sacras res 5.b
Pompeius benignitate magis quàm terrore uictos sibi associauit 5.b
Pompeius uictis Iudæis tributum imposuit, ducem statuit. 5.b
Pompeius Alexandrum Aristobuli filium iugulari iubet. (5.b 7.a
Pompeius Hierosolymitanam urbem occupauit 70.a
Pompeius Hierosolymitanæ urbis templum cepit 70.a
Porticus Solomonis ad fraudem à Iudæis paratur 66.b
Porticus Solomonis à Iudæis incensa, à Romanis exusta. 66.b
Porta aurea à Romanis succenditur 68.a
Porta ænea Hierosolymitanæ urbis per noctes aliquas sponte reserata 56.a
Potentioribus seruire crimen non est 56.a
Pudẽs incautior in certamine à Ionatha occiditur 66.b
Pueri Iudæi reuerentia erga sacerdotes quos Titus occidi iusserat 69.b
Pharisæi quales sint 4.a
Phaselus, Herodes, Iosippus, Pheroras filij Antipatri 6.b
Phaselus filius Antipatri præsul Hierosolymitanus, & dux militiæ cõstituitur 8.a
Phanis agrestis uir, summus sacerdos constituitur 43.b
Pharum turris maxima in portu Alexandrino 49.b
Pharos insula 49.b
Pheroras Herodis frater tetrarches à Cæsare constituitur (15.b
Pheroras bello Parthico occisus. 15.b
Pheroras Salomen incessit, quod nuptias suas Obodæ Arabiæ procuratori spopondisset 15. b
Pheroram Herodes ab uxore propria diuellit 18.b
Pheroras maximo fletu celebrićq; pompa fraternum funus curat 19. a
Pheroras ab Herodis uxore amatorijs poculis accipit. 19.a
Pheroræ uxor de fastigio ædificiorum se præcipitat 19.b
Phiala flumen in Trachonitide regione 41.a
Philippus Trachonitidis regionis hæres constituitur. 22.b
Philippus & Antipas Herodis filij tetrarchæ constituuntur à Cæsare 23.b
Philippus & Alexander Macedones, inuictissimi exercitus duces 26.b
Phinees custos gazophylacij comprehenditur 70.b
Placidi ducis Romani exercitus aduersus Iudæos uictoria 46.a
Precatio irrita si promissum non tenetur 3.a
Præsumptio nimia, incauta & sui negligens 11.b
Principum sacerdotum numerus ab egressu patrum ex Aegypto usq; ad ædificationem templi 29.a
Principatus summi sacerdotij usque ad mortem perseuerabat 29.a
Principum sacerdotum numerus à Solomone usque ad tempora captiuitatis 29.a
Principum sacerdotum numerus à regno Herodis usq; ad imperium 50.a
Priscus Ionatham interemit 66.b
Pro patria lege mori insigne immortalitatis est 22.a
Prouinciæ nomen unde ortum habeat 24.a
Prodigia Hierosoly. excidium præcedentia 61.a
Prudentia in bello plurimum ualet 64.b
Ptolemæus Ionathæ matrem germanosq; uiuos in muris præcipitandos locat 1.b
Ptolemæus Simonis ducis Iudæorum gener 1.b
Ptolemæus Iudæam incursionis immunem non dereliquit. (3.b
Ptolemæus frequentibus incursibus Damascei in colas territat 4.a
Ptolemæi filius ad urbem Ascalonem dirigitur 7.a
Ptolemæi filius sororem Alexan. Aristobuli filiam in coniugij societatem sibi accipit 7.a
Ptolemæi paricidium in filium proprium 7.a
Ptolemæus Aegypti rex ob non seruatam fidem grauissimis bellis premitur 7.a
Ptolemæus Herodis fidissimus amicus 22.b
Qualitas aquarum fontis ab Eliseo benedicti. 47.a
Qualitas aquarum Asphaltitis lacus 47.a
3.b
Quies insueta ægritudinem gignit 3.b
Quinq; urbes Iudææ diuina ultione incensæ 3.a
Regnandi cupido fratribus non parcit 3.a
Repentina conuersio ad pœnitentiam, morumq; inæqualitas suspecta habetur 11.b
Rerum humanarum status exiguis momentis nouatur. 11.b
Ridiculosa Alexandro à suis data responsio 3.a
Romanus exercitus in urbem Hierosolymam receptus. (5.a
Romanis fame laborantibus Hyrcanus alimoniam administrat 6.a
Romanorũ magistratus optimis q̃busq; sorte cesserat. 6.b
Romani ultra oceanum uictoriam extẽderunt 26.b
Romani ultra columnas Herculis imperium suum propagauerunt 26.b
Romanus orbis terrarum orbis appellatur 27.a
Romanorum. 15. à Iudæis prope Gabaõ occisi 30.a
Romanorum. 5000. à Iudæis extincti. 31.a
Romanorum stratagema cõtra commentum Iudæorũ. 35.b
Romanus miles muro Iotapatæ urbis succedens oleo perfunditur 35.b
Romanis uniuersa regna cessere, omnis terra in possessionem data est 56.a
Romani in templum irruentes à Iudæis graui prælio cohibentur ibidem
Romani à templo fugati intra Antoniam claudũtur. 64.b
Romanorum calamitas 66.b
Romani summis uocibus Titum imperatorem declarant. 69.b.
Sabinus congregata militari manu Capitolium occupat 50. b
Sabinus à Vitellio excruciatus necatur 50.b
Sabinus Syrus natione muros Hierosolymitanæ urbis ascendit 64.a
Sabinus telorum ictu obrutus, cadit 64.a
Sacerdotes infidati inter suas hostias immolantur 5.a
Sacerdotes amicti suis stolis inter cadauera cæsorum humi iacebant 5.a
Sacerdotum extrema constantia suorum officiorum 5.b
Sacerdotẽ summum immutilato corpore eẽ oportet 9.a
Sacerdotes Isidis necantur 24.b
Sacerdotum principis oratio ad Idumæos 44.a
Sacrilegij dolor Parthici belli principium 1.b
Salome Antipatri filia 6.a
Salomes filij Antipatri oratio aduersus Archelaum 23.c
Samaritani seruitio dati capta eorum urbe & cuersa 2.a
Samaritanos Pilatus sternit affricto crimine defectionis à Romanis 24.b
Samariæ regionis descriptio & situs 34.a
Samariam Iudæi crediderunt terram promissam patribus suis 34.b
Saturninus Alexãdrũ & Aristobulũ filios Herodis mortis condemnat 17.b
Saul se perimit 37.b
Saxonia inaccessa paludibus 56.a
Saxones hominum genus ualidissimum 56.a
Sebastia urbs ubi 2.a
Sebastiæ urbis obsidio 2.a
Sebaste urbs ab Herode & ædificata & habitatoribus repleta 12.b
Seditio grauis in urbe Cæsaria Iudæorum & gentilium 25.b
Seditio grauis inter Iudæos & gentiles Alexandriæ orta 28.b
Seleucia ab Alexandro euersa 3.b
Seleucia Iudææ urbs Daphnis nemori proxima 41.b
Sephoritani pacem cum Vespasiano ineunt 34.a
Sephoritani finitimas regiones incursantes, latrocinia belli specie exercuerunt 34.b
Sextus Cæsar à Cecilio Basso dolo interemptus 8.b
Sicarij latronum genus Hierosolymis pullulabat 25.a
Sicarij uicina quæq; Hierosolymitanæ urbis depopulati sunt 43.b
Silon & Ventidius Romanæ militiæ duces 10.a
Simon Ionathæ successor 1.b & 29.b
Simon Ionathæ successor manu ualidior, quàm cauendarum fraudum perspicacior 1.b
Simon cum duobus filijs in conuiuio Ptolemæi circumuentus, neci traditur 1.b, & 29.b
Simonis Iudæi acerba passio 31.b
Simonis Iudæi egregia facinora 31.b
Simonis Iudæi oratio ad hostes 32.a
Simonem magum præsidem suæ salutis uitæq; custodem Nero constituit 31.b
Simonis magi iactantia, quod mortuos resuscitauerit. 32.b
Simon magus uolatum pollicetur congregato populo 32.b
Simon è superno aere decidens, fracto crure Aritiam concessit, atq; ibi moritur 32.b
Similitudo morum uoluntatum facit societatem 32.b
Simonis ducis Idumæorum minæ aduersus sacerdotum principes 44.a
Simon Gerasenus ciuis, latrocinijs assuefactus 44. b
Simonis uxor ab exercitu Iohannis capitur 48.a
Simoni uxor redditur 48.b
Simon Idumæam depopulatus 48.b
Simon urbem Hierosolymam ingressus, hostem se omnibus exhibuit 48.b
Simon Matthiam (à quo in urbem receptus erat) occidit 49.a
Simon se Romanis militibus offerens, ad Ruffum Terentium deducitur 60.b
Simon transmissus ad Cæsarem triumpho reseruatur. 71.a
Simon post triumphi pompam neci adiudicatur 71.a
Simulachrũ Isidis Tiberi demergitur 71.a
Sodomitarum regio quondam huberrima splendidissimisq; urbibus distincta 24.a
Solomon Hierosolymitanũ templum fundauit 47.a
Superbiæ malum 54.a
Sylla Faustus ortus Cornelio primus in Hierosolymitanũ templum irrupit 5.a
Syria per Scaurum infestatur 5.a
Scaurus à Pompeio missus Aristobulum obsidione liberat. 4.b
Scaurus in Syria aduersus Arabas bellum molitur (4.b 6.a
Scelus est odisse fratrem 2.a
Scenophegia Iudæorum quæ sint 2.b
Scenæ species, non iudicij disciplina absentem condemnare 2.b
Scythopolitanorum seniores ad Vespasianum precatum ueniunt (18.a 39.b
Strages maxima ab Herode facta 10.b
Stratonis turris ubi 2.b. & 12.b
Stratonis turris locus Antigoni neci decretus 2.b
Stratonis turris postea Cæsaria appellata 5.b
Tarichæis bellum à Romanis infertur 39.b
Tempestas subito Hierosolymis orta 44.b
Terræmotu triginta ferè milia hominum consumpta. 11.a
Terebinthus maxima prope Chebron urbem à constitutione mundi 48.a
Testamenti Herodis recitatio à Ptolemæo 22.b

Tiberius Octauiano defuncto succedit in imperiũ. 24.a
Tiberiadem urbem Herodes in honorem Tiberij iuxta mare condidit. 24.a
Tiberio mortuo Caius succedit. 25.a
Tiberias urbs à Iosepho capitur. 33.a
Tiberius Alexander præses Aegypti. 30.a
Tigranes fugiẽs de Perside, à Gabinio occulte dimittitur.
Timor diligẽtiam docet, & prospicere futuris admonet. (6.b 11..b
Titus & Vespasianus atrox bellum inceptarunt. 34.b
Titus Iosepho maxima portio salutis apud patrẽ fuit. 38.b
Titi oratio ad milites hortans eos ad prælium 40.a
Titi strenuitas præliando aduersus Tarichæos. 40.b
Titi oratio ad commilitones 40.b
Titus mille equitibus ad Giscalã à patre dirigitur 42.b
Titi uerba ad incolas Giscalæ 42.b
Titus ad Galbam mittitur, ut de bello Iudæis inferẽdo interroget. 47.a
Titi reditus ad Iudæam. 52.b
Titus obsidioni sese parat. 52.b
Titus circũuẽtus ab hostibus ĩ magno uersatur piculo. 52.b
Titus militiæ decus saluti suæ præposuit. 53.a
Titi in hostem tertia progressio. 53.b
Titi oratio ad suos milites 53.b
Titi oratio ad milites, ut forti animo muros aggrediantur. 63.a
Titi oratio ad Iudæos interprete Iosepho. 65.a
Titi uerba ad Iohannem seditionis principem. 65.b
Titi orõ, audita ĩmanitate Mariæ in propriũ filiũ. 67.b
Titus consensu omnium imperator declaratur. 69 b
Titi oratio ad seditionum principes 69.b
Titus ad Antiochiam contendit triumphans. 71.b
Tyrannĩ ignoscere nesciunt. 7.a
Tyrannus & Iocundus equestris duces exercitus apud Herodem. 17.a
Tyro uir ueteris militiæ exercitus regij, excruciatur. 18.c
Tyro cum filio, atq; Tryphone Herodis tonsore, saxis ac fustibus interficiuntur 18.a
Tyronis oratio 18.a
Tyridates Armeniæ rex. 71.a
Thabirij montis descriptio. 43.a
Thabirius mons Romanis traditus. 43.a
Theodorus regias opes occupans, decẽ milia Iudæorum prælio fudit. 3.a
Theodorus octo milibus Hebræorũ à se peremptis, in Arabiam iter direxit. 3.a
Traianus ad Scythopolitanos mittitur, ut populi animos exploret. 39.b
Ventidius & Silon Romanæ militiæ duces. 10.a
Vespasiani laus 22.a. & 40.a
Vespasianus impacatas Gallias Germanorum tumultu composuit. 32.b
Vespasianus Britanniam Romano imperio addidit. 32.a
Vespasianus militiæ, quæ in Syria erat, à Nerone præficitur. 35.b
Vespasianus & Titus atrox & memorabile bellum inceptarunt. 34.b
Vespasianus Iotapatæ urbis aquæductus, ne in urbem intrarent, obstruxit. 35.b
Vespa. Iotapaten urbẽ secundo expugnat. 35.b
Vespa. in talo iaculo sagittæ uulneratur. 35.b
Vespa. sex milia Iudæorum in Isthmon misit. 41.b
Vespa. triginta milia Iudæorum uendidit. 41.b
Vespasiani oratio consolatoria ad suos milites. 42.a
Vespasianus moderatus & prouidus uir. 45.a
Vespasiani prudens responsum. 45.a
Vespasianus totam Iudæam deuastat. 48.b
Vespasianus proxima quæq; Hierosolymitanæ urbis castella & munitiones præsidio suorũ deuastat. 47.b
Vespasianus bellum contra Iudæos suspendit. 48.a
Vespasianus Romani imperij gubernacula inuitus suscipit. 48.a
Vespasiani imperium octo mẽsium et quinq; dierum. 50.b
Vespasiani cum filio reditus ad Alexandriam. 31.a
Vespasianus muros Hierosolymitanæ urbis duplici agmine aggreditur. 68.b
Vestium Hierosolymitani templi rationes. 54.a
Vici Cæsariæ proximi à Cestio incenduntur. 30.a
Vita nihil dulcius. 37.b
Vita præsens, carcer animæ nostræ. 7.a
Vitellius crapulæ notatus. 50.a. & b
Vitellianus exercitus Cremonam confugit 50.b
Vitelliani exercitus triginta milia & ducenti cæsi 50.b
Vitellius Sabinum necat. 50.b
Vitellianorum militum uniuersalis cædes. 50.b
Vitellius in medio foro Romæ occiditur, uina simul & sanguinem fundens. 50.b
Vitellij edacitate Roma ferè defecerat 50.b
Virtus patiens, nec in aduersis frangitur. 40.a
Virtuti prouidentia comes. 55.a
Vitula immolanda ante aras edidit agnum 68.b
Voces auditæ à sacerdotibus in templo, ante Hierosolymitanæ urbis excidium. 69.a
Xenodochia Hyrcanus primum instituisse fertur. 2.a
Xerxem fugientem Athenienses persecuti sunt & fugauerunt. 26.b
Zabulon ab exercitu Cestij ducis, diripitur. 30.b
Zabulon iussu Cestij ducis incenditur. 30.a
Zacharias uir diues opum occiditur. 45.a
Zaræ regis filij & fratres se Tito tradiderunt. 70.b
Zeno Cotila Philadelphiæ rex. 2.b

FINIS.

Errata: quibus passim aliam atq; aliam (ut occurrerat) inseruimus lectionem, ne lectoris (quod fieret, si circa spatium textus apposita ubiq; foret) animus in diuersum trahatur, meditans huicne an alteri sit adhærẽdum. Quare si cui libitum fuerit, hic excerpat (facile enim erit) ascribatq; unamquãq; suo loco. Ad hæc, plura fortassis sese offerẽt intellectu difficilia, quæ non tam nobis quàm autori nostri exẽplaris imputabuntur, quod nos ferè secuti sumus: quod non satis tutum sit ab ipso archetypo dissentire, & singula uelle corrigere, præsertim ubi græcus codex abfuerit. Capita libri quinti hoc modo distinguenda. Fo. 59 uer. 32. fa. 1. incipiẽdum est caput. 19. Erat in exer. &c. ibidẽ fo. 60. uer. 5. fa. 1. inchoandũ est caput. 21. Depulsis tamen. Fo. 2. fa. 2. uer. 15. & usur. ibidẽ uer. 19. paricidalis, ibidẽ. 22. indicij. 23. insinuari, ibidẽ. 40. fefellisset. Fo. 3. fa. 1. uer. 2. Quidam legunt, eo quod ꝑsumlo quodam disp. domini, libatũ pempto, sceles. pari. sangui. uideretur. Sõno excl. cau. quæ fuit, cũ file. ibidẽ. 32. uer. Amathunta. Ibidẽ fa. 2. uer. 18. speclabat. 37. uer. Aretas. Fo. 4. uer. 47. fa. 2. imperitare. Fo. 7. fa. 1. uer. 41. cepit, ibidẽ. 26. uer. plerisq;, ibi. fa. 2. ue. 12. pcusserat, ibidẽ uer. 14. questu. Fo. 9. fa. 2. uer. 12. pretiũ. Fo. 10. fa. 1. uer. 9. cepit. uer. 15. uictoriæ mora, ibidẽ. 39. declinantes, ibidẽ fa. 2. uer. 13. germano. Fo. 12. fa. 2. uer. 24. Panium. Fo. 13. fa. 1. uer. 29. obierat, sine interroga. ibidẽ uer. 51. amor uniuer. Fo. 14. fa. 1. uer. 6. mandaui, ibidẽ. 40. quidẽ legũt, uindictam. Fo. 16. fa. 1. uer. 27. reos. Fo. 20. fa. 1. uer. 43. opportune, ibidẽ fa. 2. uer. 51. iacebat. Fo. 21. fa. 2. uer. 11. Abirom hiatus. Fo. 22. fa. 1. uer. 36. sparsim, ibidẽ uer. 39. Asphaltites, ibidẽ fa. 2. uer. 2. drachmas. Fo. 23. fa. 1. uer. 30. filius Antipater, ibidem uer. 51. seruare. Fo. 24. fa. 1. uer. 23. erubescere. Fo. 25. fa. 1. uer. 31. consulit principi, ibidẽ fa. 2. uer. 11. progressisq;. Fo. 26. fa. 1 supba. Fo. 30. fa. 2. uer. 1. uidere uix euadere, potuit. Fo. 34. fa. 2. uer. ultio iure belli. Fo. 35. fa. 2. uer. 8. pulsat aries. uer. 32. ipse solus, forte legẽ, ibidẽ. 46. uterũ. Foli. 36. fa. 2. uer. 1. ratus erat, ibidẽ uer. 2. naturæ. Fol. 37. fa. 1. uer. 44. mors uero. Fol. 41. fa. 1. uer. 21. paret, ibid. fa. 2. uer. 38. augusto. Fo. 43. fa. 1. uer. 34. fuerat, oẽs: ibidẽ fa. 2. uer. 36. adhibẽtes. uer. 41. subtexit ad bel. incẽ. dicẽs no. pacis, bel. inuo. latere, insidias parauisse, Ananũ, Romanis urbẽ: ita legitur in quibusdã. Fo. 44. uer. 2. fa. 1. mendacijs, cau. ibidẽ uer. 20. destituite, ibidẽ fa. 2. uer. ultimo, desperatiõe solutus, cessit reb. Fo. 45. fa. 1. uer. 6. qdã, priusquam ad urbis sinũ, ibid. 45. uer. 40. Niger pereites. Fo. 46. fa. 2. uer. 33. falsus. Fo. 51. fa. 1. uer. 3. & ptãtibus, ibidẽ fa. 2. uer. 7. ad uictũ. uer. 9. repararẽt. Fo. 54. fa. 1. uer. 31. deambulatorium, ibidẽ uer. 44. offerret. Fo. 59. fa. 2. uer. 30. erat, liber postea: ibidẽ uer. 12. quidã, intẽtus in. ibi. 32. angebat. Fo. 60. fa. 2. uer. 32. carnifices. Fo. 61. fa. 1. uer. 20. cõsolationẽ. Fo. 62. fa. 1. uer. 28. de illo, ibidẽ. 33. liberantur, ibidẽ fa. 2. uer. 52. barbaricæ. Fo. 63. fa. 2. uer. 13. Romani. Fo. 65. fa. 1. uer. 2. aperẽ retur, ibidẽ. 21. suorum, hoc uidetur abundare, ibidẽ. 28. uer. Fide mea salua, hæc omnia &c. ibidẽ uer. ulti. interdicto matem inuitus. Fo. 66. fa. 1. uer. 43. noẽ, ibidẽ fa. 2. uer. 45. maluit se so. Fol. 67. fa. 1. uer. 13. grandi. uer. 26. absorbuit. uer. 35. quod acce. Fo. 69. fa. 2. uer. 38. quidã, uiderint uos, deinde, effugeretis. Fo. 71. fa. 2. uer. 6. pergebant. Fo. 72. fa. 2. uer. 19. ubi decreuerunt, alij decertauerunt. Fo. 73. fa. 1. uer. 8. cogẽdæ, ibidem uer. 20. neq; si infirmio. quidam legunt.

VITA EGESIPPI EX DIVO HIERONYMO DE VIRIS ILLVSTRIBVS.

EGesippus uicinus apostolicoꝝ temporꝝ, & omnes a passione dñi usq; ad suam ætatem, ecclesiasticorum actuum texens historias, multaq; ad utilitatem legentium pertinentia, hinc inde congregans, quinq; libros compo suit, sermone simplici: ut quorum uitam sectabatur, dicendi quoq; expri meret characterem. Asserit se uenisse sub Aniceto Romam, qui decimus post Petrum episcopus fuit, & perseuerasse usq; ad Eleutherium eiusdem urbis episco pum, qui Aniceti quondam diaconus fuerat. Præterea aduersum idola disputans, ex quo primum errore creuissent, subtexit historiam: ex qua ostendit, qua floruerit ætate. Ait enim: Tumulos mortuis templaq; fecerunt, sicut usq; hodie uidemus: è quibus est & Antinous seruus Hadriani Cæsaris, cui & gymnicus agon exercetur apud Antinoum ciuitatẽ, quam ex eius nomine condidit, & statuit prophetas in tem plo. Antinoum autem in deliciis habuisse Cæsar Hadria nus scribitur.

EGESIPPI INTER SCRIPTORES ECCLESIASTICOS præcipui, in quinq; libros Hierosolymitanæ urbis excidii, Prologus.

QVatuor libros regnoꝝ, quos scriptura cõplexa ẽ sacra, & iam ipe stilo breui psecutus usq; ad captiuitatẽ ludæorũ, muríq; excidiũ, & Babylonis triũphos, historiæ in morẽ cõposui. Machabæoꝝ quoq; res gestas pphetícus setmo paucis absoluit: reliquorũ usq; ad incendiũ tẽpli, & manubias Titi Cæsaris relator egregíus historico stilo Iosephus, utinam tam religioni & ueritati attentus, quàm rerũ indagini & sermonum sobrietatí. Consortem se eĩ perfidiæ ludæorum in ipo etiam sermone exhibuit, quem de eorũ supplicio manifestauit, & quorũ arma deseruit, eorũ tñ sacrilegia nõ dereliquit. Deplorauit flebiliter ærũnã, sed ipsius cãm ærũnæ nõ agnouit. Vnde nobis curæ fuit, nõ ingenii ope fretis, sed fidei intentiõe in historiam ludæorũ ultra scripturæ seriẽ sacræ paulisper introrsum pgere, ut tanq; in spinis rosam quærẽtes, inter sæua impiorũ facinora, quæ digno impietatis pretio soluta sunt, eruamus aliqua, uel de reuerentia sacræ legis, uel de sanctæ religiõis constitutiõisq; míraculo, quæ magis, licet hæredibus, uel in aduersis obtentui fuerint, uel honori in psperis. Simul (qđ est indiciũ domesticæ improbitatis) liqueat uniuersis qđ ipsi sibĩ ppriæ cladis autores fuere: Primũ, quod alia curantes Romanos in se cõuerterint, & ad cognitionem regni sui inuitauerint, quibus ignorari satius fuit. Rogauerũt amicitiam, fidẽ nõ seruaturi. Pacẽ uiolauerũt uirtute impares. Postremo bellũ intulerũt, qbus spes omnis in mœnibus, nõ in uiribus erat, cũ sit maxime oĩm miserabile claudi obsidione. Quæ etiam si bene ꝓcedit, sæpius augere q̃ minuere pericula solet. At ne quis uacuũ fide & supfluũ putet nos susceпisse negociũ: Ideo per principes ductũ Hebræoꝝ genus omne cõsideremus, ut liquído clareat, utrum à senioribus ludæ, nusquam generatiõis eius successio claudicauerit: an uero offenderit in principum serie, sed manserit in eo, cuí repositа manebant omnia, & ipe erat spes gentium. Hinc ergo sumam exordium.

Iosephꝰ plꝰ indagini rei & sermonũ sobrietati, q̃ religioni & ueritati, attẽtus fuit.

Iudæi sibí ipsis cladis autores fuere.

Miserrimũ oĩm, obsidione claudi.

Caput .I.

Sacrilegij dolor belli Parthici principium.

BEllo Parthico, quod inter Machabæos duces, gẽtemq; Medoꝝ diuturnum ac frequens uariaq; uictoria fuit, incentiuum principium dedit sacrilegii dolor, quia rex Antiochus cui nomen illustris, Antiochi regis filius, ubi Aegyptum quoq; suo imperio adiunxit, in superbiã elatus, q ei incerta belloꝝ prosperauissent, ritus Hebræoꝝ negligi, ministeria quoq; eorum profanari iusserat, idq;, postulãtibus plærisq; ludæoꝝ, statuere ausus. Quod factum Matathias sacerdos perpeti nequiuit, nec solum ipse temperauit a sacrilegio, regaliq; edicto non obtemperauit, uerũ etiam immolantem simulacris hostias de populari-

Antiochus hebræorũ ritus negligit.

bus suis nactus, gladio transuerberauit. Et congregata manu, atq; Asidæis in societatem ascitis, ipse cum filiis suis temerãtes usum patriũ, & iustitias legis, alios necauit, plærosq; expulit, belliq; sabbato adoriendi autor fuit, ne simili arte ipsi quoq; deciperentur, sicut iam plæriq; eoꝝ, dum sabbato bellum susciperẽt detrectant, irruentibus in sese hostibus, multi occubuere. Potentiam prosperi actus dederũt, & perseuerandi in uiro usq; ad extremum uitæ studium defensionis, & pietatis uigor. Sed cum sibi supremum diem adesse intelligeret, uocatis ciuibus atq; assistẽtibus liberis, hortatus est ut tuerent patriam templiq; religionem, ducemq; his ludam

Matathias sacerdos a sacrilegio temperat.

Matathias belli sabbato adoriendi autor fuit.

Iudas Machabæꝰ Mathiæ patri successit.

Machabæum curæ atq; solicitudinis suæ successorẽ reliquit: Qui bello strenuus, consilio bonus, ac præ cæteris fide promptus, q̃ frequenter innumeras hostium copias parua manu fuderit, prosequi nõ est præsentis negocii. Quod tamẽ breui colligere dat: sæpe prosperis usus successibus, excitauit in se magnam hostium multitudinem, qua circunfusus undiq; dum cedere pudoris existimat, refugientibus sociis in prælium ruit. Cæsisq; quos aduersus erat, a latere circũuentus, sed tamẽ ultus propriam mortem, occiditur. Huic successit Ionathas nõ minus uirtutis similitudine par, q̃ naturæ germanitate: Qui post multa in bellicis rebus opera, in rebus sacris officia, que circa templi puri-

Post Iudam Ionathas.

ficationem spectata ac probata sunt, prætentata per dolũ amicitie, fide intra urbẽ hostiũ clausus, nec longo post interuallo necatus est. Iohãnes etiam senior natu frater, & Eleazar iunior cæteris pro religione mortem nõ recusarũt. Post hos rei summam Simon recepit, ad quam nõ rudis, sed iam probatus fraternæ societatis triumphis appropinquauit. Vtinam & ipse tã perspicax ad fraudes cauendas, quã manu ualidus, bellandiq; artibus satis spectatus. Etẽ cum uirtutis ope Romanoꝝ ducibus regibusq; gentiũ amicitiam fœderauisset, Ptolemæi dolo generi sui rogatus ad conuiuium, inter mẽsas & pocula cum duobus filiis qui aderant circũuentus, atq; exutus armis impiæ neci traditꝰ. Sanẽ præuenit insidias Iohãnes ortus ex Simone, cui nomen Hyrcanus, & properauit ad ui-

Post Ionathã Symon.

Symon cum duobus filijs in conuiuio Ptolemei, neci traditur.

cinæ urbis mœnia, ubi a populo propter egregia patris merita, odio quoq; hostilis sceleris expectabat. Vix deniq; urbem ingressus est & iam Ptolomæus aderat. Sed cum per aliam portã ingredi uellet, repulsus multitudini cedendum existimauit. Assumpsit iliico Ionathas paterni sacerdotii munus, & ad cultum regis diuinaꝝ profectus, statim pietatis obsequia curãq; seruandæ necessitudinis exequebatur, matrẽq; cupiẽs fratresq; pericului auferre. Congressuq; superior factus, iustæ passionis affectu superabat, quo minus castro potiret, in quo clausi attinebãtur. Nam Ptolomæus ubi se urgeri uidebat, matrem eius atq; germanos in muris locabat præcipitandos iliico, nisi Ionathas bello quod inferebat, desisteret. Vincebat iuuenis pietatis metu, qui uicebat fortitudinis assumptio nem, & iracundiã excitatam in hostem reuocabat suoꝝ misericordia. Mater tamen parata ad tormenta, tendebat manus obsecrans non salutis auxilium, sed ultionis solatium. Verebat enim ne filius plus matri metueret, q̃ paternæ uindictæ impenderet. Sibi mortem illã loco immortalitatis fututam qua maritus uindicaret, & gener impius pro scelere immani pœnam exoluerꝰ. Sed iuuenis plus intra seipsum q̃ in hostem præliabat. Nam quotiens patrẽ cogitabat accendebat. Rursum cum matrem uerberari atq; ad necem aptari uideret, molliebat: reuocabat impetum, referebat gradum, quia retrahebat passio iter obsidionis moras, feriatus ex lege superuenit annus qui erat septimus. Cessit pietas religioni, soluta obsidio est: sed eo magis Ptolemæi excitata immanitas, ut quorum obiectu pœnã euaserat, eos iugulari iuberet, qui continuo se ultioni exemit, ad Zenonem, cui nomen Cotilæ Philadelphiæ regem cõfugiens, ut eius ope sese tueretur. Nec Antiochus quieuit, qui Simoni patri Ionathæ ludibrio suos fuisse exercitus indignabatur: Cupiensq; adhuc assurgentes Ionathæ primitias extinguere, cum magna ueniens manu Hierosolymã, Hyrcanum obsedit. Repulit Hyrcanus auro, quem ferro nequibat, reseratoq; (ut Iosephus auctor est) Dauid sepulchro, tria milia auri talenta eruptus abiret. Atq; ut facti inuidiã leuaret, ferẽ ea pecunia Hyrcanus instituisse primus xenodochia, quibus aduentum suscíperet pauperꝝ peregrinoꝝ. Aucupatus etiam Antiochi necessitatem, qua Medis bellum inferebat, ultus dispendiũ est: Plurimasq; urbes Syriæ sibi adiunxit: Samariã quoq; ubi postea Sebastia condita est, circũdedit munitionibus, cuius expugnationem Aristobulo & Antigono filiis suis mãdauit. Quoꝝ obsidio lenta usq; ad diram famẽ, & tetra alimenta humanoꝝ cadauerꝝ clausos coegit. Quapẽ usq; ad mortem suprema fame compellerent, ni maturius Aristobulus sceleris parricidii merita soluisset: ac primum in ipsum Antigonum ferus animus exasperatur, & de amore in odia conuertit, ut eum ante omnes necaret, quem solũ sibi consortem imperii pollicebat, adeo apud improbos affectus uilis, ut cito prauis suggestiõibus extorqueat.

Antiochus Hyrcanũ obsidet.

Iohãnes qui et Hyrcanus sepulchrum Dauid diripit.

Hyrcanus primꝰ xenodochia instituit.

Apud improbos uilis affectus cito extorquetur.

Caput .II.

SIquidem Aristobulus, cui inter fratres ætas prouectior, mens promptior, principatum sacerdotii ad regni potentiã uertit, & diadema primus iponere sibi usurpauit: post quadringentos septuagintaquinq; annos triũq; curricula mẽsium, ex quo de Babylone remeans Israel seruitio exutus, in suã terram sese recepit. Superbe ita q̃ nec partem ponere cæteris contẽtus fratribus, solum Antigonũ honoris specie, quẽ uidebat diligere, mulcebat: Matrem, quia potestatis exortem, & iudicio uiri fraudatam se expostulauerat, alligauit uinculis, & usq; eo processit immanitatis, paricidali spiritu ferox, ut & ipsam & fratres suos simili modo uinctos arcta custodia detineret, quo pro

Aristobulus sibi primꝰ diadema impõnere usurpauit.

Aristobulus matrẽ frẽsq; uinctos arcta detinet custodia.

Caput .III.

DIgnum igitur ut crudelitatis eius seriem nõ prætereamus, quo iudicium Iohãnis etiam post mortem probet, qui summam publicæ rei seniori cõmittendã filio haudquaq; existimauit, quem tanto declinatuꝝ furore a pietatis lege & norma iustitiæ præuidebat. Haud scio morũmne eius cõtuitu, an ifita gratia sacerdotũ principibus, ut his aliqua quæ futura erãt, etiam minus dignis infunderent. Facinus miserabile fuisse, qui fratribus inuiderent amorẽ naturæ, inde mali prima obortꝰ est labes, inuidiæ cõmenta consecuta huiusmodi sunt,

Iohãnes summã Reip. seniori filio cõmittẽdã esse noluit.

Scelus ẽ odio fratrem

Caput .IIII.

COmposuerũt primo alia, quibus fidem Aristobulus nõ detulit, & obtrectatio nem molliuit charitatis gratia, inuidiæ tribuẽs dilationis amaritudinẽ. Ideo falsa ueris admiscuere: ut ex his quæ ad speciem ueri assumpserant, renitentẽ circumuenirent. Caput .V.

Scenophegia quæ sint.

SCenophegia ludæorũ interim in terris ex lege celebrabant, dies uidelicet festus & plenus reuerẽtiæ quo sacrificium solẽne deferebatur. Eo die clarus militiæ gestis Antigonus domum reuertit, & accidit ut fratrem aduenies inæqualem offenderet, ilico ad templũ, quid enim præferret religioni, ut erat succinctus ornatu bellico & circũfusus comitatu pari, tendit: multus ibi pro fratris salute domini precator, & inde ad fratrem sedulus properat. Hinc calumnia componitur ex acerbo felle, & acerbiore patratur exitu. Caput .VI.

Antigonus apud Aristobulum fratrẽ falso defertur.

COntinuo eñ regem adeunt improbissimi homines & inuidiam excitãt, quod pompam armatorũ celebratiorem, q̃ priuatis mos est direxerit, ostentui uulgo futuram, ne quis conatibus eius obuiare auderet. Tanto apparatu non aliud nisi necem regis, ut usurpandi imperii potentiam affectatam. Haud difficile æger animus in ualido fessus corpore impulsus est, ut credibile duceret quod pro uero asserebat: maxime cum dies sacratus religioni, mendacii suspicionẽ excluderet, pompa excitaret inuidiam, infirmitas metũ adderet, armatorumq̃ cohors fidem patrãdi sceleris impleret. Itaq̃ prius q̃ sibi probaretur tentamentum aliquod flagitii paricidialis, stipatores suos cum armis iubet in hypogeo locari obscuro, qui aduenientem Antigonum dolo necarent, nec expectarent imperium regis, sed ipsi extinguerent. Sanè mandato per nuntios præmisso ut inermis ueniret, eius iudicii qualitatem nupta Aristobulo in aduersum mutauit, ut per illos coniuratos sibi insinuare faceret, Antigono fratrem eius delectatum esse, armorũ decore quibus proxime accinctus affuerat, sed præ ægritudine intentius nõ considerasse nunc petere omnem illum ornatũ belli cum, quem sibi composuit ad fratrem deferat, gratũ hoc regi futurũ si armatus adesset. Antigonus dolum non præuidit, dicto paruit eo studiosius, quo magis placere regi parit & fratri desiderabat, decũbebat Aristobulus in castro cui nomen primo Baris, postea Antonia fuit uidelicet ab Antonio triumuiro, donata appellatione cum urbis dignitate. Eò postq̃ Antigonus appropinquauit, atq̃ accessit ad illum obscurũ transitum, conspicientes armatũ uenisse, regii stipatores adorsi repente iuuenem præcepto satisfaciũt, atq̃ imprudentem opprimunt. Is locus Stratonis turris appellabat, quo deceptũ uocabulo ludam, qui erat Essenus genere, opinio est fretum fimul caro noxia sanguinẽ euomat. Non uisceꝝ meorũ cruciatibus & lenta tabe dæquens: quem siue probitate uitæ suæ, siue mystica obseruatione, sæpe quæ futura erãt annuntiasse historia uetus prodidit. Caput .VII.

Baris, Antonia.

Turris Stratonis.

Iudas essenus. futura annuntiasse fertur.

Antigonus occiditur.

Iudas Antigoni mortẽ prænuntiat.

IS, ut accepimus, cum uidisset Antigonum prætereuntem ut fratrem reuiseret, dicit ad eos, qui numero discipulorũ eius annectabantur: papæ nunc mihi bonũ est mori, quando mihi mortua ueritas est, uiuit Antigonus quẽ necesse est hodie interfici, locus autem eius neci decretus Stratonis turris, qui sexcentis hinc stadiis abest hora iã diei quarta. Tempore itaq̃ excludit prædestinatæ mortis fides, hæc ubi dixit, intentius ipse secum conferre cœpit quomodo eũ fefellisset opinio. Nec multo pòst indicium defert interfectum esse Antigonum in hypogeo ad Stratonis turrẽ, qui locus simili uocabulo æque ut ille qui erat in maritimis Cæsareæ nuncupari solebat. Quo facinore patrato Aristobulus secum ipse reputans quid sceleris admiserit, in morbum ipse incidit. Erat in oculis paricidium, perturbatio in animo, nec alibi ullum interuallum dissimulationi dabat. Defigebat in imis uisceribus dolor, inuidia in miserationẽ uersa est: quod innocentem peremisset contra ius germanitatis, tanti sceleris immanitas mentẽ exulcerabat: non somnus oculis, nõ quies animo dabat. Serpebat cæco uulnus dolore, coquebãtur ægra præcordia, ac duræ solicitudines fauciabant inualidos artus, & crebro gemitu pulsabant alta nimis suspiria. Caput .VII.

Aristobulus ob fratricidium in morbum incidit.

Aristobulus sanguinem euomit.

ITaq̃ immoderata mœstitudine eò ptorupit morbi uis, ut euulsis uisceribus sanguinem uomitu oris reiiceret: Quem puer aulicus regiis ubibus præbens ministeriũ foras extulit, atq̃ imprudens facti quod casu potius q̃ industria gerebat, ad eum locum peruenit, in quo Antigonus fuerat extinctus, illic supra rorantes adhuc fraterni sangui-

nis maculas, percussoris sanguinem effudit. Clamor subito factus & gemitus intuẽtiũ, eo quod profunda quadã dispositione domini libatus perempto scelestissimi paricidæ sanguis uideretur. Sono excitus causam quæsiuit cum fileret, elicuit studio quærẽdi & metu indignationis. Cuius accepto indicio suffusos oculos lachrymis, & quantum erat in eo uirtutis ingemiscens, haud inquit rependit meritis meis cõgrua uicissitudo. Neq̃ enim dei oculũ tã impii machinator sceleris præterire poterã. Matura flagitii ultio sub est, & iã digno cõuenior paricidii mei pretio. Vale corpus quousq̃ animã fratri matriq̃ condemnatam detines? Quid per partes eis libo meũ sanguinem? in me omnis (si qua est pietas) contorqueat manus spiculum, ac me omnes filii germaniq̃ ultores pietatis gladio transfigant. Mactet hostia paricidalis atq̃ immolet uiolatæ necessitudini, tomonium exaturet, quod me in tam nefarios ausus sæui facinoris impegit. His dictis finẽ impii ac uitæ edidit. Vix anno functus ptãte regia, ppẽ quã paricidiũ nõ effugerat.

Antigoni cadauer ad Aristobuli fratris sãguinẽ clamorẽ emittit.

Exoptat si bĩpsi uindictam Aristobulus.

Caput .IX.

SOluit ilico mulier, atq̃ exuit uinculis fratres defuncti, regem constituit Alexandrum, cui & procera ætas, & moderatio suffragari æstimabat. Qui ut regnum adeptus est, fratrem quẽ aduerterat regni competitorẽ statim interemit. Reliquum, qui supererat ex fratribus uitæ ac saluti potius q̃ regno intentum, reseruauit, uacuũ ne gociorũ: cõtinuoq̃ (ut se habet inquietudo morũ) bello pacẽ mutauit. Cõgressuq̃ habito aduersus Lathyrũ Ptolemæũ, plurimos quidem hostiũ iterfecit, sed ad Lathyrũ uictoria defluxit. Cui tamen uictoriæ fructũ ademit Cleopatra mater, coacto in ægyptũ cõcedere, ut mortem sibi imminentẽ euaderet. Eius absentia aucupatus Alexander, dũ regni eius partes inuadere cupit, etiam Theodorũ in se cõuertit, quoniã potissima quæq̃ de eius possessiõibus sibi associauerat. Improuiso itaq̃ impetu Theodorus regias opes occupauit. x. milia quoq̃ ludæorũ prælio fudit, sed super plagã non fractus Alexãder, plura adhuc de hostiũ partibus suo imperio adiũxit, captarũq̃ urbiũ populos seruitio subegit. Hos bellandi successus domestica seditio interpolauit, & orta de cõiuiis usq̃ ad bellum cõtentio ꝓcessit. Familiari peste hmõi ludæorũ uiris, ut de epulari ludo sese in arma excitẽt, ac nisi peregrina auxilia regi pstò fuissent, seditio præualuerat. Sed adeo in Arabiã iter direxit, ac nõnullæ eius urbes subactæ: tributa quoq̃ Moabitis & Gaaladitis iure uictoriæ adscripta. Vnde regressus in Amathũ, Theodoro tãtis eius successibus stupefacto, uacuũ defensoribus castellũ inueniẽs, sine mora expugnauit. Non usq̃ quaq̃ tamen ociosus Obedas rex Arabũ fuit, nec inulta diu regni sui passus dispendia. Nam insidiis oportune locatis, omnẽ exercitũ eius deleuit, cõclusum uallis pfundo & multo camelorũ agmine attritũ. Euasit tñ Alexander & fugiẽs de prælio, Hierosolymitanæ urbis receptacula petit, inuisus suis q̃m recruduerant odia erumnæ eius occasiõe, quia tantæ potẽtiæ metu premebant. Nec silẽtio tegebat animorũ discordia, aut uerbis tantũmodo exercebat, prælio nõ uno, sed plurimis decertatũ. Quibus extincta ferè l. ludæorũ milia, quos Alexander interemit suis, q̃ hostibus pniciosior, & maiore uictor detrimento, q̃m regni sui uires uincẽdo attriuerat. Vnde nec ipse quidẽ iam suis uictoriis delectabat, auersusq̃ a prælio arte tractabat sibi subditos, ut iam nõ armis ꝑmeret, sed uerbis urgeret, ac solis sermonibus offensionũ genera dissolueret. Nihil tñ proficie bat ad colligẽdam sibi gratiam, q̃m fictis facinora præpõderabant, atq̃ ipsa repẽtina cõuersio ad pœnitẽtiam, mortiq̃ inæqualitas sæua passis suspecta habebat.

Alexander Aristobulo fratri succedit.

Regnãdi cupido ne fratribus quidẽ pcere nouit.

Alexander rex cõstituit.

Ad Lathyrũ uictoria defluit.

Theodorus decẽ milia iudæorũ prælio fudit.

Octo miliã hebrgorũ ferme interempta.

Amathus.

Obedas rex Arabũ Alexãdrũ uicit.

Alexãder. l. Iudæorũ milia iteremit.

Repẽtina cõuersio ad pœnitentiã motiq̃ inæqualitas suspecta habet

DEniq̃ cũ simulata eius placiditate se circũueniri arbitrarent, Demetriũ regem sibi auxilio futurũ aduersus Alexandrũ in bellũ excitauerũt. Pugna in manibus nec cõperendinata, quãuis uni aduersum duos exercitus numero inferiore certandũ foret. Mille eñ comitatus equitibus, & sex milibus peditũ, quos mercede sibi associauerat. x. milia quoq̃ ludæorũ sibi conspirantiũ in bellũ accersens, iuxta urbem Sichimam occurrit hostibus, quibus tria milia equitũ erant, & peditũ. xl. milia. Tẽtatoq̃ utrinq̃ agmine, ubi neq̃ Demetrius pecunia cõductos descisceret a fide uidit, neq̃ Alexander de ludæis aliquos, q̃bus se Demetrius adiũxerat, deposuisse erga se odia cogno-

Iudæi Demetriũ regẽ sibi asciscũt.

Demetrius victor.

uit,armis decernendũ existimauerũt. Superior bello Demetrius factus,plurimo tamẽ suoꝝ sanguine.Nãq; ab his qui è diuerso mercede cõducti uenerant egregie bellatũ,ita ut usq; ad mortem uirtute ac fide certauerint.Destitutũ itaq; sese Alexander uidens cæsis suoꝝ cateruis,in mõtes cõcessit.Sed præter utriusq; spem ad alteꝝ eoꝝ species uictorie peruenit,fructus alteri,ad alteꝝ partus, quia & Demetrius nudatus est discessu Hebræoꝝ,qui eundem ad societatẽ rogauerant, & Alexandro ex ipsis.vi.milia sese adiunxerant,more quodam hũani ingenii astipulantibus ad misericordiam rebus aduersis. Cessit itaq; Demetrius ei quem bello uicerat,uidens illũ affluẽtibus paulatim Hebræis iam pugnæ idoneũ, sese cum paucis relictum. Cuius uictoria libertate assuetis damnationis metũ mouebat.Redit Alexandro fœuitia cum securitate,regnũq; in suos,& usus belli reformat. Quærẽti ab his quidnam faciẽs,animos sibi plebis cõciliaret, respõsum est,si morereꝰ. Vix em̃ fore cum mortuo,tam grauia perpessi, in gratiam reuerterẽtur, ut odia aduersus defunctũ deponerẽt.Quibus excitatus rebellandiq; assuetudine multis necatis,reliquos coegit in urbẽ, cui nomen Besemelel.Cuius expugnatio acerbiorẽ solito pestem inuexit,tam sæuo crudelitatis ꝓcessu,ut ex eo numero octingẽtos in media ciuitate crucifigeret. Quoꝝ in conspectu coniuges eoꝝ filiosq; iugulari præcepit.

Deficiũt Iudei a Demetrio ad Alexandrum.

Ridiculosa Alexãdro a suis responsio.

Misselim Ioseph.bel.Iudi.1.ca.3.

Alexander octingentos in media ciuitate crucifixit.

Caput .XI.

Crudelitas pacem conciliat.

Antiochus ꝙ et Dionysiꝰ.

HAec spectactat accũbens in medio cõcubinaꝝ, lætus inter escas & pocula, sed magis sanguine ꝙ uino inebriatus,hoc solo facto amplius populum ꝙ bello deterruit;ita,ut proxima nocte ludæoꝝ.viii.milia ultra ludæam discederent,qui bus fugæ finis mors Alexandri foret: tantiq; horror mali quietẽ regno attulit. Sed ubi a domesticis feriatum præliis,exorta est ei causa inquietudinis:Antiochi aduersum Arabas expeditio,quam sibi terribilem & periculo futuram arbitrabat. Hic est Antiochus qui etiam Dionysius appellat,Demetrii frater a Seleuco ultimus,cui transitum negare cupiens Alexander intet urbẽ Antipatridem,& Ioppes littora, foueis ingẽtibus ductis muroq; altissimo,turribus quoq; è ligno impositis;elusit operam magno suoꝝ labore, nullo hostis impedimento. Siquidem negocio facili repletæ foueæ turresq; exustæ,ipse quoq; Alexander fuga sibi cõsuluit,eo tutior,quia nequaq; tanti existimatus,ut eum uictor principis loco ꝓsequi deberet.Nam secũdis partibus reseruatũ,ut itineris obstructi iniuriam acceptam ulciscereꝰ.Rectum autem in Arabas iter direxit,quoꝝ rex in loca prælio oportuna se se cõtulerat. Deinde subito cõuerso equitatu,maxima ui ac multitudine effusas ac fine ordine ruentes hostiũ turmas inuasere. Certatũ acriter quoad Antiochus restitit(renitebat em̃) quãuis exercitus eius quasi more pecoꝝ obtruncaretur. Vbi uero & ipse cecidit(nam præ cæteris sese offerre solebat periculis)auersi oẽs,quoꝝ maxima pars incerto fugæ dispersa extinguit,reliquis in uicum,cui annana nomen,coactis,atq; alimentoꝝ inopia consumptis, uix pauciſſimi ex his tantæ cladi superfuere.

Alexãder fuga sibi consulit.

Antiochus occiditur.

Caput .XII.

Aretas

HOc successu Areta etiã a Damascenis ad regnãdũ expetitus,ut Cœles Syriæq; imperitaret quo Ptolemæũ excluderet,quẽ maxime infestis odiis persequebatur,nec ludæam immunẽ reliquit incursionis,de qua uictor,licet supato Alexandro,secundũ utriusq; tamen partis conuentũ discessit ac reuertit in sua. Alexander autem Pellam euertit & Gerosam petiit,iteꝝ de Theodori possessionibus aliquas sibi adiungere parans,eamq; sibi bello uẽdicauit.Inde in Syriam ꝓgressus Gaulonem & Seleuciam & Gamalam euertit, ultus superioris belli cõtumeliam,ipsas quoq; Antiochi munitiones diruit.Quibus ex locis iter in Iudæam cõuertit,ac præter spem cum gaudio totius gentis susciꝑit ꝓ mirabili successu reꝝ gestaꝝ:ubi parta bellandi quies exordiũ tribuit ægritudinis,atq; aliquantulũ quartanis febriũ uicibus affectus,leuato paulisper incõmodo,dum negocia repetit militaria,nec modũ seruat animo ualidior ꝙ corpore,cõminuit omnem suæ uigorẽ salutis,uiresq; absumpsit,atq; ita mortuus est. Viginti itaq; & sex annis uario reꝝ euentu,aduersum innumeros belloꝝ tumultus regnũ tenuit,& duobus liberis superstitibus decessit, quos impares regni existimãs gubernaculo,summam rem uxoris ꝓpriæ delegauit solicitudini, qm̃ eam acceptiorẽ populo cognouit, atq; hoc apud uniuersos inuenisse gratiam,ꝙ etiam ipsa ab immanitate uiri semp alie-

Quies insueta ægritudinẽ gignit,& post ægritudinẽ labor ĩ probus mortem.

Alexander moritur, duobus supstitibus liberis.

Alexander uxori Alexãdræ regnum reliquit.

tam sese faciendam existimauerit,ut nõ solum refugeret flagitioꝝ consortia, sed etiam resistẽdo eius iniquitatibus,totius in se plebis beneuolẽtiam circũuerteret. Nec improuida uiri sentẽtia fuit,nam regnandi ius mulier inoffense exercuit,sine ullo fœminei sexus impedimento,& acquisiuit moderandi gratiam sacræ legis obseruatione. Nam dũ attentior circa templũ cura exerceret,& dimissa ministeria fraudis succreuit imperii uigor,nec tñ affectu infracta materno regni cupido. Siquidem ex duobus liberis electus unus ad spem regnandi nõ potestatẽ:Hyrcanus uocabulo natu senior,ingenio remissior,Aristobulũ uero acriorẽ animo,expertẽ potestatis, emolliebat priuatũ hũilitate. Assuerunt se pharisæi mulieri genus hominũ secundũ legis doctrinam exercitatũ, secundum qualitarẽ affectus callidũ, auidum negocioꝝ,pecuniæ appetens,qui captantes elatam mulierculam,secundũ scientiam iuris diuini extollẽdo suam fecere, ut plæraq; etiã regni negocia ipsis cõmitteret,adhiberẽt quos uellent,quos uellent excluderẽt,atq; ad lico exuerent ministerio.Quid pluraꝰ ita sese insinuauere, ut cõmodoꝝ omniũ fructus ad eos peruenirẽt:sumptus & molestiæ mulierẽ solam afficiebant. Nec mediocris mulieri spũs,ut maxima quæq; auderet,atq; super fœminei sexus cõditionem prælia disponeret.Siquidẽ & præstantissimam de suis manũ parauit,& peregrini exercitus copias coegit ingentes,ut non solũ domi tuta ad omnẽ regnandi securitatem foret,uerum etiam exteris potẽtibus esset formidabilis.Ea tñ reliquis præstabat omnibus, sed pharisæis quasi inferior obtemperabat. Erat Diogenes in regno eius, qui de potentissimis Alexandri amicis familiaritati eius inhæserat,eũ adorsi obtrũcauere, memorãtes ipsius consilio octingẽtos illos in medio urbis ab Alexandro cruci suffixos, in cæteros quoq; facinoris autores quosq;,ut pergeret ultio mandatũ. Necabant itaq; quos pharisæi ꝓcipiebant,nõ quos societas sceleris inuoluerat.Quo metu perterriti plæriq;,quibus huiusmodi pericula intendebant, & maxime præstãtiores opibus aut dignitatibus ab Aristobulo interceſſionẽ imploraꝝ,ut matrem ab executione præcepti seuerioris ad meliora inflecteret:Ille sibi gratiam parare cupiẽs,nõ detrectauit.Mulier ægre licet,oranti ramen filio concessit,ut contuitu honoꝝ quos gesserant,qui in hmõi inuidiam arcesserant,supremæ necis sententia mitigareꝰ,atq; eos tñ quos obnoxios suspectaret,& parandi flagitii incẽtores fuisse urbe egredi iuberet. Qui accepta uitæ securitate ꝓ agros dilapsi sunt.

Mulier molesta, sagax, & prouida, nõnũq; optime regit,nõ tam armis ꝙ religione.

Hyrcanꝰ ad regnãdi spẽ eligitur.

Pharisæi ꝙ les sint.

Diogenem pharisæi delatum occiderunt.

Aristobulus ꝓ facinorosis ad matrẽ intercedit.

Caput .XIII.

EOdem tempore causa accidit,utDamascũ iuuentus dirigeretur,qm̃ Ptolemæus frequentibus incursionibus incolas memoratæ urbis terrebat, cuius negocii necessitas occupauit de exercitu Alexandræ ualidam manum. Cleopatram quoq; Tigranes qui Armeniis imperitabat in urbe, cui nomen Ptolemais, obsidione clauserat,quem muneribus Alexandra mulcebat,ut a se auertereꝰ. Quem Lucullus facta irruptione in terras Armenioꝝ infectis rebus redire coegit, consultius ducentẽ sua tuta ti,quàm aliena adiungere. Tantis itaq; negociis intenta Alexandra,in morbũ incidit. Quam occasionẽ rapuit Aristobulus ad suas artes,& congregata manu conspirantibus secum,quos feruor naturæ ad prærupta quæq; audendũ cupienti adiunxerat,thesauros occupat,eorũq; copiis inuitauit ad militiam uolũtarios,ac pretio cõponit, ut in omnia quæ uellet fidem ptæstarent,atq; insulas regis induit.Turbatus animo Hyrcanus matrẽ lachrymis conueniebat. At illa spirans ferocia,filios & uxorem Aristobuli in castrũ recluſit,cui nomen primo Baris,postea Antonia appellatũ,de quo supra memorauimus. Cœpta Alexandræ celeri eius obitu destituunt. In hæreditatem omnẽ Hyrcanus succeſſit,qui uiuente adhuc matre dignitatẽ induerat sacerdotii. Aristobulus uirtute & pietia præstabat,res usq; ad contentionẽ atq; in congressionẽ deducta:ubi consertum, plæriq; relicto Hyrcano,illum alteꝝ bello meliorem secuti.Hyrcanus comitantibus secum qui bello reliqui fuerant,confugit in Antoniam,repertisq; filiis & uxore Aristobuli,per obsides salutem inuenit,quia ne quid aspeꝝ in suos fieret, Aristobulus pacto consuluit: Conuentũ frattrũ hmõi fuit,ut regno Hyrcanus cederet, atq; ad Aristobulũ ius omne imperii transiret,nec tamen Hyrcanũ inhonoꝝ relinqueret,sed regni exortẽ honore alio fungi sineret,quem ipse impartiuisset. Transactio hmõi etiam religione tẽpli sacratam assessionẽ utriusq; tenuit uoluntariam, inde cum gratia discessum est, ac se in

Hyrcanꝰ in matris hęreditatẽ succedit omnem.

Consultius est sua tutari ꝙ aliena adiungere.

uicem salutantes, Aristobulus in aulam regiã sese recepit, Hyrcanus æquanimiter in domum Aristobuli concessit. Caput .XIIII.

SEd fuere, quos metus ac rerũ mutatio incesserat, qui se studuisse aduersus Aristobulũ recordarentur, & præ cæteris Antipater, is erat Idumæus genere, mori bus apud suos clarus, nõ tenuis pecuniæ, & ideo prævalidæ porentiæ, arte mira factus ad contemnendam pecuniam ꝓpter conciliandam gratiam. Qui Hyrcanum consiliis suis perterritũ, quod nullam salutis suæ spem tutam haberet: q̃ imperio decessisset, nisi transfugio sibi consuleret, ubi ad suas artes inclinauit, insinuat Aretæ regis fouendum auxilio uirũ, qui circũuẽtus foret ut regno cederet, decorũ hoc fore regi si arbitrer fieret imperii restituẽdi, multoq̃ pulchrius si circũscripto, cui primitiua regni cõpetere rẽt, dolo sublata reformari iuberet, illum uersutũ & callidum, & ideo suspectum uicinis: hũc mitem & quietũ qui pro summo beneficio acciperet, quicquid sibi ab externo tribuereꝛ, cui frater etiam regnandi ius ademisset. Præparatam itaq̃ Aretæ regis gratiã Hyrcano annũcians fugiendi spem detulit, & uiam demonstrauit, ut secũ peteret Petrã in finibus Arabiæ sitam, quo in loco regem adirent, qui precibus Antipatri donisq̃ inflexus, plurimam bellatorũ manũ Hyrcano adiunxit: ut regno restitueret. Erant ferè peditum equitũq̃ quinquaginta milia, a quibus prima pulsus congressione Aristobulus Hierosolymam confugit, ibiq̃ intutus aduersus tantam hostiũ multitudinem, quæ clausum expugnauisset, nisi Scaurus ductor Romani exercitus alterius belli occasione, quod aduersus Tigranem gerebat, soluisset obsidionẽ missus a Põpeio, cui recepti Mithridatis ultio grauis, belliq̃ in socerum transferendi ꝓpositũ exarsit, qua causa Syriã infestari per Scaurũ præceperat, quũ ipse Tigranem atq̃ Armeniam urgeret. Scauro itaq̃ aduenienti Damascũ, quam Metellus et Lollius funditus euerterant, occurrêre fratrũ legati, sibi quiq̃ Romanæ opis auxiliũ implorantes, & quãuis iferioribus eẽt uiribus Aristobulus, præpõderauit tamen pecuniæ oblatione. Vendit summa prælialis certæ minis talentis trecentis, & iustitia postulati pretio pensat. Qua pecunia sibi annumerata, denũciat Scaurus Hyrcano, regiq̃ Arabiæ discedere ab obsidione, aut si permanerẽt, scirent sibi aduersum Pompeiũ & Romanos bello certandũ. Eo terrore obsidio soluta, Aretas Philadelphiam petit, Scaurus Damascum reuertit. Aristobulus autem uix dum idoneus ꝓpulsando periculo manũ colligit, hostem insequit, & ad Paparionẽ (id uocabulũ loco) sex milia hostiũ, simul & fratrẽ Antipatri Fallionem prælio fudit, Hyrcani atq̃ Antipatri spes lapsa est, quibus fidutia omnis in Arabiæ uiribus erat.

Aristobulus Hierosolymã cõfugit.

Scaurus missus a Põpeio obsidionem soluit.

Aristobulus ꝓpõderauit oblatione pecuniæ.

Caput .XV.

SEd ubi Magnus Pompeius adire Syriam cœpit: & Damascum aduenit, a Romanis, quoꝝ auxiliis infracti de manibus uictoriam amisere, opẽ postulant: Pompeiumq̃ adeunt tanquã iusti arbitrum, & minime auarꝝ pecuniæ, allegatiõibus itaq̃ nõ muneribus (ut añ) niti cœpere: qm̃ integer animus aduersus corruptelam pecuniæ, laqueis auaritiæ non capiebatur, & gratuitò odisse poterat fraterno insidiatũ honori: & ideo his eum adorsi querelis, quibus & Aristobulo fieret inuidia, qđ indignus aliena inuaserit, & Hyrcano conciliaret gratia, cui uel merito uitæ, uel ætatis suffragio regnandi ius cõpeteret: astipulãte præsertim matris autoritate, quæ & iudiciũ eligẽdi habuit, & ius conferendi. Nec Aristobulus diu abfuit, q̃uis nihil in magno pectore quod suis arti bus cõduceret, intueretur: Præsumebat tñ de Scauri redemptiõe, sesq̃ eius iactabat societate. Venit itaq̃ regio ornatu ꝑditus, & ꝓpè maiore, q̃ solebat, stipatus ambitu, ut q̃ diutius tolerare Rom̃. consulis sublimitatem nequiuit, cui moris erat regni exorti regibus imperitare. Itaq̃ ubi ad urbem uentũ est, cui nomen Diopolis, alio cõcessit Romanæ dignitatis superciliũ, dedignatus regni tumore. Qua secessiõe Aristobuli, est nõ mediocris datus offensioni locus, usq̃adeo cõmoto cõsule, ut statim arma Romana in luda cam cõuerterentur. Cõiunctis Syriæ etiam pleriq̃ auxiliaribus, quẽ ubi cõperit Aristobulus ad urbẽ Scythopolim, atq̃ inde Coreas appropinquare, unde erat Iudææ exordiũ possessiõis, cõfugit in Alexãdriũ castrũ munitũ admodũ, & in mõte altissimo situ. Quo cognito, iubet eum Põpeius descendere: at ille tanq̃ herili præcepto obedire inde

Magnus Põpeius Syriã adit.

Aristobulus in Alexandrium castrum confugit.

coꝝ existimans periculũ potius subeundũ, q̃ obtemperandum imperio animi immodicus arbitrabat. Sed referta populis Romana castra desup spectãs, simul a suis monitus, nõ lacessendos quoꝝ in nomen ac potestatẽ totus ꝓpè orbis terraꝝ cõcesserat: descendit, pluribusq̃ usus quibus regnum sibi iure delatũ astruere cõtenderat, uel generis debitum necessitudine, uel exercitus iudicio qui secutus sit ualidiorẽ, deseruerit ignauũ: uel euentu prælii, uel pacti cõuentione ad munitionẽ reuertitur: rursus cum Hyrcanus cõsulem adiisset, uocatus ad iudicium Aristobulus sese reptesentauit: Sed cum adhuc cõperendinari cognitionem uideret, in castellũ regressus est. Medius eñ inter spem & timorem putabat, qđ imperiis eius obediendo ad sui gratiam Põpeium inflecteret. Sed ne ui adigeretur, iterum imperio cedere, in Alexandrium sese recipiebat. Nec præteriit Magnum regis uersutia, iubet eum discedere munitiõibus: idq̃ facturũ, datis ad singulos custodes munitionum literis, sese astringeret: iussis quidem paruit quæ nõ audebat refellere. Protinus tñ Hierosolymitanis mœnibus sese abdidit, & bellum aduersum Romanos parare cœpit. Pompeius quoq̃ fugientẽ insequi, urgere clausum, neq̃ parandis belli usibus tẽpus ullum dare, direxit Magni intentionem de Mithridate nuntius quod morte bellũ finisset, urbis Hierico in finitimis suis Põpeium tenebat, cũ rei memoratæ indicia uenirent: locus ꝓpe urbẽ, in quo balsamũ gignitur, uirgultisq̃ innascitur, quæ acutis lapidibus incidunt pueri agricolarũ, perq̃ eas incisiones distillat humor lachrymis pulcher rorãtibus. Inde uir militiæ uetus cõpositis ordinibus, ad uesperũ castra mouit, & primo diluculo Hierosolymitanis mœnibus astitit, atq̃ improuisus armatas acies infundit.

Locus q̃ balsamũ gignit

Caput .XVI.

OBstupefactus Aristobulus dispositiõis specie, uirorũ robore, militum alacritate, spõte occurrit ueniam precatur, pecuniam, urbẽ, seq̃ offerens. Verbisq̃ in mollius suppliciter inflexis mitigauerat indignationẽ cõsulis: sed irrita precatione, quia effectus deerat ꝓmissionis: nõ solum negatis pecuniis, sed etiam urbe excluso Gabinio qui oblatam petitũ uenerat, bellum icubuit. Nanq̃ Magnus adhibitis custodibus Aristobulo, urbis mœnia speculari cœpit, atq̃ explorare diligẽtius, quibus in locis tentaret irruptionẽ: sed quum & ualida murorũ circũspectaret qđ expugnari nequirent, & templũ in urbe haud inferioribus circũdatum munitiõibus, ut geminũ eẽt ingressus periculũ: & a defensoribus tẽpli, & ab his qui murorũ propugnacula tuerẽtur, hæsit animo dubius, sententiæq̃ incertus per aliquantulum tẽporis, cum subito intra urbem orta seditio, uolentibus Hyrcani sociis urbe recipere Põpeiũ, renitentibus Aristobuli propugnatoribus: illi portas aperire Magno, isti obserare, bellumq̃ inferre, ne regem eriperent. Sed pluribus quos terror potentiæ Romanæ anxerat cessere inferiores, atq̃ in templũ sese recepere soluto põte, qui tranfitu peruio urbẽ ac templũ medius cõiunxerat. Receptus itaq̃ in urbẽ est exercitus Romanus, & suis manibus ludæi aperuere portas: nõ multo pòst urbis ac templi expugnatoribus futuris. Completumq̃ est illud Dauidicũ: Deus uenerunt gentes in hæreditatẽ tuam, polluerũt templũ sanctũ tuum. Sponte itaq̃ tradidere regalia sua, cessere aulicis: Pisoni claro inter suos uiro & militiæ stipendiis exercitato, id negocii cõmissum est: ut manu ualida aulam regiam cæteraq̃ urbis tuenda existimaret. Quod ab eo solicite curatũ, quasi ad ea defendenda potius q̃ occupanda Romanũ exercitũ ductauerit. Ad templi aũt irruptionẽ, qm̃ pertinaciter resistebatur, ludæos Magnus parauit socios uidelicet Hyrcani, ut si fieri posset aliena Romani mysteria non profanarent: simul ut suis manibus ludæi fossas replerent, impio ministerio & turpi obsequio seruierũt manus eorũ in cophino, mentes in sacrilegio: sed nihil, pficiebat cõgestio, cum reniterentur è muris Aristobuli fautores: & desup afferrẽt impedimenta, irritaq̃ Pompeio fuissent exordia: nisi incurrentibus sacris religionis diebus, qbus ab oñi uacare ope ludæos uetus obseruatio foret, iminere suos aggerẽdis terraꝝ tumulis impauisset: sola eñ cõsertẽdæ manus usurpatiõe in cõsuetudinem uersa: etiã sabbato, si tñ inferatur prælio, & salute extremũ petatur periculũ, decernendũ sibi ferro ludæi existimant: reliqua certamina religiõi ducũt. Iam uallũ excreuerat, iã machinæ admotæ, repugnabant regii muroꝝ altitudine fortiores, nec intermixti prælio ꝓpiore Magni accessu inclinabãtur. Stupebat Põpeius acres uiroꝝ animos, muri decorẽ ac ma

Aristobulus obstupefactus nihilnõ offert, sed pauca pstat. Gabinio a põpeio missus pro pecuniis expetẽdis expulsus est ab Aristobulo.

Alij portã aperire, alij obserare nituntur.

Cõpletũ est uaticinium Dauidictum. Pisoni aulã regia, cæteraq̃ urbis commissa sunt.

gnitudinẽ,&nusquam remissa officia sacerdotũ in medio belli furore:tanq̃ ꝓfunda pax esset,nihil deerat sacrificioꝝ solennitati,inter bellorꝝ iacula mortesq; cæsorꝝ fundebatur sanguis hostiarꝝ. Victima altaribus imponebatur,ante aram positi feriebantur. Tertius iam mensis anceps adhuc certamẽ tenebat. Primus Sylla ortus Cornelio Faustus,& duo centuriones:quorꝝ uni nomen Furio, alteri Fabius erat, deiecta terra murorũ, templũ irrupere singulis sequentibus sese cateruis,& circũdantes undiq; tẽpli interiora, quoscũq; repererant gladiis transuerberabant,cædebantur fugientes,repugnantes alii obtruncabantur. Nullus parcendi modus:nec tñ ea sæuitia bellantiũ obsequia uatũ impedita. Nudatis gladiis imminebat hostis,illi tñ sine ulla perturbatione soliti uicem muneris exequebant. Nullũ intermissum ẽ officii genus. Quicquid ad purificatiõis solẽnitatẽ,quicqd ad cultus sacri obseruantiam spectare poterat,impletũ est(Tãta erat cura ministerii) atq; utinam ꝓ ueritate deuotõis & fidei fuisset:maiora quoq; à suis orta pericula q̃ sibi ab Hebræis inuicẽ inferebantur,atq; intus pugna uehementior,& à seditiosis ꝓpius & anceps periculũ:à frõte externus hostis,à tergo lateribusq; domesticus urgebat.

Sylla ortus Cornelio,

Caput .XVII.

ITaq; cõclusi undiq;,alii se præcipitabant,alii patriæ incendiis exurebantur. Sacerdotes tñ usq; ad ultimũ in suo munere pseuerabãt, hortantes se inuicẽ ne in posterioribus ponerent officiũ religionis,quàm salutis præsidiũ:recte secũ agi si pietati impenderent,qd̃ deberẽt necessitati, pulcherrimumq; si in patriæ sinu sepeliri liceret. Quid autem iuuaret uidere & supstitem uiuere religioni ꝑ præclarꝝ potius opus muneri cõmori pio. Quod si quis periculi metu deserat,sacrilegium ẽ:si quis impleat,sacrificiũ & pia passiõis uictoria. Infulati itaq; sacerdotes inter suas hostias immolabantur,& amicti sacerdotalibus stolis inter cadauera cæsorꝝ humi iacebant. Fusa illic Iudæorꝝ .XII. milia;Romanorꝝ pauci extincti,plures uulnerati sunt. Nihil tñ grauius in illa miseria ingemuerũt Iudæi,quàm q; illa abscõdita aſi sanctificationũ mysteria retecta gẽtibus,ac manifestata sunt:deniq; Pompeius curarũ istiusmodi declinans supflua,dum triumpho potitus ambusta ambiret:sequẽtibus sese suorũ plurimis,uidit tabernaculum scdm qd̃ soli principi sacerdotũ solenni accessu patebat,atq; intus inspexit lucernam,& mensam & thymiamata,& tabulas testamẽti:superq; eas Cherubin,multitudinem aromatũ diſ persam,& sacræ pecuniæ talenta duo milia,in quibus quũ plurimũ auri esset,integer tñ ab omni cupiditate uel ipsa,uel si qua sacrorũ uasorũ inuenta sunt,intacta seruari præcepit:& sequenti post excidiũ die Teocorus iussit mundari templi interiora, & celebrare assueta sacrificia:Hyrcano quoq; principatũ sacerdotii dedit,prompta eius opa usus in obsidionis necessitate:nam & si infidus suis,Romanis tñ fidelis,ut sua patria expugnaretur. Sed puto neminẽ dici fidelẽ posse,qui suis fuerit infidus. Nõ pfunctorie itaq; in ipso prælio iuuit hostes suorũ,uel qd̃ extra murũ populi multitudinẽ annitentẽ Aristobulo retraxit ab eius societate:ad oñia tñ quibus uel præueniendi Aristobuli,ducẽdiq; eius autoritate,uel cõficiendo celeriter bello Põpeius egregius imperator fuit. Præclarum hoc addidit ut in uictoria modum teneret:deniq; benignitate sibi magis,q̃ terrore quos uicerat,associauit,autores tñmodo belli securi pcussit:Tributũ quoq; uictis imposuit,statuit ducẽ,Iudææ fines determinauit. Suis ergo finibus circũscripta Iudæa est:reformauit etiam Gadaram,quam Iudæi euerterant,rogatus à Demetrio,qui patriæ suæ hmõi gratiam à patrono popoſcerat: & in hac causa, & in plurimis apud Magnum suprà libertorũ modum usq; ad inuidiam excellens:Aristobulum autẽ cum filiis & soceris eius captiuos statuit secum Romam deducere:sed unus ex sobole regia in itinere elapsus custodibus,domum reuertitur,ei nomen Alexandro,& fratre prouectior & soror duæ. Antigonus itaq; æuo iunior cum fœminei sexus germanitate ad urbem deducitur,Pompeiusq; Ciliciam,deinde Romam petiit.

Infulati sacerdotes iter hostias immolabantur.

Põpeius ĩspexit tabernaculũ Iudæorum.

Hyrcano sacerdotij principatus datꝰ a Pompeio.

Caput .XVIII.

ATurris Stratonis postea Cæsarea.

T in Syria Scaurus,cui ducis officio præerat receptis urbibus, quas Iudæi inuaserãt ĩ mediterraneis Scythopoli,Ioppene,Pella,Samaria, Iamnia,Marisa,Azoto,Arethusa:maritimis quoque Gaza,Ioppe,Dora,& ea quæ Stratonis turris olim uocabatur:postea aũt Cæsarea nũcupata sub imperio Herodis,qui & ornatũ addi-

dit,& nomen mutauit,aduersum Arabas bellũ moliebatur,Iudæam inter Euphratẽ & Aegyptum:Syriam quoq; suis reformatam finibus iudicio coercens prædandiq; cupidine,qd̃ potius reor,quàm ꝓferendi imperii gratia,summam regni Arabiæ Petram inuadere uolẽs,difficultate quidẽ locorũ impeditus irrũpere nequiuit:plura tñ uel ꝓpinqua urbi uel lõge posita deuastauit, quibus in locis exercitũ eius morantẽ fames incesserat,ac penè incidisset facinus miserabile, nisi ꝑ Antipatrũ laborantibus Romanis Hyrcanus alimoniam ministrasset. Idẽq; de consilio Scauri Aretam monuisset soluere bellũ pecunia:deniq; trecẽtis talentis Arabs hoste se exuit, Scaurũ redemit, hoc regressionis ce securitatẽ fouebat,qd̃ in locis hostilibus exercitui Romano,opera eius ex indigentia graui,frumenti facietas facta auxiliumq; præstò fuit.

Caput .XIX.

SEd ubi Alexander è uinculis Magni elapsus,primũ occulte & per aliquantũ tempus manũ sibi idoneam cõgregans:deinde palàm percursare cœpit Iudæam, exagitari Hyrcanus,& rebus suis diffidere Romanos cura urgere ne bellũ glisceret: quinetiam murũ præparare Hierosolymis cõstiturerat,quẽ Magnus destruxerat,ac pè aggressus fuerat opus,nisi Gabinius qui Scauro successit, curatis strenue cæteris,qui bus terrorẽ sui nominis sparsetat,occurrendũ Alexandri tentamẽtis æstimauisset. Nec Alexander refugiendũ arbitratus, sed decernere prælio ausus cũ decẽ milibus peditũ: mille & quingentis equitibus etiam castella reparauit: Alexandriũ,Hyrcaniũ,Macherun tam receptaculo sibi(si res popoſcisset)futura,uel hostibus impedimẽto, qm̃ & Arabia nõ satis fida Romanis ꝓxima erat: Gabinius quo citius occurreret Marcũ Antoniũ cũ parte exercitus præmisit,ut iter hostiũ impediretur, donec ipse cũ toto agmine aduentaret. Antipater cum electis aduenies & Malichus & Pitholaus diuersis Iudæorũ subsidijs(& Gabinius aderat)flexit cõsiliũ,ut retrorsum cederet. Sed quũ iam nõ longè esset ab Hierosolymis,coactus manũ cõserere,uictus aufugit,necatis fermè tribus milibus suorum,cæteris captis aut dilapsis:uix Alexandro pauci superfuere,potius ad fugæ societatem,quàm ad rebellandi audaciam. Deniq; pacẽ à Gabinio petẽs,etiam castella ne quid suspectum haberent,Romanis tradidit. Eo bello egregie Antonii uirtus emicuit, q̃ uis præclarꝝ ubiq; documentũ suæ dederit fortitudinis. Gabinius in quinq; cõuentus Iudææ Antonij uirtus egregie emicuit. am diuisit,ut potestatem minueret,ex qua oriebat potior reꝝ insolentia. Hyrcano pro manſuetudine ingenii eius sacerdotii honor mansit: totius aũt regionis eius conuentus non uni sed in cõi Hierosolymitanis à Gabinio cura impartita: itemq; cæteri cõuentus simili mõ attributi per Gadaram & Amathuntem & Hiericó Scythopolitanosq;,urbes scilicet potiores diuisit,quo & singulorꝝ potentiæ nihil relinqueret, & functio regionum non uacillaret,quæ publicam expectaret solicitudinem. Quod & à Romanis ad relenandum rebellionis metũ,& à Iudæis ad deponendã inuidiam cum gratia susceptũ:qm̃ non sub rege, sed sub optimatibus degeret Hebræorꝝ genus, ad Reipublicæ Romanæ similitudinem,in qua non unus imperitaret, sed per uices optimi quiq; quibus sortito magistratus cesserat,administrabant regni quidam exortes,sed regum arbitri, consultũ prouide aduersum inquietudinem gentis æstimabatur.

Alexander bellũ assumpsit.

Gabinius Alexãdri tẽtamentis occurrit.

Caput .XX.

SEd Aristobuli fuga reditusq; in Iudæam plurimũ turbarꝝ excitauerat,plerisq; refluentibus ad eum quos ueteris amicitiæ gratia solicitauerat, aut res ultimæ, quibus remediũ ex discordia publica quærebat:ima summis miscere cupientibus,atq; aliæ spes lapsæ forent. Regressus igit̃ Aristobulus munitiones ædificare,Alexandrium reparare cœperat,quo cõperto Gabinius Sisinnio & Antonio,Seruilioq; cum parte exercitus directis,cœptum opus impediuit, desertis em̃ munitiõibus Aristobulus se bello parauit,& quia maiore numero quàm usu agmẽ trahebat,deonerauit inermis populi multitudinẽ,& sola octo milia armatorꝝ coegit adiuncto quoq; Pitholao, qui uoluntarius ex Hierosolymis cũ uiris mille aduenerat: deinde orto prælio(imminebant em̃ Romani eius ceruicibus)aliquandiu quidẽ strenue pugnatum, tamẽ prævaluit uirtus

Aristobulus Alexandriũ reparare cœperat.

Romana,cæsa ludæoꝝ quinq; milia. Aristobulus cum mille uiris irrupit aciem,& in castelli Macheruntis munimenta sese recepit, duo milia aliò dilapsa, adorsi tñ castellum Romani per biduũ fermè dilati: qm̃ de ultimo periculo Aristobulus totis uiribus decernebat. Sed nequaquam diutius sustentare potuit, captus cum filio Antigono, quem praeciter fugiens de uinculis secum abduxerat, ad Gabinium missi & ab eo ad Romam directi sunt. Senatus Aristobulo in custodiam detruso, filios eius ad Bythiniam dimisit, qđ Gabinium ferunt epistolis insinuasse, id Aristobuli coniugi promissum, remunerandæ sedulitatis eius gratia ob traditas sibi munitiones.

Caput .XXI.

HIs in Iudæa gestis Gabinius audendũ aliquid ratus, in Parthos expeditionẽ parauit, sed suspecta partiũ Ptolemæi regis reuocauerunt ꝓfectum. Nam ab Euphrate in Aegyptum Gabinius iter cõuertit, usus necessariis ad omnia ministeriis Antipatri & Hyrcani. Sed Hyrcani per Antipatrũ qui pecunia, frumento, armis, auxiliis quoq; exercitũ iuuaret, ac maxime congressiones circa Pelusium, nisi gnaris locoꝝ & totius belli generis Iudæis omnia ꝓcurantibus Gabinium facile deterruissent. Sed rursus morante exercitu, Alexander Aristobuli filius in Syriam sese alteram uelut in uacuam ꝓuinciam immergere moliebaţ: nisi rumoribus excitus Gabinius reditum maturasset, præmissoq; Antipatro reuocasset plurimos Iudæorũ ab Alexandri societate, quorum multitudine fretus, parabat omnes quos in regione offenderat Romanos exitio dare: deniq; dilapsis licet Iudæorũ plerisq; per Antipatri cõuentionẽ, audaciã tñ nõ depo suerat, prælioq; adorsus, in .xxx. milibus uiroꝝ circa Itabiriũ montẽ fusis, cũ decẽ milibus aufugit, reliquorũ dispersiõe bellũ cõfectũ. Gabinius cõpositis, ad arbitriũ Antipatri Reipub. Hierosolymitanæ negociis: inde ꝓfectus Nabathæos plio subegit, Mithridatemq; & Tigranem fugientes de Perside occulte dimisit, palàm tñ militibus intimauit fuga lapsos. Succesſit Gabinio Crassus, & ꝓfecturus ad Parthicũ bellũ, oñe qđ erat Hierosolymis aurũ in templo abstulit: & præterea duo milia talenta detrahi iussit, quæ Pompeius intacta reliquerat, nec longum lætatus ubi transmisit Euphratẽ, exercitum amisit, & ipse extinctus est. Eo successu Parthi lætiores transeundum in Syriam crediderunt, quos strenue insidiis excepit Cassius, & cõmissæ sibi prouinciæ finibus repulit, non sine graui detrimento hostium, cum effusæ ueniẽtes, qđ neminem sibi obsistere ausurum arbitrarenţ, locis præuentos augustioribus occupauissent. Deniq; fusis suorum pluribus, bellũ deseruere. Cassius repulso hoste securus ꝓuinciæ, in Iudæam irruit, & Tarichæis deletis trigĩta milia Iudæoꝝ in seruitutẽ uẽdiderit. Ptholaũ quoq; suspectum doli quo partes Aristobuli fulciret, uendidit, iugulari iussit. Neq; expers consilii eius Antipater fuit, ut æmulum potentiæ quàmmaxime excluderet.

Succesſit Gabinio Crassꝰ

Crassus in iudæã irruit.

Caput .XXII.

IS Antipater cognouit uxorem cui nomẽ Cypris, splendidissimo inter Arabiæ fœminas loco ortam, atq; ex ea suscepit liberos quattuor sexus uirilis, & unam fœminam. Viris hmõi uocabula: Primus Phaselus, sequens Herodes uocati, tertius Iosippus, quartus Pheroras, & Salome filia: Eaq; causa uir egregie factus ad emerendam multo neribus, atq; amicitia societatẽ potentiũ, gratiam præ cæteris sibi regis Arabũ concilia uerat, quia de locis Arabiæ uxoris acceptæ prætẽdebat necessitudinẽ. Deniq; aduersus Aristobulum decernere prælio parans filios suos, prædicto Arabum regi quasi mutuæ charitatis pignora direxit. Quos ille quasi depositũ inuiolabile susceptos, eo cultu quo liberos domi habuit, & postea repetitos patri reddidit. Sed cũ Aristobulus bello superatus in uinculis haberet, Alexander filius eius cum secundũ cõuentiones pacis quibus eũ Cassius ad Euphratem rediturus deuinxerat, prælio uacaret, quũ confinia Perfidis haud ullo suspecta Parthoꝝ transitu infestarenţ, & blandæ tranquillitatis spẽs in orientis partibus humanas leuaret solicitudines, Cæsar transalpinis regionibus Galliaꝝ Italiæ sese infundens, Pompeiũ senatũq; ultra Ionium mare expulit. Italia exclusus Aemathiã Magnus petit, eòq; diuersis ex locis Romana iussit agmina sequi, quod ibi bellum pararet. Quibus intentus gerendis Aristobulũ, quem Romæ uinctũ reliquerat, eum Cæsar qui inter urbem Romam atq; Pompeiũ medius erat, qm̃ de Flaminia in Appiam com-

Antipaterex uxore Arabica q̃tuor filios & unã suscepit fœminam: Phaselus, Herodes, Iosippus, Pheroras filij, Salome filia.

Cæsar Pompeium ultra Ioniũ expulit mare.

pendiariis tramitibus Magnum sequebaţ, ut uel ipsum exciperet, uel intercipet eius exercitum uinculis leuatũ, tributis etiam militaribus numeris in Syriam direxit, ut Iudæã sibi adiungeret, Pompeiũq; a tergo urgeret. Sed in exordio tentamentoꝝ ubi ad locum peruenit, ueneno interemptus imperfectum negociũ reliquit. Opinio mortis eius Pompeii fautoribus ascribebaţ, ita lusæ sunt dispositiões Cæsaris, & destitutæ Aristobuli cupiditates noua quadam mutationum uarietate, ut tutior fuerit exul inter hostes & in uinculis captiuus, q̃ inter suos ciues domínus in cubículo, rex in conuiuio. Quo comperto Pompeius quod Aristobulus in Iudæa recidiua sibi bella reparare rentauerat, etiã filiũ eius Alexandrũ iugulari iussit, suspectũ nimis ob partes Cæsarianas. Scipio Cnei mandatis obediẽs ꝓ tribunali statuit reum, ut specíes iudicii prætẽdereţ, accusatoribus quoq; adhibitis, atq; in eum qui Romanam rẽpublicam armis inquietasset, sententia ꝓlata, ut pro iuris potius autoritate q̃ pro executione præcepti, more quo duces hostiũ conuictus rebellionis, securi pcussus æstimareţ.

Caesar uenenoꝰ iterẽptꝰ.

Pompeius Alexãdrum Aristobuli filium iugulari iubet.

Ca. .XXIII.

COgnita utriusq; nece, Ptolemæus qui susceperat Aristobuli germanos, & uxoratos fratres accersituꝝ, ille aduenìens suscepit Antigonũ atq; eius sorores, ut ad patrem deduceret, usu & cõsuetudine amoris ígniculus obrepsit adolescẽti ignoscẽdo profecto, si scirent tyranni ignoscere, atq; alteram de sororibus accepit sibi in coniugii societatẽ. Non tulit hoc Ptolemæus pater, sed occiso filio nurũ ꝓpriam sibi iunxit: moꝝ egregius censor qui inexoratam in filio damnaret coniunctionẽ, ut ipse se parricídio & incesto cõraminaret. Pompeio interfecto qui dum arma Cæsaris fugit, Spadoni Aegyptio caput suum amputandũ præbuit, cõuersa res: præbuit tamen ea patientia caput, qua tantoꝝ populoꝝ aliquotiens uictorem decebat, & ut in illa uicti sorte exulisq; conditione conspiciens reꝝ humanaꝝ ludibrium, & uarietatẽ, gladio ceruicẽ offerret, ab eo cui regnum dederat ꝓ gratia mortẽ recepturus. Post cuius necem mutatio facta, plærisq; ex familiaribus Magni amicitiam Cæsaris expetentibus, præcipueq; Antipatro incredibilem in modũ prædito ad omnes quoꝝ affectarẽt amicitiam. Omnibus em̃ necessariæ opes, & maxime in prælioꝝ apparatibus, ubi ex inimícis atq; aduersariis sæpenũero chariores efficiunţ. Eteñ quia Ptolemæus ægypti rex fidem læserat, ab ipso cæsare bellis grauissimis premebaţ.

Ptolemæus Ascolonã in urbẽ dirigit.

Tyranni ignoscere nesciunt.

De parricídio Ptolemæi in filiũ.

De morte Pompei.

Ca. .XXIIII.

PErgamenus Mithridates cũ omni manu quam secũ deduxerat pelusiacis repulsus obstaculis, in urbe Ascalone resederat. Desperatoq; transitu & conatu irrito, nec iam se cõmittere bello audebat, locis iniquioribus & ĩpar uiribus. Cui Antipater Arabas primũ in auxiliũ asciuit, deinde tria milia Iudæoꝝ ualida manu & munita armis secum perduxit. Cõmouit etiam Syriæ potentes in adiumentũ ipsius, Ptolemæum qui habitabat in Libano & Iamblicum, & Ptolemæũ alteꝝ. Quoꝝ freti societate etiam alii populi ad bellũ accensi sunt. Quibus adiũctis uiribus fretus Mithridates, Pelusium accessit, & cum transitu prohibereţ obsidionem adortus est. Quo loci Antipater præclaꝝ militiæ documentũ dedit. Siquidem resistentibus oppidanis, cũ summa uí belli utrinq; decernereţ, primus cum suis dirupta muroꝝ parte, in qua ipse præsidebat, urbem irrupit, eamq; cœpit. Nec tamen hic finis laboris adiumẽtiq;, sed etiam cum in trorsum exercitus pergeret, & circa eam quæ appellaţ Oniæ regio Iudeæ, Aegyptii uel lent resistere quo intercluderẽt iter, rursus Antipater nõ solum remouit prælium, sed etiam ad exercitũ iuuandum quæ necessaria forent usui humanitatis, ab ipsis qui arma contrà parauerant ministrari effecit. Vnde Memphitæ quoq; animos a prælio reuocauerũt, & se Mithridatis societati uolẽtes dedidere. Qui prætergressus suspectiora, cũ reliquis Aegyptiis cõserendũ ratus, liberioribus quidẽ locis, sed ualidioribus uiris regionis ipsius, cuius incolatus Iudæoꝝ exercitus appellabaţ, strenue decertauit, adeo ut præruptο sese periculo daret, ac penè extinctus foret, nisi Antipater uidens totum, in quo Mithridates erat, dextrum cornu a cohorte urgeri, ex alia quoq; parte includi flumine, nec ullum effugiũ uiris irruisset a cornu siniſtro super eos, qui Mithridatẽ cedentẽ per sequebaţ, quos eousq; insectatus est, donec omnis hostiũ populus extingueret. Eo prælio octoginta solos Antipater uiros de suis amisit, supra octingẽtos Mithridates, ita ut

Memphítæ sese societati Mithridatis adiunxere.

Mithridates Præ ſpem euaſit.

ipſe ꝓter ſpem euaſerit, atq; hoc uno momẽto clades ſecuta. Antipater multis uulneribus corpore exceptis, egregium uirtutis ſuæ teſtimonium apud Cæſarem inuenit: Mithridate præſertim nõ ſolum ſuæ abſolutionis interprete, ſed etiam fortitudinis prædicatore, quibus regibus egregie Cæſar delectatus, in honorem Antipatrum ut oportebat inter amicos recepit. Deinde ubi ea quæ in Aegypto forent conſtituenda diſpoſuit, atq; in Syriam ꝓceſſit, Romanæ eum reipublicæ honoribus affecit. Talentum quoq; cõtulit, cæteraq;, ut probato ſibi uiro, gratiæ ſuæ pignora impartiuit. Hyrcano etiam ſummum ſacerdotium de ſententia Antipatri uolens firmauit.

Antipatri multis exceptis uulneribus egregiũ uirtutis ſuæ exhibuit teſtimonium.

Caput .XXV.

Antigonus Cæſari occurrit atq; Antipatrũ acculat.

ANtigonus quoq; in Syria Cæſari occurrit, & quem, uel pattis deflere ærũnam cõuenerat, ueneno per amicos Põpeii interfecti, uel ſupplicium germani: quẽ Scipio ſumma crudelitate, tanq; reum ſecuri percuſſerit, inuidiæ magis q; doloris partes exequebat, ut Hyrcanum & Antipatrum incubare alienis, quæ ſibi & fratribus ſuis per ſcelus erepta forent, quæſtu grauiſſimo coacerbaret extorrem ſe factum habitationis paternæ: terram in qua ſit natus negari ſibi, tamen ſuas iniurias tolerabilio res uideri, multo acetbiores illas, quibus tota gens populi Iudæor; ab Hyrcano & Antipatro afficeret. Eoſq; de bene geſtis in Aegypto rebus uẽdicare gratiam, cũ illud Mithridatis iuuãdi munus, nõ ex inſita in Cæſarẽ beneuolentia ſedulitas ulla detulerit, ſed ex Pompeianæ conſcientia ſocietatis formido extorſerit, ut eſſet offenſionis obtentus. Aduerſus ea Antipater, non uerbor; referens uicẽ, ſed rer; aſſertorem ſcidit ueſtem, & nudus ueſtimentor;, plenus uulner;, diloricato amictu, offerens oculis circumſtantium ſpectatæ indicia uirtutis: En inquit maleuolentiæ meæ in Cæſarẽ teſtimonia, defendãt reum quæ tanq; animi lumina micant. Has ego cicatrices tibi Cæſar uoluntatis internæ obſides tribuo. Hæc ego fidei meæ depono pignora, & inſcriptos cordis apices gero. Si ciuibus non credit, hoſtes interrogentur, ꝓ quo uulnera illa ſuſceperim. Quid in me aliud, niſi fidem quam tibi deferrẽ perſequebant? At obiectat mihi Pompeii gratiam, fateor Cæſar, me non hominũ, ſed nomini Romano amicũ fuiſſe, idq; ſtuduiſſe egregie, ut ueſtræ reipublicæ mea officia impenderent. Militaui itaq; non uni ſed omnibus, fuerit mihi charus Põpeius, ſed antè mihi ille cœpit amicus eſſe, quã Cæſari eſſet inimicus. Tuus ille gener erat, & tu ſocer illius. Cũ eſſet in ptibus Iudeæ, iuui ut impatorem Romanum, non tñ ea ꝓ illo, quæ ꝓ te excepi uulnera. Tibi impendi uades mortis, & ictus telor; excepi hoſtilium. Quid mir; autem ſi captiuus uulner; decus neſcit? & fugitiuus quid ſit fides ignorat? Quid aũt perpetuus hoſtis obiiciat mihi, niſi ueſtrã amicitiã? Mirum ſane uidẽt quod accuſatũ quenq; Romanos adeat Antigonus, quos bello ſoleat inceſſere, atq; apud eos exutũ ſe imperio queratur, cuius uſum ac negociũ nõ ad ſui potentiã, nec ad inſigne domeſticum, ſed ad laceſſenda arma Romana, & ulciſcẽda patris germaniq; exercitia deſiderauerit. Ingratus ſalutis tribunal Romanũ nõ timeat, ſed etiam audeat ultrò inceſſere, cũ ſciat iſtic rebellionis ſuæ cõſortem pœnas luiſſe. Vbi Antipater finem dicẽdi fecit, Cæſar ꝓnuntiat dignũ magis ſacerdotio Hyrcanũ uideri: Antipatro aũt detulit ptãtis electionem. Tũ ille eundẽ arbitrũ honoris & moderatorẽ expetens, atq; in eo q honorem daret ponẽs menſurã honoris, aſtute ſatis & uerecũde decus tulit, & incrementum potẽtiæ. Totius em̃ Iudeæ ꝓcurator factus eſt Antipater, ſane popoſcit ut muros Iudeæ q bello diruti fuerant ædificaret. Tantũq; negociũ datæ fidei ſecurus, & poſtulauit & impetrauit. Eaq; ut moris erat Romanis impatoribus arbitrio Cæſaris in capitolio ſcripta ſunt, quæ inſignia honoris Antipatro cõferẽda Cæſar æſtimauiſſet, ut & ſuæ iuſtitiæ & meritor; uiri poſteritatis quoq; cognitiõi indicia extarẽt. Proſecutus aũt Cæſarẽ Antipater ex Syria, in Iudæã flexit iter. Et primo quẽ Põpeius deſtruxerat mur; in ueterẽ ſtatũ reformauit. Deinde tumultus repreſſit, conueniẽs ſingulos affectu parẽtis, nũc mollioribus monitis, nũc minis, ut quæ pacis eſſent potius q; belli ſequẽda arbitrarent, neue exaſparẽt animũ regis. Qui ſi inoffenſus maneret, ciuẽ præſtaret: ſi cõmouereẽ, tyrannũ exhiberet, & ſi mitis eſſet natura Hyrcanus, cauerẽt tñ ne eum contumelia exacerbarẽt, ſibi quoq; ſtudiũ eſſe ut in mediũ conſuleret, ꝓ ſolicitudine pia, non ꝓ ptãte, Sed ſi nouare aliqua tentarẽt, uindicãdi animũ ſibi non defutur;,

Antipaẽ poſcit muros Iudæor; edificari.

Romanorũq; amicitiã potius q; dñationẽ expetirent. Cui em̃ dubiũ foret ex amicis in arma erupturos, ſi eũ cui regnũ ipſi firmauerãt, cognouiſſent regno exutũ? Simul quia lenitudine ingenii tardiorẽ Hyrcanũ nouerat ad exequẽdas publicorũ munerũ neceſſitates, filiis ſuis diuidendã tuẽdæ regionis curã putauit, quod ille ꝑ tantæ molis impetrioq; eẽt. Phaſelũ itaq; ſeniorẽ ex liberis præfulẽ Hieroſolymis & ducẽ militiæ cõſtituit, Herodẽ quoq; minorẽ natu atq; admodũ adoleſcentẽ pari honore Galileæ præfecit. Qui ubi poteſtatem adeptus eſt natura acrior ad obeũda negocia, ſtatim ingenio ſuo materiam inuenit.

Phaſelũ ducẽ militiæ conſtituit. Herodẽ natu maiorem Galilęæ ꝑfecit Antipaẽ.

Caput .XXVI.

Syria laborabat ĩcurſionibus Ezechiæ latronis.

LAborabat em̃ Syria Ezechiæ latronis incurſiõibus. Quibus ille prædatoriæ manu princeps totã infeſtabat ꝓuinciã, atq; oĩbus locis infenſus erat. Quẽ correptũ iugulari iuſſit, multoſq; prædonũ interemit, quod ei maximã uirtutis gloriã pepit, & huberẽ apud Syros gratiã. Vñ in urbibus ac uicis canentiũ uocibus celebrabaẽ, quaſi pacẽ & qetẽ publicam multo poſt tpe reformauiſſet. Excitabat hic ſermo ſedulò plebis rumore diuulgationẽ piã laudis fraternæ, ut Phaſelus quẽ iuniorẽ natu adæquare uirtute nõ poterat, adæquaret mẽtis benignitate, allectis in primor; locũ beneuolentia præſtãtioribus, q ſe uera temperarent gratia. Vñ & maximus honor Antipatro, quaſi parẽti publico deferebaẽ. Ipſe tñ nihil de beneuolẽtia ac fide mutauit, qua obſeruare Hyrcanũ ſolitus erat. Sed difficile eſt in ꝓſperis inuidia carere. Deniq; primum taciturnus Hyrcanus ad iuuenũ laudes uellicabaẽ, uehementius tñ, eum quæ præclare geſta in Herodis opibus ferebanẽ, exaſpabant, quẽ ultra leges ludæor; & priuati modum ꝓgreſſum uidebat, ut omnẽ ſibi cũ fratre ac patre uendicaret potentiã, regẽq; exuerent oĩ honore, cui nihil præter nomen reſediſſet, ꝙ uacuũ ptãtis inanem ſpeciẽ præferret. Denique incõſulto eo plurimos neci datos, ac ſine mandatis regalibus interfectos, quos lex patrũ perire nõ fineret, unde oportere Herodẽ in cauſam uocari plæriq; aiebãt, ut rõnem daret q gratia uiolauerit legẽ, quæ inauditos uetaret exitio dari debere: Aſſurgere Hyrcanũ, uel hinc expiri utrũ regẽ, an priuatũ ſeſe Herodes gerat. Qui uocatus in iudiciũ, niſi adeſſet manifeſtũ fore, quo tãta eius inſolẽtia aſpirauiſſet. His atq; hmõi regionẽ increpitabãt, ꝙ regaliũ negocior; iure deceſſerit, transfuſa in Antipatrũ & filios eius ptãte, quos dños cõſtituerit licentia ſibi regnandi ĩminuta. Quibus excitus ſtatuit Herodẽ iudicio ſuo nõ defore purgatur;, quæ aduerſum leges uſurpata obiectarenẽ. Herodes tametſi in iudiciũ ſe uocatũ indignareẽ, tñ uel patris monitis, uel cõſilio placidiore aduentabat, ptæoccupatis Galileæ munitionibus: ſed tñ neq; inuidioſo agmine ut bellũ minari uidereẽ, nec iter; in tuto præſidio, ut ſalutem ꝓderet, fultus quoq; Sexti Cæſaris erat aſpirãte ſibi gratia, q metuens ne quid iuueni inſidiar; itrogareẽ, præſcripſerat Hyrcano mandatis ſeueriorib⁹, ut a iudicii grauioris piculo tẽperandũ putaret. Vñ magis abſolutionẽ iudicii Sexto detulit q̃ uolũtati, quãuis Hyrcanus & ſi inſimulãtibus ceſſerat, ut eũ in cauſam uocaret, uolens tñ abſoluerit, qm̃ ſeruare Herodẽ q̃ pſeq; malebat. Sed ille iuuenili calore iniuriam dolẽs, abſolutiõis ingratus, prexit ad Sextum ꝓpoſito ſtudio, ut ſi iter; uocareẽ, nõ obediret, dediq; obtrectãtibus inſimulandi locũ: quãuis Hyrcanus nõ aſſurgeret ad ultionẽ, quũ uideret ſupiorẽ: Recordatiõe tñ iniuriæ (quæ tractãdo aliẽ) excitus Herodes, cõgregato exercitu petebat Hieroſolymam, ut ſolueret omnẽ Hyrcani ptãtẽ, ac penè effecerat, niſi a fratre infractus & patre, ĩpetus eius cõſenueriſſet, rogãtibus ut inſurrexiſſe ſatis putaret, & mutatiõe uindictæ modũ poneret, abſtineret tñ ab impatoris exitio, ſub quo nõ mediocrem aſſequutus foret gratiã, ut tantã poteſtatẽ adipiſcereẽ: Læſum q̃dem uideri, ꝙ in iudiciũ uocatus ſit, ſed rurſus affectñ gratia, ꝙ abſolutus. Dur; nimis ſi iniuriam ꝓſequaẽ, & ꝓ ſalute ingratus ſit. Dubiũ deinde ancipitẽq; eſſe bello; euẽtũ, grauẽ quoq; inuidiæ ſarcinam, cũ impatori ſuo arma inferat, & ei q paterno affectu eum uouerit, ſæpius iuuerit, nequaq̃ læſerit, niſi cum malis cõſiliariis uſus umbrã ei excitauerit iniqtatis, qua ſe luſum arbitrareẽ.

Herodes magno exercitu Hieroſolymã petit uindicatur⁹ Hyrcani rebellionem.

Sext⁹ Cæſar ſcripſit pro Alexandro.

Caput .XXVII.

HIs & talibus fregere iuuenilẽ impetũ, bellũq; inteſtinũ a Iudæa remotũ, ſed Romanor; interuẽtione trãsfuſum, at q; in eos uerſum. Siquidem a Cecilio Baſſo

Sextus Cæsar dolo interemptus est, & postea Iulius Cæsar triēnio & septē mēsibus po testate functus ppetua, quia priuati habitū sugressus fuerat, in senatu graues pœnas de dit, Cassio Brutoq; autotibus. Vñ cōgregatis urbibus, quū ultū iri filius Iulius adopti uus patris exitiū adiūcto sibi Antonio destinauisset, quia maximā belli partē missis au xiliis Herodes iuuisse æstimaret: totius Syriæ eidē regēdæ cōmissa est solicitudo. Quæ res Antipatro causa letalis exitii fuit. Ca. XXVIII.

Malachus Antipatrū ueneno e medio auferri curauit.

TImens em̄ Malachus Antipatri potentiā, quæ uirtute Herodis cumalabat, cor rupto uno de regalibus mīstris, Antipatro uenenū parauit. Quo potato post cōuiuiū statim morit Antipater, impigro in cæteris ingenio, & maxime quæ rēdo stabilitēdoq; Hyrcani impio uir strenuus. Tulit grauiter Herodes obitū patris, cō motoq; exercitu ultorē pollicebat, sed fraterno cōsilio reuocatus: ne bello intestino lu dæa inter Herodē & Malachū uexaret, parato ad repugnandū & maxime dissimulante Malacho, q̄ necis Antipatri cōscius foret, in aliud genus ultionis facile traductus est, ut satisfactione accepta, q̄ nulla fraude Malachi Antipater obisset, Hyrcanū ac Malachum Herodes ad cœnā uocaret, & de snia Cassii qui etiam suis id negocii mandauerat ad ob eundam ultionē directis: parati cēturiones præpositiq; Romani exercitus ueniētibus

Malachus multis cōfossus uulneribꝰ trucidat.

Hyrcano simul ac Malacho occurrere in littore, atq; euaginatis gladiis utrūq; eoꝝ circū stetere. Solū tñ Malachū multis uulneribus cōfossum ac laniatū, supremo exitio trucida uerūt. Cōsternatus eo terrore Hyrcanus, sensum amisit, atq; omni solutus uigore mem bris & corporis corruit. Paulisper tñ ubi sese recepit, interrogato Herode q̄s præcepisset Malachū occidi, ubi cognouit ex præpositis Cassii Romani impatoris iussu necatū, illi eo rñdit: Cassius ergo & mihi & patriæ meæ saluti fuit, q utriusq; insidiatorē peremit.

Elichus, qui alio nomine Felix apud Ioseph. li. belli su. i. ca. 10. & Antiqui. li. 14. ca. 20. Phaselū pulsat fratris uindicaturus mortem.

Sed hoc siue p̄ metu dixerit, siue ita senserit Hyrcanus, haud liquido patet: neq; nostro diffiniri pōt iudicio. Insurrexerat Elichus qui fraterna necessitudine Malachi mortē cu peret ulcisci, sed quia Herodē lacessere nō audebat, fratrē ipsius Phaselū lacessendū ar bitrabat, Quo cognito, Herodes mouere se cupiēs, retentus est corpis infirmitate. Eli chus interea munitiones quasdā, & præcipue Massadā impositis præsidiis occupauerat. Sed ubi Herodi refusus salutis uigor est, recepta oia ipsumq; Elichū de munitiōe Massa dæ Herodes obsecrantē dimisit. Interpellauerat eius potentiam Antigonus Aristobuli

Dosis Herodis cōiunx.

administulante sibi Ptolemæo socero, quos Herodes p̄lio fudit, & eiecto Antigono Hie rosolymā uictor reuertit. Magna gratia etiā recētis triūphi, & præcipue nouæ cōiūctio nis. Nā primo Dosis ei cōiunx adhæserat, ex qua Antipatrū susceperit filium, postea Mari amnem Alexandro Aristobuli filio genitā, secundis sibi nuptiis copulauerat, Hyrcano p̄ximā, atq; ob ea regali præditā nobilitate. Nec tñ inuidiā euasit, q̄ regnū præreptū ire Hyrcano affectauerat. Nā ubi bello Macedonico Cæsar atq; Antonius Cassiū Brutūq; oppressere, uictoresq; alter in Italiam regredi maturauit, alter in Syriā p̄perandum cre didit, legationibus plurimis affluētibus cōuenere ad Antoniū ludæoꝝ quiq; potiores, atq; in Bithyniā p̄cessere, accusantes Herodē fratrēq; eius Phaselū, eo q̄ ipsi uiolenter inuasere reꝝ omniū potestatem, nomē solū Hyrcano ad speciē honoris dereliquissent. Sed præsentia Herodis præualuit & gratia, qui nō mediocri pecunia, sed & mūeribus opimis Antonii animū sibi deuinxerat. Vñ ne sermōe quidē ullop̄tictus ab Antonio euacuauit inuidiā aduersum se directæ legatiōis. Itez centū ferè uiri ludæoꝝ Antio

Antonius totus Cleopatræ amoribꝰ deditus.

chiā aduq;, nō minore spū accusatū p̄fecti, apud Daphnen offendere Antoniū iam to tū Cleopatræ amoris deditum, atq; eius libidini deseruientē, ibiq; arguere cœperūt in tolerabilē fratrū ptātē. Messala cōtrà refellebat assistēte Hyrcano, & insolentiā gētis re darguebat, quæ factiōe paucoꝝ excitata suos detrectaret, alienos quæreret, Hyrcaniq; in iuriā prætexeret, cū Hyrcanus q̄ ciuibus esset, accōmodū præoptauisset. Cognitis ita q̄ allegatiōibus partiū, interrogauit Hyrcanū Antonius, quos aptiores esse arbitraret. Cuius affectu secundū Herodē ac fratrē eius conueniēte, quū uolūtati suæ respōsa con gruerēt, delectatus admodū q̄ erat fratribus paternæ hospitalitatis copulatus necessitu dine, qñ eū cū Gabinio aduenientē in ludæam gratissime satis Antipater hospitio rece p̄pit, multisq; percoluit officiis: Herodē & Phaselū tetrarchas ordiauit, totiusq; ludææ p curationē agere præcepit, Hinc quoq; multiplicatus est nūerus conquerentiū; nam &

si alios legatorum custodia receperat, alios affecerat contumelia, illi tamen postea legati ad Antonium in urbe Tyro degentem, facta Hierosolymis seditione pergere præcepti uoluntati ciuium non defuerunt. Et quāuis grauiter esset in reclamantes uindicatum, tursus tamen perstrepere ausi sunt: missus ab Antonio Tyriorum præses, qui corri

Præses Tyriorum.

peret insolentiæ reos, cum tam ipse q̄ etiam Herodes atq; Hyrcanus quærerent, ne sibi grauissima supplicia, patriæq; perturbationes, & causas bellorum gignerent, ubi nihil ꝑfectum, sed irrationabili contētione miscerī omnia cœpere: Direxit Antonius arma tos a quibus alii cæsi, alii grauiter saucii, ab Hyrcano tamē aut sepulturæ mortui aut me dicinæ, qui potuerant euadere gratiam adepti, geminæ humanitatis occasionem dede re, qua eius in ciues beneuolentia manifestaretur. Cæteri quoq; qui effugerant, ita urbē exagitando exasperauerunt Antonium, ut etiam in eos quos uinctos tenebat, suprema supplicia mandaret. Caput .XXIX.

CEsserat acerbitati insolētia, sed decursu ferè biennii effuderat se Syriæ Partho rum exercitus Pacoro regis filio, & Barzafarmane Persarum satrapa, barbarum cto patre, cui cognomentum Memneo fuit, exutus iam potestate per memoratum sa

Lysanias Ptolemæi filius.

trapam, solicitauit Pacorū promissis mille argenti talentis, & quingentis mulieribus, ut Antigono regnum daret, Hyrcani solueret sacerdotium. Pacorus ministro regio partē equitatus dedit, & quoniam ipse rebellionibus intra Syriam detinebatur, ut in ludæam transiret, atq; Antigono rem gereret, & studium eius iuuaret, sed hoc quoq; parum p cesserat: nisi confligētibus aduersum se ludæis, Herode ac Phasselo, & contrà Antigono ducibus de sententia Antigoni propositum foret, ut Pacorum conciliatorem pacis reci perent. Quod Phaselus ingenii facilitate obnitente Herode, probatum in tempore mox sibi pernicioſum expertus, cognouit natura barbaros esse infideles: nam missus ad Bar zafarmanem quasi pacis executorem, & cum Hyrcano profectus occurrit satrapæ, astu te satis uelanti insidias specie benignitatis. Deniq; profecturis munera dabat, & quem admodum circumuenirent dispositionibus suis constituebat. Prosequebantur eos cu stodiæ magis causa q̄ socii periculorum. Deferebantur nuntii quod mille talentis Par thus redemptus foret ad exitium memoratorū. Ofellius quoq; fugam suadebat, quod à Saramalla Syrorum ditissimo, factionem eis paratam cognouerat: Sed nec sic quidem adductus est Phaselus, relicto Hyrcano sibi cōsulere. Verū adorsus est satrapam gra uioribus contumeliis quod pretio fidem proderet, pluriscq; pecuniam quā æquitatem duceret, amplius pro salute sese dare, quàm Antigonus pro regno annumeraret. Sed Persa fidem quam prodiderat periurio conciliare sibi nisus, & suspicionem omnem de pellere, haud multo post dolum patrauit. Nā eo profecto ad Pacorum quibus id negoci dederāt, Phaselum & Hyrcanum corripiunt execrationibus, quando aliud iam face re nequibant, ultum iri cupientes barbarorum periuria, & perfidiam proditionis. Nec minus Nini minister missus in ludæam dolis prætenderat, ut caperet Herodem, sed il lum iam dudum suspectantem insidias barbarorum, grauis ad curandum cura exerce bat, sese q̄ intra munitiōes tenebat. Nec simulatis a Pacoro mandatis, quibus de Phaselo eiusq; insolentia fratrem conueniret, muros egredi, & alloquiis hostium sese cōmitten dum putauit. Cognitoq; fratrem & Hyrcanum teneri, nocte in Idumæam suos præmi sit, atq; ipse cum seruulis insequentes barbaros fudit. Multisq; cæsis in Massadam sese properato contulit, graiores tamen Parthis expertus ludæos, qui fugiēti incubuerant, & suos quidem intra munitiones composuit, ultus sese de insequentibus. Ipse autem relictis præsidiis, quæ matri & fratribus iunioribus præsidio forent, in Arabicam Petrā contendit. Infudere se Persæ Hierosolymis, irruentes in fugientiū domos, uersa omnia in rapinas, bellum, tumultus: eoq; iniuria processit, ut regnum Antigono traderet. Pha selus quoq; & Hyrcanus in potestatem eius, ad subeunda quæ libitum foret configna rentur. Ille autem tenere sese diutius nequiuit, sed continuo in Hyrcanum facto impe tu, aures eius dentibus suis abscidit, nequando ulla rerum conuersione recursus ei pa teret ad sacerdotium: Summum enim sacerdotem immutilatum corpore quenquā esse oportet; nec licere per legem liquet, ut mutilato corpore quisquam summo fungatur

Hyrcani aures dentibus abscindūt.

Summū sacerdotem imutilato corpe esse oportet.

munere sacerdotii. Phaselus ascitæ sibi mortis celeritate, contumeliā præuertit illiso capite saxis, quæ forte occurrerant, dedignatus seruari ad ludibria, uel iussu alieno mori, qui posset uinctis licet manibus & ferro negato exitum uitæ inuenire. Fuit tamen etiam alius de eo sermo huiusmodi, quod saucio Antigonus medicum adhibuerit, quo uenena uulneri tanq̄ medicamentum infunderentur. Quilibet exitus horum principium habuit spiritus ferocioris. Addidisse allegatur in ultimis suis cum iam exhalaret spiritum,

Quidā: spūs ferocioris addidisset. Allegat hñt &c.

cognito quod Herodes uiueret, & fuga paratas insidias euaserit, cum gratia sese obire: quia superstitem relinqueret, qui sibi ultionem inferret. Herodes autem properauit

Phaselus saxis capite illiso moriē cuius gratia.

in Arabiam, sperans se accepturum pecuniam, qua sola barbaricam inclinari posse crederet auaritiam, ut fratris redimeret captiuitatem, ac si uel Arabem paternæ immemorem dilectionis, uel referendis muneribus tenaciorem offendetet, æs mutuum poscret

Quē hic Egesippus Bocchū, Ioſe. li. belli Iuda. i. ca. ii. Malachū uocat.

prætium redemptionis, pro quo oppigneraret redimendum filium, quem ad hos usus septēnem puerum secum deduxerat. Sed præuentū est piæ studium germanitatis morte Phaseli, & in uacuum Herodes tam sedulo fraterni studia muneris exequebatur. Prius tamen q̄ de morte fratris agnosceret, Bocchum Arabiæ regē alienm reperit, quem

Herodes in Arabiā, ppe rat pro captiui fratris redēptione.

amicum credebat nam is fidem cum tempore mutauit, & iam appropinquantem Arabiæ finibus Herodem uetuit intrare. Compositio quod sibi Parthorum nuntiis insinuatum foret, ne profugum suum in regnum Arabiæ recipiendum putaret, belliq̄ grauissimi causam sibi gigneret. Quibus offensus Herodes continuo retulit quæ iustæ cōmotionis dolor prompserat, atq̄ inde in Aegyptum conuertit. Mox tamen Bocchum pœnituit uiolatæ gratiæ missisq̄ per quos reuocaretur Herodes præuertit. Cui ingresso regiones quas Rhinocorii inhabitabāt, & de fratris iteritu, & de Hyrcani captiuitate, qui sub uinculis in Pathienē deductus est, ueris indiciis manifestatum, tantumq̄ mœroris assumptum, quantum depositum solicitudinum, ut pro bello fugam pararet. Deniq̄ Alexandriā summo studio contendit, atq̄ ibi cum honore à Cleopatra susceptus, quod

Bocchus Herodi ingressum negat.

tanti nominis uirum ducem militiæ suis expetendum partibus arbitraretur: unde posthabitis reginæ petitionibus, Romam nauigauit, minores procellas hyemis ratus, perturbationesq̄ Italiæ cōpertas, q̄ quos in Cleopatræ mobilitate grauiores oībus naufragiis fluctus perhorrescebat: deniq̄ inexpectatis uentor̄ flatibus profectus, circa Páphiam periculum incidit, sed euasit tamen, & mutato nauigio Brondusium prius, atq̄ inde Romam peruenit; ibi paternæ amicitiæ prærogatiua adiit Antoniū, deploratisq̄ suis & domesticar̄ ærumnis necessitudinū, quibus in obsidione positis Romā precatum

Herodes Romā ueniens Antonium adijt.

uenerat, Antoniū flexit, assumpta ex tanta reg̃ conuersiōe misericordia, quia rex dudū potētissimus: & qui Romanæ reipub. sæpius tulerat opem, repente ut naufragus, & rerum omnium egens, auxiliisq̄ inops suis in periculo positis suppliciter imploraret auxilium, sedē mutauerit: in quo & si Antonius hospitalitatis gratia, quæ sibi cum patre eius Antipatro fuerat, ppense inclinaret, maximeq̄ quod Idumæa tetrarchen faciens regno

p̄destinatum reliquerat. Caput XXX

CAesar tamen beneuolentia naturali diffusior, & toleratam in Aegypto Antipatri militiam omnibus patris sui Cæsaris præliis, & hospitalem coniunctionem tanquam renouatis gratiæ pignoribus chariora habebat: suspectabat tamē uertum. Senatus adeūdi data copia apud quē Messala & Atratino astructibus paterna benegesta, ipsius quoq̄ Herodis officia erga Romanā rempu. patrū autoritate decretum est, utile Romano impio regnū Herodis uideri, quod astipulāte Antonio, bello aduersus Parthos gerendo adiungi Romanis memorati regis societatē conduceret, dimisso senatu, Cæsar atq̄ Antonius & Herodes pariter egressi curia, prosequētibus magistratuum

Herodi regnūsenat⁹cōsulto deferē.

officiis deducunt. Primoq̄ die quo regnū Herodi senatusconsulto delatum foret, Antonius adornat conuiuiū, regemq̄ inuitat. Eodē ferè tpe Iosippus frater Herodis aquæ inopia fugam in nocte cōposuerat, sed tāta subito uis pluuiar̄ terrā infudit, ut oēs repleret ductus aquar̄. Itaq̄ reuocato trāsfugio quod ad gētē Arabū parabat, obsidētis Antigoni copias ptim insidiis, ptim cōgressione, atq̄ apto p̄lio fudit, sed & ipse plerūq̄ aduerso exitu sese in castrū recepit, Et iā Herodes ex Italia in urbē Syriæ Ptolemaidē improuisa

prouisus aderat, properēq̄ egressus nauigio cum ingenti manu ciuium, & peregrinor̄ Antigonum petebat, occurrentibus sibi Ventidio & Silone ducibus Romanæ militiæ, quos Antonius deducendo Herodi adesse præceperat. Eos Gellius in hos usus directos ab Antonio licet abhorrens studio, quod utrunq̄ eorum Antigonus pretio auerterat: specie tamen de proximo conuenire suaserat, siquidem in proximis urbibus reprimendi belli Parthici tumulrus Ventidius immorabat: Silon autem intra Iudæam aperta cum Antigono societate pecuniam conficiebat: nec tamen Herodes auxilio egebat, cui præter paucos Galilæorum uniuersi adhæserant, & quia propositum erat ut de Massada suos quamprimum eriperet, obsidioni loppē in medio positam pugnando cœpit, aduersarior̄ manu refertam: ne ad ulteriora progressus hostem à tergo relinqueret, et q̄ uis iter eius Antigonus impedire cuperet, tamen facili negocio Massadam recepit, suósque exemit periculo. Deinde profectus Hierosolymam cum oīa fecisset, ne pugnā di haberet necessitatem, asserēs se p ciuibus aduersus rebellionem, non aduersum suos prælium recepisse: lacessitus ab Antigoni fautoribus sagittis, & leuioribus spiculis de muro sibi obstrepentes fugere coēgit. Nec ulla fuisset uictoriæ, mora ni dux Romani agminis Silon subornasset milites, qui de inopia querelam expromerent, uastataq̄ oīa circa muros, difficultatemq̄ utēfilium, & angustias alimentorum prætenderent: & iam tempus adesset, quo ad Hyberna eos cōcedere oporteret, rupturos imperium minaren tur, ni sibi acquietum foret. Iamq̄ seditio conualuerat, nisi Herodes centurionibus pariter ac militibus Romanis medium se offerens orauisset, ne desererent eum quem Cæsar & Antonius, senatus quoq̄ tuendum sibi commiserant, quum præsertim nihil defuturum usibus pollicereē. Et completa oratione in regionem egressus, subito reg̃ omnium abundantiam exercitui suppeditari fecit, ut nulla Siloni superesset causatio: & inde erectis uniuersor̄ animis, cum duobus milibus peditū & quingentis equitibus Idumæam recepit: quieto iā Romanor̄ agmine, atq̄ in hybernis locato, dux facti Iosippus leui ori electus negocio, ne qd aduersus Antigonū maiore piculo usurpādū arbitrareē: Ipe aūt suos ex Massada translatos, cū in Samaria prouisis quæ munimento & usui fore crederet, constituisset: glaciali hyeme & repletis niue locis oībus, prævenientes aduentus sui nūtiis Sephorī prisco uocitatam nomine, quam Diocæsaream postea nū cupauerūt, si ne ullo ingressus prælio reficiēdis, quos hyemales pruinæ atq̄ asperiora gelu itinera fatigauerant, opportunam æstimauit. Erat em illic & alimentor̄ multa copia. Vbi refectis cibo & statiua intetpositiōe militibus, aduersum latrones prælium adoriundū putauit, q totam pcurrētes regionē, nō minore q̄ bellica incursiōe locor̄ incolas attriuere. Itaq̄ primo partē quandā equitū & peditū in uicū Arbelam p̄misit, & ipse cū reliqua manu post quadraginta dies affuit. Nec tū exercitus specie territi latrones, sed cū armis occurrendum rati: præferebant disciplinam bellicam, & latronum audaciam: cōflictu habito, cessit cornu Herodis sinistrum, sed cito reparauit Herodes, & adhibitis adiumētis suos statuit, insequētes perculit, atq̄ infregit impetus eor̄. Qui cominus pugnantē Herodē pati nequiuere, declinatesq̄ usq̄ ad Iordanē secutus neci tradidit. Reliqui omnes supra fluuiū disperſi, ut omni incursionum metu Galilæa absolueret: residentibus tm̄modo qui se latebris recōdentes ac uelut infodientes speluncis, uictoria morabant. Erant autem in prærupto montium concauis saxor̄ lateribus inhorrentes specus, inter se scrupeas rupes, inuio undiq̄ & impossibili, nisi locor̄ incolis, accessu. Qui transuersariis semitis & angustis callibus, quibus solis adiri solerent periculi usu, aduersus periculū deprehendendi tutiores forent. Cæci intus antrorum recessus, quorum in fronte petra, usq̄ ad profundas congregationes aquarum, uelut quodam continenti iugo prominens, spem adeundi excluderet, lubrico undiq̄ situ, de supercilio mōtium cadentibus aquis, & amniū cursu fragoso, ut præcipitium fluentor̄ ruina & saxum imminens charraris plus terroris daret. Deniq̄ aliq̄ndiu rex in īcerto hæsit, nō reperiēs quēadmodū naturam uinceret. Postea uero huiusmodi cōmēto usus, ut in modū arcar̄ machinato munimine ualidissimos quosq̄ includeret: in ipa spelæor̄ ora armatos, retinaculis q̄busdam deposuit, qui facile inermes cædere, & cum oīibus necessitudibus, & generatiōe interficere cœperūt; at si qui resistere auderēt, eos iniecto igni exutere. Nullus pietati locus

Ventidius et Silon Romanæ militiæ duces.

Iosipp⁹ dux facti.

Descriptio horrendorū montium.

Mirabilis enarratio.

Quinetiam uolens Herodes pleroſq; eripere neci, atq; ad ſe confugiendi fiduciam dare auertit magis: ita ut nullus uoluntarius Herodi adiungeret, & ſi qui ui adigebant, mortem pferrent captiuitati. Denicq; unus de ſenioribus, cui ſeptē filii uxorq; adeſſent, quorum ſaluti cōſulere poſſet, omes eos tali occidit modo. Singulos quoſq; pgredi iubēs, ipe in ingreſſu ſtetit, & pcedentē de filiis interficiebat. Deſpiciens Herodes tam triſte facinus ac miſerabile, paterna pſtrictus neceſſitudine, arcebat manu, & uerbis rogabat ut parceret liberis. Impunitatē pollicens: at ille haud quaq; ullis iflexus uocibus, atq; inſuper regi cōuiciatus, ſupra filios etiam uxorē peremit, pcipitatis ex alto cadaueribus filioq;, ad ultimū ſemetipſum in pfundū præcipitē dedit. Perterritus his Antigonus, qđ tam facile Herodes latronū multitudinē, locoq;q; ſuperauiſſet difficultatē: ipſius quidē præſentiam declinauit, ſed conuertit ſe ad Ptolemæum, quem Herodes parti exercitus præfecerat, & uir ad furta belli peridoneus per eos, quibus mos erat turbare Galilæam, imo prouiſo impetu Ptolemæū iugulari coēgit: loſippū quoq; fratrē Herodis, Getmano in aliis occupato, partibus impigre repugnantē cū militibus Romanis, qui in adiumētum eius temere collecti aduenerant, deleuit. Nec tanto cōtentus triūpho, addidit etiam uictoriæ grauē in defunctū cōtumeliam, ut abſciſſo capite relinqueret: p quo Pherora frater perēpti, qnquaginta talenta obtulit, nec impetrauit. Qua uictoria rurſus in Antigonum plurimoq; intra Galilæam ſtudia cōuerſa: renouataq; belli negocia, Antiochiá Herodes cōtenderat, illic amœno ſatis loco, quē Daphnen uocitant, requieſcebat. Vbi accepto Germani necis nuntio, pauliſper ingemens paſſioni mœrorē diſtulit, uindictam parauit. Non tulit Antigonus furentē dolore, ſed intra munitiones ſeſe recondit. Irrupit Herodes ut pſequeret tanti facinoris autores, & facile occurentia auertit agmina. Erat multoq; nex plurima, obſtructæ uiæ iacentiū cadaueribus, ut itinera ipſa peremptoq; funeribus replerent. Peractum eſſet prælio omnibus fuga uerſis, ſi Herodes Hieroſolymam protinus dirigendū iter æſtimauiſſet. Abiecerat Antigonus haſtas, ultimū ſupplicium pertimeſcens: Confuſi omnes metu, adeo, ut cum aſperitate hyemis reuocatus à perſequendo eſſet Herodes, & armis depoſitis balneum eſſet ingreſſus, uno comitatus ſeruuulo, occurrerūt ei tres uiri diſtrictis mucronibus: deinde plures q fugiſſent de prælio latibula quærētes, hi uiſo rege turbati metu pertranſiere, atq; ad exitū balnei feſtinanerunt, ut poſſent euadere, qui potuerant necem regis patrare, bellūq; abſoluere. Denicq; nemo fuit qui fugiētes corriperet, unde cōiiciens Herodes quanta hoſtibus formido ineſſet, incubuit prælio: & Pappū ipſum ducē aduerſi agminis interfecit, atq; eius abſcindi caput iuſſit, quod ab eo frater loſippus regius interemptus foret.

Senior qdā filios una cū uxore interimit tandēq; ſeipm præcipitat

Antigonus Ptolemæū im, puiſo impetu iugulari coegit, & Ioſippū Herodis germanū deleuit.

Maxīa ſtrages ab Herode facta.

Herodi balneū ingredienti tres uiri diſtrictis occurrunt mucronibus.

Caput .XXXI.

ANtigonus interea qui fugam parauerat, diſtulit: quē morantem Herodes cirCunfuſo exercitu obſedit: Incubuitq; ea parte quæ erat ante templū, qua parte etiam Pompeius muꝝ irruperat. Tanta aūt iam uictoriæ regi præſumptio, ut etiam obſidione cœpta, ad accipiendam uxorē Alexandri filiam deflecteret, hymenæis claſſicū mutans, & nuptias bello intermiſcens, atq; ex occaſione prælii cōiunctionis opportunitatem adeptus, à feſtis ad bellū reuertit. Occurrit & Soſius miſſus ab Antonio in adiumentū regium ita coniunctis uiribus: cum uſu belli & diſciplina militari Romani præſtarent, & regi ſtudio placendi inniterent, uix quinto menſe facta irruptio, Herodianis muꝝ aſcendere auſis. Irruentibus aūt Romanoꝝ centurionibus oppidū, innumeræ factæ cædes, uaſtata circa templū omnia. Alii fugientes ad templū, alii cōgregati intra domos obtruncabant, nulla miſeratio ſenectutis, nulla infantiæ, aut muliebris infirmitatis. Obtulit ſe Antigonus, & immemor loci deiecit ſe ad pedes Soſii. At ille, quē tanta rexꝝ conuerſio flectere debuit miſericordiæ, conuiciatus iacentē, Antigonā uocauit, nec tñ quaſi mulieri pepercit, ſed uinctum in carcerem detruſit. Fluctuare Herodes quōd Romanoꝝ manibus eriperet patriam, quō templū à gentilibus incoinquinatum reſeruaret. Feſtinabant enim Romani ſpectare myſteria interiora, profanare ſancta ſanctoꝝ. Rex uero nunc prece, nunc minis remouere ſingulos, fuga deteriorem arbitratus uictoriam, ſiquid ſacramentorum diuulgaretur. Inſtare ad prædam Romani, Herodes reſiſtere, ne uacuam ſibi urbem relinquerent, regnūq; ſibi ſupereſſet deſerti, Soſius contrà ca-

Antigonus deijcit ſe ad pedes Soſij.

ptæ urbis prædam militibus deberi aſſerebat. Sed rex de proprio ſpopondit militi ſe pecuniam datuꝝ, atq; ita reliquū patriæ qđ remanſerat pecuniæ redemit, ut promiſſum impleret. Humaniſſime milites ſuſcepit, rationabiliter duces, ipſum quoq; regia liberalitate Soſiū remuneratus eſt, nemo ingratus receſſit. Soſius coronā deo obtulit, & pfectus ſecū abduxit Antigonū ad Antoniū, quē ille, quaſi degeneris animi uiꝝ, ſecuri percuſſit.

Antoniꝰ Antigonū ſecuri percuſſit.

Caput .XXXII.

HErodes autem plurima etiam ſuis largitus, plurima Antonio amicisq; eius donа dedit: nec tamen redimere ab Antonio potuit ſecuritatem ſui. Iam em Antonius Cleopatræ amori defœneratus inſeruiebat, atq; addictus eius libidini famulabatur: ſed uincere non poterat fœmineas auiditates, & maxime exercitatæ mulieris in cædibus, ppinquoꝝ, qbus extinctis poſſeſſionē eoꝝ q̄ſi ſpoliū ſuis iūxerat: eadē auaritia ſimul & crudelitate, ſi quos de Syria locupletiores fama acceperat, interficiebat: atq; addicto iam ad ſuas libidines Antonio, regnum quoq; Iudææ & Arabiæ, extinctis utriq; gēti imperitantibus, auatitiæ ſuæ adiūgi poſſe arbitrabat. Sed q̄uis libidine ebrius, ſomno grauis, in hac tamē parte reſipuit Antonius, ut tales uiros, & potentiſſimos reges, pro imperio petulantiſſimæ mulieris extinguere, detrectaret. Tamē ne immunes dimitteret, amicos eorum perculit, poſſeſſionis maximam partem ademit, eamq; pcipue quæ balſamum gigneret. Vrbes que omnes intra Eleutherum amnem ſitas: Tyro tamen & Sidone exceptis Cleopatræ cupiditati adiudicauit: Quæ tali mercede à uiro delinita, uſq; ad Euphraten proſecuta proficiſcentem in Parthos Antoniū, p Iudæam reuertit: ubi donis muneribuſq; maximis conciliare ſibi reginæ animū Herodes non prætermiſit. Cui ſecundæ res ſuperbiam augebant, ut muliebris impotentia ſupra modum ſeſe extolleret. Siquidem non multo poſt ei Parthoꝝ rex Artabazes, Tigranis potentiſſimi regis filius dono eſt datus. Quem Antonius captiuum tenens, cum omni præda & ſpoliis Perſicis triumpho debitum, quaſi uile mancipiū mulieri addixit: ut quo illuſtrior fuerat uictoria, eo turpior eēt largitio, quæ regē tanto ludibrio dehoneſtaret. Nec tñ diuti us potitus ſecūdis, qui uti illis neſciebat, inſolentia muliebri Auguſtum in ſe excitauit. Itaq; bellum Acciacum magnis utrinq; parabatur motibus. Promptiſſime rex cum Antonio geſtiebat bellum ſubire, quia & Iudæa ab hoſtili tumultu uacabat, & Hyrcani am à ſorore Antigoni diu retentam receperat. Sed in hoc quoq; Herodes beatiſſimus, cui inuiſum eſt periculis alienis ſeſe miſcere. Volens itaq; Cleopatra alienare animum eius à regibus atq; auettere, ſuadet uiro ut bellum aduerſus Arabas gereret Herodes: quo ſi ſuperior eſſet, Arabia reginæ cederet: ſi inferior, dominatus Cleopatræ in Iudæam extenderetur: Vter uiciſſet, alterum ſolueret. Quod conſilium non ex diſpoſitione, ſed ex uſu in Herodem inclinauit, qui ſimul ut prælium adorſus eſt, ualidior equitatu auertit hoſtē: in exitu multitudine hoſtiū ſuperat, & numero circūuenitur. Congregatis in Canatha uiribus aduerſariorum, aduerſum quos denſare aciem uolens, elatis ſuorū animis ſucceſſu prioꝝ, eaq; cauſa in hoſtem irrūpentibus deſtituit, & maxime fraude Athemonis, quē Cleopatra ducē adiūxerat, nō ut adiuuaret Herodē, ſed ut in ipſa deſeret neceſſitate. Denicq; deſtitutū exercitum eius in locis ſaxoſis, atq; inuiis adorſi Arabas graui cæde ſternunt funduntq;, & fugatos uſq; ad refugia ſecuti exitio dedere, affuit Herodes ſerius quidē, quàm neceſſitas expoſtulabat: ſed tamen ultus ærumnam poſterioribus prælijs, ita Arabas afflixit, ut unam illam uictoriam ſuam ſæpius deploraret. Accidit etiam motu terræ grauis animorū defectio, quo pecorum plurimum, hominum quoq; triginta ferè milia conſumpta ſunt. Militaris tamen omnis manus, eoq; ſub dio habitabat, incolumis perſeuerauit. Hinc quoq; erecti animi hoſtium, ut arbitrarentur quod deſertam Iudæam facilius inuaderent, & perculſos talibus prodigiis affligerent. Vnde eos Herodes ad defenſionem ſui erigendos putauit, & maxime, quia legatos quos in Arabiam miſerat, necatos dolo compertū habebat. Hoc ergo trepidantes ſermone adorſus eſt. Cum tot ſecūdis noſtroꝝ prælijs, fractæ res hoſtiū uſq; ad ipſorū fuerint cōfeſſionē, qui ueſano dolore perciti quaſi uicti legatos noſtros peremerūt: miꝝ mihi uideꝰ, qđ metus uos irrōnabilis ītantū perculerit, ut fortuita elemētoꝝ notis iam uirtutū ſucceſſibus pferatis? Nulla congreſſio fuit, qua nō ſtatim Arabes ceſſerint, atq; in

Antigonus Herodē bello intermiſcens.

Conſiliū Cleopatræ.

Anti. li. 15. ca. 4.

Belli Iud. li. 1. ca. 14.

Magnus terræ motus.

Oratio Herodis ad ſocios.

atq; in fugam conuersi cedendum existimauerint. Et ut se habent furta belli, fraude atq; insidiis remedia captauerint, non ut ipsi uincerent: sed ut nostram differrent uictoriam. Pro quibus cum confidere oporteret, exagitatio successit quasi formidabilis belli, quia terra tremuit, cum soli innocui fuerunt qui prælia gererent. Aut si cõsiderare uelimus, quibus offecerit, Arabes potius æstimabimus, quos in bellũ reduxit: ne se fugiendo sub traherẽt fortioribus. Video em̃ illos non armis, aut uiribus fretos, sed pecoris nostri dispendio in acicm remeasse. Fragilis aũt spes quæ non ex ꝓpriæ uirtutis fidutia, sed exalia pẽdet miseria, cum in terris nihil tam mutabile, q̃ uel secũdæ res uel aduersæ. Exiguis em̃ momentis status rerum humanarũ nouant̃. Nec prosperitas diuturna, nec æruмna est pertinax. Itaq; nec miserũ esse, nec contrà perpetuum est: sed alternæ frequẽter, & in iisdem uariæ uices rerũ. Deniq; ex nobis exemplũ capessere licet. Conflictu superiore potiores fuimus, sed in processu prælii sors mutata, ut uinceremur ab his quos uiceramus. Ergo & nobis sperare suppetit, ꝙ uincant̃ à nobis q̃ nos uicerant. Incauta em̃ semper nimia præsumptio, & sui negligens. Timor autem ꝓspicere futuris admonet, & diligentiam docet. In ꝓsperis audacia obrepit, & inconsulta temeritas nescit consilium ducis expectare. Deniq; contra sententiam meam ꝓgredientibus uobis Athemonis nequitia nocendi locũ reperit. Nunc mihi trepidatio uestra uadatur prærogatiuam uictoriam. Erigite igitur animos, & ueterem ludæorũ magnanimitatem attollite. Nec uos insensibilium cõmotiones perterreant, nec terrarũ motus alterius ærumnæ indices arbitremini. Habent suam noxam passiones elementorũ: nec aliud timeatis q̃ qđ in ipsis offensionibus est. Non enim signa periculorũ sunt in terræmotu, atq; animantium lue, sed ipsa pericula. Nihil est ergo quod timeamus quasi grauia passuri qui ptulimus grauissima. Propitius iam potest esse, qui uindicauit: & mitior, quàm si non uindicasset. Quid seruatur post terræmotum ac pestilentiam, nisi misericordia? Quia soluimus duplicia peccata. Et tamen nos quod bello utile fit, integrum habemus. Pestilentia enim extra bellũ positos abstulit: nostra aũt uictoria id hostibus ademit, quod bello idoneũ legerant. Deinde nobis pecus mortuum, illis consiliũ, qui legatos quos misimus contra ius, fasq; iugulandos putauerunt. Præuaricati sunt legem omnium hominum, ipsorum etiam Barbarorũ, quoniam apud ipsos quoq; qui nesciunt humanitatem inuiolabiles legati habentur: dum uindicta cœlestis reformidatur, & tanti sceleris ultor deus timetur. Hoc ergo admiserũt aduersarii nostri, quod nec humanæ nec diuinæ leges inultum relinquunt. Egrediamur ergo non pro finibus aut spoliis, sed ꝓ diuina iniuria præliaturi. Incitet nos ad bellum non coniugii aut prolis charitas, sed præsumpta protectio dei. Non arbitria nostra, sed diuini iuris eisp̃cepta exequamur sacra, qđ & pro his uindictam reposcamus quos inuiolabiles esse oportere religio iubet. Inter arma hostilia legatio sola pacis sequestra est: exuit hostem qui legatione fungit̃, quorum nunc sanguis clamat ad deum, & uindictam reposcit. Festinemus igitur ad prælium dum ultorem habemus deum cæsorum uindicem. Illi ꝓ nobis melius præliant̃. Et circũfusi angelorũ legionibus in acie prætendunt. Talibus hortatus milites, in hostem ruit, omnẽ occasionẽ bellandi requirens. Erant Arabes præstantiores numero, sed animis infirmiores: unde congressione habita, ceciderunt ferè eorũ quinq; milia. Reliqui sese in munitionem recipientes, aquæ inopia fatigabant̃, ut legatione missa pacem pretio deposcerent. Sed cum se ꝓtrahi uiderent, & sitis amplius aquis deficientibus accenderet̃, egredientes pleriq; sese offerebant hostibus uoluntarii, ferro q̃ siti præoptantes perire. Quos uinctos seruabat Herodes, ne quid esset insidiarum. Itaq; quatuor diebus quinq; fermè milia receptа sunt, aliis ad bellũ prodeuntibus iterũ ad septẽ milia uirorũ cæsa. Qua plaga huмiliati Arabes à rege quanto uirtute inferiores tanto cõsilio præstantiores. Quę aduersarium habebant, quasi defensorem, & auxiliatorem sibi ipsum expetiuerunt.

Fragilis spes quæ nõ ex ꝓprię uirtutis fidutia, sed exaliena pẽdet miseria.

Noratu dignissima.

Optima bel ligerãdi intẽtio.

Ferrõ q̃ siti ꝓoptant petire.

Caput .XXXIII.

Oratio Herodis ad Cæsarem.

SEd maior uictorem solicitudo perculit, ut qui sibi alios subiecerat: non iam de finibus, sed de toto regno periculum imminens phorresceret, uicto Antonio quem fida sibi amicitia copularat. Deniq; Augustus Cæsar Acciaci triumphator certaminis, necdum superatum Antonium arbitrabatur, cum Herodes superesset uictoriæ,

Anxius itaq; rex cum Rhodum accessisse Cæsarem uero iudicio comperisset, nauigauit ad eum, ne fama terrenum iter eius præuerteret. Aduenienscq; depositо diademate, sese obrulit priuato habitu, sed mente regia. Deniq; nihil ueritati subtrahens constantiam tenuit, autoritatem reseruauit. Ego, inquit, Auguste fateor me fidelem fuisse Antonio socium, utpote qui ab eo regnum acceperim, cui me debitorem adhuc non abnuo, idq; armis probassem si Cleopatra non inuidisset, & Arabes non impedissent. Ea necessitate arma aduersum te non tuli: non quasi amici desertor, aut ꝑlii pauidus, sed quasi domi rebus gerendis occupatus. Ingratũ me tamen sibi non sensit Antonius, & adiumenta exercitus, & frumenti innumerabiles copias absens miserim: Sed & tu Cæsar me non ingratum beneficiis eius qđ iudicauisses, si Acciaco bello interfuissem. Vide quàm nihil subtraham. Plus metuo apud te ingratus in hostem tuum, quàm in te hostis uideri. Iudicium mihi tuum grauius q̃ bellum est, apud quem non uirtutẽ merita, sed uitia periclitantur. Vnde & ego malo apud te de fide quàm de perfidia causas dicere. Vide Cæsar quàm integrum Antonium non deseruerim, uictũ non refugi. Vicisti Cæsar Antonium legionibus tuis maximis: uicisti consiliis tuis, uicisti imperii Romani uiribus quod dereliquit: & quod negauit, & uere uictus est uirtutibus tuis, sed magis moribus suis. Vicit eum Cleopatra uxor, uicit eum Aegyptius amor, uicit eum Conopea luxuries. Victus ẽ, quia maluit cũ Cleopatra uinci, quam sine ea uincere: uicit eum mulier infestior suis, quam aduersariis. Suaseram mortem mulieris, si uellet sibi cõsulere: promiseram auxilia, quibus repararem afflictum: promiseram uires quibus fugacem tuerer, meipsum belli consortem obtuleram. Sed mentem eius obstruxerant Cleopatræ cupiditates: uictus est, quia audire me noluit: uictus sum & ego cum Antonio, minore tamen flagitio: quia illum Cleopatra uicit, me Antonius. Ille Barbaram, ego amicum non dereliqui. Cum illo posui diadema, sed ad te uenire timens amici fide lis gratia sequestraui regni insignia, sed non abieci uirtutis cõscientiam: ut uoles, iudica. Ego tñ quauis sorte iudicii tui referam mecũ, qđ cuiusmodi fuerim amicus, æstimabit̃.

Caput .XXXIIII.

Responsio Cæsaris ad Herodem.

REspondit ad ea Cæsar: Salue, inquit, & nunc magis regno tuo utere, quia non inuidemus uirtutibus, sed delectamur. Dignus em̃ es pluribus imperare, qui sic tueris amicitiam: & ut in aduersis positum non abneges, & amicum tibi cõfiteri non erubescas. Sed adorere felicioribus adhærere & conseruare fidem in prospe ris, iam in aduersis satis probasti. Vicerit te Antonius, sed non ego uictum putabam, quem amicitia parem fecit uictoribus. Propterea expeteris à nobis, quia nullus te beli euentus mutauit: quandoquidem non tu Antonium deseruisti, sed te Antonius, qui Cleopatræ magis quàm tibi credidit. Insipientia illius te nobis acquisiuit, quia pernicio sissimam sibi elegit, fidelem repudiauit. Nec mirum si Cleopatræ Antonius uictus adhæreat, à qua uictor captus est. Quid miraris si à te desistere fecit Cleopatra Antonium, cum à me dissociauerit, atq; ex consorte imperii hostem fecerit? Ergo & quia tu nobiscum repudiatus es, & ideo nobiscum regna. Nec hoc quidem beneficio uacat, quod dũ nos bellis occupamur ciuilibus, tu indomitam Arabum gentem subiectam feciſti, quia ludæorum hostes pro nostris ducimus. Nobis enim arma inferunt qui uos lacessunt. Nobis ergo militasti, cum tibi uinceres; & ideo te remunerabimus, ut regnum tuum cõfirmetur nostro munere: Interim nihil imminuisse non parua gratia est: adoriemur in reliquum ut non requiras Antonium. Neq; enim dignũ est, ut quem bello uicimus, non uincamus beneuolentia? Cum hæc dixisset Cæsar, imposuit diadema capiti eius, sed utilitatem adiungens muneri. Qua dignatione Cæsaris inuitatus Alexander, ex amicis Antonii, uiꝝ cui Cæsar maxime indignaret̃: uolens abducere offensioni, multa deplorabat prece, sed indignatio nimia nullum ueniæ locum reliquit. Proficiscẽtibus inde in Aegyptũ, ꝓsecutus Cæsaris iter suppeditatis oĩbus, quæ urbi, uel ipsi, uel exercitui usui forẽt, maxima sui grã impatoris sibi studia cõciliauit Herodes: p̃cipue qa in locis aridio ribus usq; ad Pelusiũ regali prouisione aquarũ affluẽtia subministrata, qbus officiis tm sui amorẽ infudit oĩbus, ut plus uideret̃ meruisse, q̃ accepisse. Minor quoq; regni ptãs q̃ humanitatis largitas æstimaret̃, Vnde Cæsar ex sententia rebus intra Aegyptum ge-

Cæsar Herodi multa donat.

stis Antonio & Cleopatra defunctis, nō solum quæ adempta erant Herodi reddidit: uerūetiā pter illa quæ Cleopatra auerterat Gadaram, Ioppen: Samariā quoq; ei concessit. Maritimas quoq; urbes, Gazam, Arithedanam, Ioppen, turrim Stratonis simul donauit: quadringentos quoq; stipatores ex Gallia, quibus septa incedebat Cleopatra, ad custodiam corporis regi concessit, multaq; alia. Sed his omnibus rex pluris habebat, quia a Cæsare super omnes, infra Agrippam tū diligebat, ab Agrippa infra Cæsarem.

Caput .XXXV.

Herodes templū exornat mirifice.

QVintodecimo itaq; sui regni anno ut beatitudini suæ rideret, & gratiæ tanto regi secundaq; successu leuatus, ad pietatē intendit, & ut se gratū cœlestibus in se supra modū fluentibus beneficiis demonstraret, templū ornauit, omnē illum circa templū loci ambitū circūuallauit muro, geminatisq; spatiis inclusit immenso ædificandi sumptu, & exquisito decore: Indicio erant magnæ circa sacratiū porticus, quas extruxit ex fundamētis, nec minor tuendi q̄ ornandi intentio. Sic quidē castrū aquiloni cōmuniuit subiacens, qđ appellauit Antoniam propter Antonii gratiā, nullo inferius superiore palatio. Addidit etiam in ipa arce regiæ domus gemina habitacula, maximi ambitus & mirabilis pulchritudinis, quoq; gratiæ nihil conferendum arbitrareris. Vnū eoq; Cæsariū, altere Agrippiū nūcupabat, ut in suis ædibus tanto amicoq; diuturna memoria celebraretur. Vrbem quoq; sebasten nō solum ædificauit, sed etiam repleuit inhabitantibus. At ne singula persequar, haud ullum facile præteriit locum uetustarū urbium, quē non reuocaret labentē, aut additis, quæ deesse uidebantur, ædificiis ornaret. Liberalitates quoq; suas usq; ad quinquennalia diffundēs certamina: unde illud hominū genus effusis diuitiis locupletauit. Templū etiam Cæsari de marmore albo condidit ad fontes Iordanis, adeo immemor factus religionis ut homini templum sacraret, usumq; gentiū in Iudæam induceret, loco nomen Parnyū est: Vbi mōs altitudinis excelsæ summo in sublime uertice exporrigitur: cuius in latere um brosum aperitur antrū, per qđ graue olentis præcipitii pfundū sæuam exhalat mephitim. Intus aquarū congregatio, & sine ullo motu multa uis inerat, ut nulla æstimatio profundæ altitudinis non comprehenderetur. Foris autem circa ipsius antri radices fontes scaturiunt. Vnde ortū illic Iordanis plerq; æstimauere: nobis tū quid ueritas habeat in posterioribus aperiendū uidetur. Erat in maritimis ciuitas quæ Stratonis turris appellabatur, iam fessa bellis frequentibus, & uetustate ipa inclinata in ruinam. Opportunitate tū & gratia loci præminens, quam renouauit lapide albo & uariis ornauit ædificiis, atq; in ea magnanimitatis suæ uirtutē, & elegantiam operis expressit. Inter duas em maritimas urbes Doram atq; Ioppen sita in medio: utraq; ex parte pstringitur importuoso littore: ut oēs quicunq; ex Aegypto Phœnicē prætermeare desiderant, in salo fluctuent, quia frequenter illic mare uentis excitatur, & maxime Libycis spiramine, cuius etiā moderatiore flatu fluctus attollit: deniq; illisus pcurrentibus saxis, & fracto repercussus impetu efferū mare cadendo exasperat. Itaq; rex nullum impensis statuens modū magnanimitate uicit naturam, portumq; maiorē Pyræo constituit, atq; in eo penetrata rupium uastitate stationes tutas cōposuit. Mensus quoq; spatium qđ magnitudini portus conueniret saxa ingentia in mare iecit, quibus inesset plerisq; altitudo pedum quinquaginta, aliis etiam excelsior. Distinxit ipm maximis turribus portum, quarum unam Drusion uocauit, ut Drusi nomen qui de Cæsaris maioribus fuit insignibus sui operis intexeret. Gradus etiam breuiores locis interposuit frequentioribus, per quos sine gra ui labore nauigia subducerentur. Tribus etiam colossis ingentibus totam portus illius gratiam uenustauit. Iterum templū Cæsaris editiori fundauit loco, & templi medio colossum constituit Augusti nomine, uelut simulacrū ipsius, qđ non minoris magnitudinis foret simulacro olympii Iouis aut lunonis Argiuæ. Nescias pulchritudinē in tantis difficultatibus, an ualiditatē operis ac munimentū in tāto decore pstare amplius putes, qñquidem insolubile maneat opus, & mari, & uetustati. Accessit itaq; in eo opere multiplex gratia. Nam & urbs maxima accreuerat, puinciæ, & portus nauigantibus, & honor Cæsari, cuius ex nomine Cæsarea in hoc tempore uocatur.

Mons excelsæ altitudinis

Caput .XXXV.

Dosidē Herodes habuit uxorem de q̄ Antipatrū suscepit filiū

HAnc regis potentiam psperis affluentē successibus unius mulieris expetita societas inclinauit, mœstisq; infregit doloribus, ex quo aduersum ius fasq; cōiugū, dignitate potius generis, q̄ charitate usu quodā regio metiendū existimauit. Habuerat aūt in consortio, Dosidē noīe, Hierosolymitanā fœminā priuato sibi ante sociatā, quæ gratior eo esse debuerat, quo fuerat felix marito, cū qua regale fuerat adeptus fastigiū. Vergē īmemor gratiæ, pīcit Dosidē, sociat Mariamnē Aristobuli neptē, Alexandri filiā. Itaq; dū sequit nobilitatē, pturbationē incidit, qua sibi domus ppria nō conueniret, cui diuersaq; prouinciaq; multiplex obtēperaret populus, ac ne oculi nouæ nuptæ odio nouercali domi posito eo, quē Dosis generauerat offenderet ejectus, nō solū paternis ædibus, sed tota quoq; urbe Antipater (id em inueni nomē) infaustis nuptiis locū fecit, quas pater unici filii exilio cōcelebrauit, uixq; festoq; diem solēnitatibus arcessebat: uidēs mulier morigerari sibi maritū, etiā pietatis cōuitio in superbiā cōuersa, addita est etiā causa qua iure eius animus inflāmaret: quia Hyrcanū auū suum uiri sui insidiis cōpererat extinctū, falsò suspectū ppter regni cupiditatē: Ipse est de quo supra memoraui mus, quē Barzafarmanes qui Persis īperitabat, cū occupasset Syriā captiuū abduxerat, atq; in Parthia primo retentum, postea Iudæis postulātibus q̄ supra Euphraten in habitabant miseratus sortē inclinatā pmiserat: atq; utinam ut cōcessus fuerat deprecantibus, ita etiam credidisset monētibus, ne more ingenii hūani ppinquoq; eū potētia solicitaret, ut ad Herodē transitū faceret, eam illi periculo futurā, q̄ nullos magis regni cupido seruandi q̄ pximos exagitaret, atq; à ppinquis caueret. Vergē ille tædio peregrinationis, & suoq; desiderio transiuit Euphraten, in Iudæam reuertit. Quod altius in pectus Herodis, q̄ quisq̄ ratus erat descendit, non quò ille regnū affectauerit, sed quia uiro regii generis, & diu exercitatæ priuilegio ptātis, īcertū an ab eo abstinere se posset æstimabat. Laqueus igit mortis Hyrcano coniugiū neptis fuit, cuius gratia ppераuit ad Herodē: nescius, tutius apud hostē captiuos degere q̄ apud regē ppinquos. Nulla itaq; uel leui regnandi suspiciōe hoc solo interemptus est, q̄ ei cōpetere regnū uidebat. Diligebat interea Mariamnē impenso amore, nec offensam uolebat: Cumulauerat mulieri gratiam numerosior partus. Nam quinq; ei generauerat filios, sed ex tribus maribus iunior Romæ obierat: dū literis imbuit liberalibus. Reliqui duo ultra priuatoq; modū regio cultu celebrabant. Suffragio erat iuuenibus matris nobilitas, & suus ortus in regno, q̄ imperante iam patre geniti forēt, sed amor maxime Mariamnes, quo rex magis magisq; quotidie accēdebat, ut cū ipsi nulla uicissitudo amoris a cōiuge rependeret, caueret tū ne in aliquo mulieris animū mœstificaret. Aequa lance odiū mulieris, & amor uiri aduersum se certabant. Iustius tū Mariamne amantē se uiq; oderat, q̄ Herodes Mariamnem amabat nō amantē. Suppetebat mulieri odiū de flagitio, fidutia de amore: quia alterum dolore nepotis auersabat, altero per obsequiū amātis extollebat. Et ideo ne à conuictio quidē obiiciēdoq; criminū tēperauit, q̄ auū sibi Hyrcanū, & fratrē Ionathā per sceleus eripuisset, cū alter prosocer, alter affinis: ille ppter senectutis infirmū seruari debuerit, hic saltē ppter ætatē adolescētulū: facinus indignū, cui septē & decē annoq; adolescēti summū cōmiserat sacerdotiū, huic cōtinuo honorē cōtulit, & mortē intulit: nulla alia causa ut accepimus, nisi q̄ sacerdotali amictu indutus, ubi accessit primū ad altaria sacrato & celebri die, subito populus illachrymauit, quod suspectū adeo Herodi fuit, ut præ gaudio crederet populū illachrymasse, atq; eo erga ephebū pdidisset affectum suū, lachrymas illas uoti indices, studiū populi sui periculosum, q̄ intimis uisceribus significauit, q̄ studiū erga cultū adolescētis haberet, & nobilē illū regiū nepotē impotentis mulieris filiū fratrē reginæ pteruioris, que regē uiq; dedignaret pruptuq; ad impetrandū, nisi maturius sublatus è medio foret, cui forma, cui decoris gratia suppeteret, ut iure præferēdus oībus æstimaret. Proposuit itaq; adolescentē occidere, exagitabat eū mater adolescētis, quæ & ad inuestigandū acrior, & ad ulciscendū uehemētior, nihil occultū, nihilq; inultū patiebat, eoq; reuocare sese ac reprimere deliberabat. Rursus exagitabat eū cumulatior indies erga adolescentē amor, uuiuersoq; & regni periculū. Vñ prærupto furore excitatus, statuit quouis modo sibi consulere.

Caput .XXXVII.

Alias miraculo

Mittit adolescens nocturnis tẽporibus ad urbẽ Hiericho, atq; ibi solitus delectari studio natandi; à plurimis quasi in ludũ coeũtibus, dũ sine modo mergit, in piscina necat. Id tacitũ soror nõ tulit, sed affectu germanitatis per contuitiũ prodidit, atq; obiectauit marito, iussu eius sibi fratrẽ ereptũ. Destitutam se oĩbus, funestam sibi domũ cõiugis, qui primo sibi auũ ademerit, postea germanũ interemerit, miseram se exitio suis fuisse: imprecari dira uiro, socrui & regis sorori, cõmune omniũ flagitiũ ultorẽ deũ poscere, ne tantũ facinus impunitũ relinqueret. Ferebat ista Herodes quasi amore captus, & nutibus deditus: sed furebat ira mulieris, & ferre nõ poterat maledicta execrãtis, & indignãtis arrogantiã maxime, quia uictus * uernaculo eius Herodes, insurgere aduersus dilectã nequibat, & ideo quo magis excitari quasi amãs posset, scena adulterii cõtexit, atq; in mulierẽ istiusmodi crimẽ cõponit, q imaginẽ suam Antonio in Aegyptũ destinauisset. Quãtæ istud intẽperãtiæ fuisse, ut absenti & prompto in libidines uiro, tũ pterea potenti qui ptãte p iure uteret, formã suã uenalẽ offeret, ut pulchritudine illiceret, nouæ auctiõis cõmercio se mulierem prostituisse, ui ne amoris an odio mariti, cuius periculũ p mercede adulterii postulauisset. Hoc itaq; commento mulierẽ, apud Herodẽ Mariamne quo magis amabat, eo grauius appetebat, nec tũ ĩsimulatio ipsa, quãuis indignantiũ fœminarũ aliena ueri penitus fuit, matrẽ em Alexandram furentẽ, q alius filio suo Aristobulo in sacerdotio præferebat. Hoc em nomine Ionatham filiũ suũ, quo auũ sibi regẽ fuisse in memoriam reduceret appellari malebat, ab Antonio per Musurgam quẽdam literarũ sequestrũ petiisse filio suo sacerdotium Fides uero ppior erat. Deinde aduenientẽ in ludæam Gellio Antonii amico, cognitum adolescentẽ miraculo fuisse ppter excellẽtissimi decoris gratiã: Nõ minus etiã Mariamnẽ cuius quo dignitas clatior, eo fama illustrior, & forte cõpertã more quodam ingenii hũani, quo uiri quoq; eo se ĩterioribus amicis chariores cupiãt declarare, si præsentibus quoq; necessitudinibus suis in se hospitalitatis societatẽ indulgeãt: ibi quoq; Alexãdræ datã cũ Sosio colloquẽdi copiã licet liberiori uiduæ, alia quoq; cognoscẽdi hospitis desse copia nõ potuerit, cũ pfertim hmõi & causas & personas regreret. Deinde collato utrinq; cõsilio id se dedisse snĩæ, ut utriusq; imagines Antonio dirigerent. Perstrictũ illum splẽdore imaginũ, & Sosii præcipue testimonio, q nihil tale se unq; uidisse in terris asseueraret, & gratiã illis nõ hominũ, sed diuinã inesse lenocinantẽ, ut excitaret uiri mẽ nime sobrias cupiditates scripsisse Herodi, ut Aristobulum ad se sine mora mitteret, de Mariãne q sibi cõiuncta foret, ptermisisse. Nõ coopire libidies suas, uel in his quæ nu ptæ essent apud maritos soleret, cui sine piculo usus foret flagitiũ sine pudore, sed quo Cleopatræ caueret ĩdignationẽ, quæ utriusq; qdẽ sexus riuali offenderet, sed amplius si sociatã uiro mulierẽ deprehẽdisset, quia se decore sup oẽs excellere mulieres arbitrabat. Perlectis itaq; literis, Herodẽ excusauisse, q sine seditiõe populi & pturbatiõe totius gẽtis, auellere a suis nobilẽ nõ posset adolescentẽ, atq; ut satisfaceret Alexãdræ, spõdisse Aristobulo sacerdotiũ: sed cũ morã fieri pmissis uidisset, & arte se ludi putaret, Alexandram parauisse nauigiũ, ac in ipso apparatu fugæ cognito p Sabionem consilio reuocatam esse cũ filio. His motũ Herodẽ dissimulasse ad tẽpus iniuriam, & acceleratse peracta ut diximus quasi fulmine ictus exagitatus est, simul & affectati adulterii afflicto à suis crimine, q sciret Antonium promptũ ad libidines, & inuelatas, ex eo q plurimũ poterat inflammantẽ in omne genus amatoriũ cupiditates. Cleopatræ quoq; inexpiabilem riualitatis præcipue dolorem atq; immanitatem, quæ plurimos uirorũ, quos segnio res circa uxorum reprimẽdam intemperantiam compererat, interemisset, imminere sibi periculum non solum amittendæ cõiugis, sed etiam subeundæ mortis perhorrescebat. Proposuit itaq; ipse contendere in Aegyptũ, ut Antonium uel Cleopatram quam maxime metuebat deflecteret. Euocatum alii ferũt. M. Antonii literis eò tetendisse, ut necati adolescentis causas præstaret. Profecturus tũ affini suo Iosippo, cui Salome germana regis in cõiugium cõuenerat, secreto aperit suspectam sibi necem ppter cõiugalis forme appetentiam, quã missa sui decoris specie prodidisse mulier argueret, idq; quasi affini negocii cõmittere, ut si ipse ab Antonio extinctus foret, Mariamnem necaret,

ne merces flagitii supesset. Iosippus haudquaq; ut arbitror, studio pditiõis, sed quo mulieris erga uirum sopiret querelas, qbus se afflictam diceret ardere odiis uiri mandatũ exprimit, atq; ad affectũ amãtis interptatur, quod ne mortuus quidẽ patereť Herodes seiungi se ab uxoris societate. Sed mulier longe aliter q Iosippus æstimauerat, ad argumentũ traxit implicatæ adhuc in se crudelitatis, cuius exercendæ post mortem quoq; suam executionẽ affini, pprio maadauisset, infestũ illũ sibi iniuria qui suspiciões suas non argumento aliquo ueritatis examinaret: sed pruptæ mortis exitio urgeret, nullũ odiis stici mali immemor, dum alienam coniugẽ uiro reconciliare expetit, suæ cõiugis aduersum se inflammauit suspiciones: quæ & colloquia uiri pprii cum Mariamne morasq; in aula regia haud pfunctorie ferendas arbitrabať. Deniq; ubi frater reuertit insimulatio nes non distulit, iniuriam addens suam regalibus contumeliis, qd sibi quoq; Mariamne ademisset maritum: sed Herodes præstrictus licet, tamẽ haudquaq; grauius primo commotus est, nec infensum se uxori præbuit, cum etiam ui amoris infractus quodam die mulieri iurare cœpit, quod tanto eam diligeret affectu, ut nunq; alterius mulieris flagra uerit cupiditate. Ita omnes ex animo abiecerit, ut uxori fidem seruaret. At illa: Satis, inquit, amorem erga me tuum mandatis quæ Iosippo dederas declarasti, præcipiẽs ut me occideret. Quõ potest amare qui occidere potest? Amens ilico rex ubi audiuit secretũ suum proditũ, cogitare cœpit nunquam proditum fuisse Iosippũ, nisi captus amore mulieris mercedẽ proditionis stupro quæsisset, manifestatũ qd diu latebat in aperto crimẽ indubia corruptiõe: nõ frustra excitatam sororem quæ domesticam iniuriam præ cæteris deprehendisset. Itaq; indignatiõe nimia furẽs animiq; impos exiliuit de lectulo fugiẽs corruptelæ turpis contagia, nec furentẽ capiebat aula: audiuit soror uociferantem, continuoq; rapiens tempus ad argumentũ insimulandi, & occasionẽ nocendi confirmauit indignãtis suspiciones: impulsus itaq; dolore iniuriæ insimulatione germanæ, iubet occidi utrunq;, nec multo post secuta est factoq; pœnitentia: & ubi ira cecidit, amor successit, & passio resuscitata est, tantusq; incanduit feruor cupiditatis, ut defunctam nõ cre deret, atq; in excessu mentis positus quasi uiuentẽ alloquereť. Et sicut ad eam quæ uiue ret pueros dirigebat, rogans ut depositis simultatibus ad sese ueniret & redderet se conĩugali gratiæ. Vix deniq; multo edoctus interuallo tẽporis obiisse credidit, quam pro amore tanquam ĩmmortalis fœminam decoris mori non potuisse arbitrabať. Tantus erat affectus erga defunctam. Deniq; efferus, postea atq; in multoq; necem præsentium odio fertur exasperatus, nec solum morbo animi laborasse: sed etiam graui corporis ægritudine, quã ex pestilẽtia quoq; aëris contractam aiebãt. Nã tractus cœli corruptior plurimis pestẽ creauit. Vnde cõsultis medicinæ peritis syluaq; secretis sese abdit, & refuso paulatim uigore, uenatibus salubritatẽ corpis, pariter ac mẽtis salubritatẽ recepit.

Herodes uxori iurat.

Tractꝰ cœli corruptior pestilentiam creat.

Caput .XXXVIII.

HOc quoq; addebat miraculis suis quibus defunctæ suspiciebat gratiam, luisse se iniusti pœnas flagitii, & elementoq; ægritudine expiatum interitum tanti decoris, excidio mundi populoq; lue unius mortem: sorte tũ impari uindicatam, cum fructus terra abnueret, fames augeret pestilentiam. Hunc Mariamne exitum tulit, sobrie uiro pudica: sed insolens formæ conscientia. Cui magnanimitas superfluebat, sedulitas deerat ut blanditias dedignareť mariti, secura qđ nihil ab eo, qui supra modum diligeret, exitii perpeti posset, nec solum ad præsens ultionem reperit: sed etiam in reliquũ hæreditaria odia transmisit. Cui succedere filii materni doloris executores, pio erga matrẽ quidẽ affectu, sed erga patrem impio: cũ utriq; parentum pari munere ius naturæ soluẽdũ foret. Nec exercitatos dolor reperit. Nã diu Romæ eruditi Latinis iuxta & Græcis literis astutiam non mediocrem assumpserant, & absentes cõpererãt necẽ matris, plerisq; in odium patris impulsoribus asperabanť. Regressis quoq; ne cõspectus quidẽ paterni reuerẽtia sedulitatem infuderat: crescebat cũ ætate malitia. Accessit Archelao genita, qui Cappadociæ regnũ tenebat, in ius copulæ nuptialis conuenerant, & nobilitas coniunctionis odioq; dederat autoritatẽ. Offendebať igiť Herodes, ue

Vtriq; parẽti pari munere naturę iuꝰ soluẽdũ est.

tacito filioꝝ ingenio excitatiore, q̃ paterna pietas pati posset, quæ etiam uultu frequẽter læditur. Addebantur & stimuli ab his, qui ab insidiis filiorũ cauendum quasi solicíti crebrò denũtiabant, asserẽtes ꝙ ultrices materni exitii armarẽt manus, quibus pertritus antipatrũ Herodes Dosidis filiũ præferre fratribus, atq; ad sui gratiã huberiore affectu cœpit lacessere, ardere maioribus odiis aula regia & certamíe fratrum cõcutí: dum illi indignãtur, ꝙ priuatæ mulieris filius sibi in regno ortisp̃ fetebaẽ: ille uersutus aduIandi quo se inferiorẽ materno latere cernebat, eo studiosius cõmendare sese patri, appetere germanos cõpositis insimulationibus non quiescebat, donec ipse per se ac per alios, quos sibi adiunxerat, excluderet ipsos ab affectu paterno. Deniq; regnandi his spẽ omnẽ ademit, ita ut publice cõdito testamẽto, solus imperii successor designaretur, missusq; ad Cæsarem Romã, præter insigne diadematis omni ornatu cultuq; regio fulcie-
Antipater regio fulciẽ cultu. batur. Inde in ludæam regressus, aucta erga se Cæsaris plurimorũq; illustrium uirorũ gratia, exigui ꝓpè tpis interuallo tantũ prævaluit, ut etiam matrem cõiugio patris rederet: geminisq; armis adulandi arte, & simulandi uersutia, ita gemanos urgere apud patrem cœpit, ut pater filiis necem pararet. Deniq; furens animi Romam petit attracto secum Alexandro, quem reum magici aduersum se criminis ante Cæsarem statuit. Ille data sibi copia deplorandæ calamitatis ærumnarũq; omnium, cum uideret sibi suppetere tanti iudicis autoritatem, qui nec ab Herode traduci per gratiam posset, nec ab Antipatro circũueniri, nihil prætereundum ratus, flagitia patris quadam perstrinxit modestia, ut nec urgere tanq̃ accusator uidereẽ, nec occulta esse sineret, cum plurimũ causam iuuaret, si se ob necis maternæ dolorem, paternis peti odiis demonstrauisset. In talibus enim iudiciis nihil tam magis liberos grauat, q̃ naturæ pietas & affectiõis autoritas. Quæ si aliquanto traducũtur flagitio ꝓiudiciũ minuitur, prærogatiua excluditur: Vbi uero ad obiecta patris uentũ, ualidis refellens assertõibus alienum sceleris primo fratrẽ demonstrauit, qui suorum esset consors periculorum, quẽ innoxium in crimen uocari ingemiscebat. Astipulabaẽ puræ conscientiæ agendi ius & dicendi peritia, nihil sibi ac fratri relictum honoris, sublata omnia per scelus germani patrisq; facilitatem. Amarissime deplorabat necem sibi irrogari, quã pater eousq; expetit, ut crimen adiiciat, flagitiũ adiungat. Quibus dictis coegit in lachrymas uniuersos, atq; eò sortem deduxit iudicii, ut Cæsari accusatio non probaretur, pater reconciliationem amplecteretur. Id gratũ admodum & præcellentissimũ Romano principi, nõ solum regi inclyto regnũ donasse, sed etiam liberos reddidisse. Itaq; iusto defunctum examine, ut sic paterni iuris reuerentia inuiolata maneret, & tuta filiorum innocẽtia patri, ut dicebat, obtemperarent liberi. Ipse inoffensum naturæ affectum exhiberet filiis, cui uellet tamẽ regnũ relinqueret. Redít ex urbe Roma cũ patre, Alexãder iudicio magis q̃ suspicione absolutus. Vacare eiam mentẽ Herodis ab odio filiorũ Antipater non patiebaẽ: Ipse enim erat odioꝝ materia; premebat tamen studium suum cõtuitu recõcilationis, ne appetitæ germanitatis scenã proderet, insidias manifestaret. Vbi uentum est in Ciliciam, & nauigantes in Eleusiam applicauerunt: susceþit eos Archelaus opimo conuiuio, gratias agẽs Antipatro genero sua causa, ꝙ exemptum periculo recõciliatione etiam dignum æstimasset. Ipse etiam liberis per suos directis amicos rogauerat, ut genero defensionis adiumento forent, & discedenti obtulit. XXX. talenta hospitalitatis munere, ac Zephyrium aduq; regẽ pduxit. Regressus domum rex continuo populum aduocat, apud quem hoc modo disseruit.

Caput .XXXIX.

HicHerodes alloquit populum. MOdo causa mihi Hebræi ciues & utilis & fructuosa fuit Romam petendi, profecto ut de filiis meis Cæsar iudicaret: ne solus ego qui irascebar cognoscerem, perrexi ad Cæsarem: ut qui mihi regnum reddiderat, de successore meo pronũtiaret. Adiecit beneficiis suis ut quod difficile erat, propè amissos filios patri repræsentaret, fratribus quod supra regnum est, concordiam redderet. Redeo igitur ditior quàm profectus sum, didici esse melior pater, quía didicerũt filii mei esse meliores liberi Cæsaris beneficio. Statuit enim ut ex meo arbitrio penderet filioꝝ successio, ne prærogatiua successionis superbiã gigneret. Ipse mihi successorẽ darem quẽ elegissem: cum scilicet qui meruisset, eũ aũt qui patrẽ amplius honorauisset, Imitabor Cæsarem,

sarẽ, ille eũ absoluẽdo iuniores filios meos, seniori filio pares fecit. Itaq; simul tres liberos hodie reges cõstituo: Illi ætas, istis nobilitas astipulaẽ, nec numerus moueat, magni tudo regni & pluribus abundat. Arbiter primo sentẽtiæ meæ deus: deinde etiã uos accedite, quos Cæsar cõiunxit, constituit pater, uos honore congruo ꝓsequimini, ut ne ꝙ immoderatus neq; infimus honor sit: Aliud inflat, aliud exasperat. Quod cuiq; portionis suæ meritis suppetit, impartiaẽ. Nõ eũ tantũ quis delectat eum, quẽ supra mensuram honorat, q̃tum lædit eũ, cui debitum negat. Et plerũq; utercꝫ eoꝝ offenditur, ubi prælationis adulatio est. Sum certe omnibus pater. Honor filioꝝ haud dubie patris gloria est. Sí tamẽ supra modũ qs liberos meos excolat, reus est mihi etiã pro liberis meis, qbus autor prolapsionis est: Nimius eũ cultus audaciæ sumptus est. Nũquid iuideo liberis meis? Absit: sed malo eos minus cũ gratia posse, q̃plurimũ cum seditione. Quod enim superbiæ uel rapinæ est cito labitur: quod gratie diu teneẽ. Vnde curæ erit mihi ut sponsores cõcordiæ adiungã liberis meis parentes amicosq;, quoꝝ hortatu mutuæ dilectionis affectum induant. Nam cũ omnis sermo malus facile mentẽ audientis inficiat: tum maxime assidua colloquia, & diuturnus usus pestem animis infundere soleãt, quo contagio quodãmodo in mores cohabitantiũ cito trãseat: & si trãquillitas moꝝ sit, tamẽ ut stagnum mite licet, uentis exagitantibus assurgere in æstus ualet: ita bona natura improbis monitoribus fluctuat. Arbitror itaq; ꝙ in me unusquisq; spem sui potissimã debet recondere, nõ eũ quod accidit liberis meis, mihi deperit. Plus unusquisq; tribunoꝝ uel militũ reuereri debet patrẽ imperatoꝝ: Ego sum ego sum, qui mercedem uniuersis repẽdã pro his etiã quæ filiis meis detuleritis. Si recta aduertero studia factis remunerabor: maleuolẽtia pretium referet suum, ut apud eũ quoq; quẽ putauerit adIandum fructu excidat: Vos aũt boni filii cõsiderate primũ naturæ religionẽ, cuius gratia & bestias ligat, quæ etiã feras cogit in amorẽ necessitudinis: manet inter indomitas pecudes mutuus amor, & periculis propriis redimunt suos beluæ. Reuereminí etiã Cæsarẽ, qui uos ex inimicis amicos fecerit. Tertio meipsum qui rogare malo, cum possim iubere: manete fratres, nolite exuere quod suadeo uestri amoris intemeratũ signaculũ. Si pietas maneat, regnũ delectat: Si defit gratia, uile imperiũ est & plerũq; noxiũ. Ergo dũ uos experiar, habebitis interim nõ regnũ, sed regni honorẽ. Si patrem dilexeritis, ius sequetur, mei tamẽ amorẽ ĩ uobis probate: omnibus, quibus delectare regnũ solet, ut principes potiemini. Onera imperii, & moles negocioꝝ me solũ, & si nolim manebũt. Et ideo uobis prodest mea uelle: qa ego quæ uestra sunt, & uolo, & mea arbitror. His dictis osculatus est filios, ut eos uno osculo charitatis inuicem sibi necteret. Quo facto conuentũ dimisit.

Honor filiorũ, patris gloria est.

Malꝰ sermo mentẽ audiẽtis inficit.

Maleuolentia suũ recipit pretiũ.

Imperium sine gratia uile & plerũq; noxium.

Caput .XL.

DIscessere pleriq; læti, qbus placebat cõcordia germanitatis: sed cũ fratribus reuertit dissensio, eoq; grauior quo dignitas potior, cui ãplius inuideret & nocendi suppeteret maior potestas. Dolebãt filii Mariamnes æquatum sibi priuatæ filium mulieris, qui regni nesciret prosapiam. Contrà Antipater distinctam sibi à fratribus regni spem dedignabatur, & inuidebat germanis quibus posteriora pro primis uix referuarenẽ: Sed hic sese tegebat, & uelabat odio prætendẽs gratiam, illis consilium omne ĩ sermone obuium etiã nõ quærẽtibus. Promptior lĩgua, & secretoꝝ prodiga, quicquid locuti forent apud Alexandrũ, continuo apud Antipatrũ erat, multa etiã quæ nõ dixerant simulabanẽ. Pleraq; internũtius cũ incremẽto adiiciebat. Architectus omniũ quibus appeterenẽ fratres Antipater erat: cuius uita nihil aliud erat, nisi quoddã uersutiaꝝ conciliabulum, scena improbitatis, argumentũ sceleꝝ, flagitioꝝ ministeriũ. Subiiciebat iudices, subornabat testes, simulabat defensionẽ, q̃si in theatro personã fratris circũferens, ut leuiora excuteret obiecta, grauioribus cederet, quo magis patrẽ fallerẽt, & uehementius in fratres moueret, maximeq; acerbabat arte inuidiã paternæ necis paratæ, ut regnũ eriperẽt, quía regibus metus periculi suspectior: sed ne fine repulsore minus uerisimilia regi uiderentur, ipse primo tentabat refellere, deinde constringi se manifestis rerũ ĩdiciis uolebat uideri, ut perorata utrinq; causa, q̃si nihil iudicio defuisset amplius: pater tanq̃ in conuictos filios excitaretur, nulla enim res maiorem fidem

assertis dabat: q̃ quod Antipater fratrum defensor æstimabatur. Hac fraude plurimorũ captabat gratiam, ipsius quoq; patris in se mentem inclinabat. Quicquid quotidie fratribus minuebatur, de affectu paterno in ipsum transfundebatur. Abducebat amicos regios, parentesq; & præcipue fratrem regis germanum Pheroram, & Salomen eius sororem alienos à nepotibus fecerat, ut nõ modo eos non defenderent, sed etiam appeterent, atq; odissent. Accedebat odiorum materia uxor, Alexandri Glaphira, quæ mulier briter satis præsentium insolens extollere sese acceperat fastu superbo: eo quod omnibus præmineret prosapiæ claritudine. Itaque quasi dominam se omnibus qui in aula erãt regia præferebat. patrem auumq; regem sibi, & præcipue Darium Hydaspem materni generis apicem solita iactare, contumeliisq; ignobilitatis afficere Salomen regis sororem, uel Dosidem coniugem: q illis dolori, sibi odio foret. Cæteras quoq; fœminas similiter exasperare, quæ regi ppter decorem magis, q̃ propter nobilitatem generis copulabantur. Plurimis etiam Herodes præter regium morem, etiam ludæorum usu quasi quadam erroris licentia delectabatur, qui figuras maiorum uitiis suis obtentui dunt. Grauabatur ergo Alexander uxoris insolentia: Aristobulus quoq; iisdem qui bus Glaphira sermonibus uxorem incessebat: deiecti illã status nec conferẽdam regiæ proli, imparẽ Glaphiræ sibiq; esse opprobrio, q frater regalis generis cõiugio potiret, ipse priuatæ uxoris cõtubernio degenerasset, demens q cõturbaret cõuitio pprias necessitates. Quibus pstricta cõtumeliis uxor Aristobuli, ad matrẽ oĩa cũ lachrymis perferebat. Salome aũt cõperta per filiam regi Herodi ãnuntiabat: at ille monere filios, q̃ p dere cõmodius ratus, uocatos partim imperatorie terruit, partim affectu paterno hortatus est, ut fratrẽ amarẽt, neue ut hostes diffiderẽt, ueniam tribuens superioribus, denũtians correctionẽ futuris: at illi cõpositi sese insimulatiõibus peti pluribus deplorantes: orare simul & polliceri operibus ipsis, in reliquũ propriæ fidem defensioni daturos: tantũmodo factũ pater expectaret, nec temere auditis crederet: nõ enim defuturos delatores ĩprobos, q̃diu auditor credulus suppeditaret. His & talibus emollito patre, q̃is eo tempore ĩminentẽ depulerint metũ, mœstitiã tamẽ coaceruarũt, q urgeri sese à Pherora & Salome uidebant: quoꝝ alter patruus, altera soror patris, qbus defensioni esse debuerãt, insidiabanť. Accedebat eñ formido grauis, quod plurimũ poterãt apud patrẽ. Nam accepto diademate ppè uniuersam regni potẽtiam cũ fratre suo Herodes participauerat, nec mediocres utriq; cõtulerat opes, & maxime Pherore. Deniq; his annua talẽta centũ recõdebat, præter eam regionẽ quæ ultra Euphratẽ sita reddituũ copias multiplicabat. Tetrarches quoq; petitu Herodis á Cæsare fuerat cõstitutus, donatus etiam regalis cõiugis necessitudine, quia sororẽ regiæ cõiugis in cõnubii sui sortẽ asciuerat. Post cuius obitũ desponsata sibi seniore regis filia, in gratiam successerat generi, nisi amore captus ancillulæ regalis puellæ copulam declinauisset. Qua exasperatus Herodes cõtumelia, ei filiã tradidit, q postea Parthico bello occidit: Insimularũ tamẽ apud se Pheroram, q uenenis appetisset fratris salutem. Qua suspicioẽ ne uiuẽte q dem caruerat uxore: plurimoꝝ primo, & ad postremũ amicoꝝ eius quæstione exercita, uacuum eius cuius arguebatur facinoris inuentum uolens absoluit, dans etiam fugæ ueniam, q rapta quã diligebat ancilla, depositionis initæ, ut ad Parthos cõfugeret, familiariũ suoꝝ cõfessionibus modũ detegebat. Respirauerat aliquantulũ Alexander, dum Pheroras accusatus incessitur, & ipse incessit Salomẽ, quod spopondisset nuptias suas Obodæ Syræo, qui erat regis Arabiæ pcurator Herodi inimicissimus. Sed remisso utriq; crimine tempestas domus in Alexandrum incubuit, atq; ipsum graui periculo iuoluit, furebat eñ sæua pestis, & ptocella totius aulæ Antipater. Oĩbusq; modis & cõuentu etiam pinquoꝝ ingrauans fratrem, ita ut turbato mentis sobriæ statu, instare sibi Alexandrũ cum gladio pater magnis uocibus protestaretur. Venerat in mediũ scena huiusmodi, quod eunuchos tres, quorũ unus pocula regi ministrare solitus foret, alius fercula cœnæ inferre, tertius torum obseruare regium, nec unq̃ discedere, cũ se Herodes lecto cõposuisset, donis huberioribus illexisset Alexander, ad sui gratiã, & turpis flagitii societatem. Quo pdito suppliciis adacti spadones, obscœnæ ludibria libidinis manifestarunt, promissa etiam amatoria tegere nequeuntes, qbus sermonibus solicitati hmõi fo

Glaphira Alexandri uxor.

rẽt, & qua stupri mercede retexuerunt, ut inuolutum dedecore paricidium crederetur ineſſe ſibi iuuẽtæ gratiam, formæ decorem, robur ætatis, contra inualidum Herodẽ, & iam senecta grauẽ, qui capillum inficeret, ne ætatẽ pderet, à quo cũ uellet regnãdi ius in se transfunderet, pmiaq; polliceri ingentia: & ideo eos in iuuene spem suam cõstituere oportere, nõ in decrepito sene, cui ipsa natura finẽ acceleraret. Quæ grauiter qdẽ Herodem mouebãt: sed illud præ cæteris q cõspirare ei militarẽ manum, ducesq; exercitus, & cẽturiões spadonũ indicio cõpertũ haberet: deniq; ita exagitatus est, ut nullum sæuitiæ genus prætermittendũ putaret, nulli crederet, omnes suspectos haberet. Velociores erant pœnæ, q̃ interrogationes flagitioꝝ, et iudiciũ præueniebat reorũ exitus. Rapiebanť passim ad supplicium, quos aliqua incessebat suspicio. Feruebant calũniæ: multi uolentes regi placere, deferebant reos: sed ilico etiam ipsi qui alios detulerãt deferebanť, & cum reis suis ducebanť ad locum pœnæ. Ita efferauerat Herodes in uniuersos, ubi si aliqs eoꝝ supesset, suspectus foret. Aliter rex nõ putãs se eẽ securũ, nisi deficeret genus humanum. Insimulatis irrecõsiliabilis, amicis incredulus, familiaribns superbus, immitis reis, pauidus ad omnia, ut crebrò sedes mutaret, noctes sine somno duceret. Qui omnibus exasperatus repẽte Alexandrũ alligatũ uinculis sepsit custodiis, & amicos eius in quæstiones uocauit: Qui negabãt, inter supplicia moriebanť. Rursus tacentes, quia nihil quod esset suspicionibus cõsentaneũ confirebantur, usq; ad mortem supremam exulcerati, tamen aliqui ui tormentorum, & pœnaꝝ uicti acerbitate, propositũ adolescẽtibus asserebant, ut uenationi intentum occiderent patrem, & ad urbẽ Romam sine mora pergerent, ut effugii pœna eluderetur. Quod & si nullo argumẽto fulciebatur, tamen ad solatium studii ferocis deriuabat pater, uolens uinculorũ filii causas iustas habere. Considerans itaq; Alexander obseratas aures patris ad omnem sui defensionem: nec ullo modo rem posse deduci, ut de innocentia sua præsumeret, qui tantis calũniarum molibus appeteretur: simili arte nequissimis delatoribus occurrendum putauit, ut fraudulentos & calũniæ machinatores dolis circũueniret, atq; in calumniã teos uocaret, quorum se calumniis urgeri credidit. Scripsit igitur quatuor libellos, qui bus cõmentum sceleris, quo paternam salutem appetierit confiteretur, atq; insidiarum huiusmodi conscios plerosq; eorũ à quibus ipse appeteretur, exposuit: atq; iisdẽ inscripsit libris, p̃cipue Pherorã & Salomẽ: q ea quoq; intẽpesta nocte rupto adolescẽtis in quo habitaret cubiculo, illexerit inuitũ, & reluctanti extorserit, ut incestum patraret. Transmisit ad regem libellos, uelut indices flagitiorum suorum, quibus potentissimos quosq; inuoluerat regis comites atq; amicos. In tempore illo Archelaus in ludæam properatò aduenit: ut si quid posset genero ac filiæ opis auxiliiq; ferret. Sed præuidens apud infestissimum patrem obstructos sibi aditus, legitimæ defensionis arte cõmotionem eius repetesit. Nam simul ut aulam ingressus regiam est, magna uoce cum iam audiretur, & uideretur ab Herode, uelut furens animi uociferari cœpit: uiuit ne adhuc ille ueneficus gener meus, & carpit hanc lucem, ubi quæso est? Vbi paricidale illud repe riam caput, ut manibus excerpam meis? Paricidio perire debet, qui paricidium uoluit implere. Quid facturus est socero qui non pepercit patri? Quis demonstrabit eũ? Euiscerabo primũ scelestum, adiiciam filiam bono spõso, & si sceleris nõ fuit cõscia, nõ est tñ aliena contagii, quæ paricidæ cõiugio potiebatur: Non agnosco filiã meã, quæ artes non depræhendit mariti, quæ se non talem exhibuit socero nurum, ut subiectum filium patri redderet: Ego illam non ad sceleris ministeriũ iunxi, sed ad consortium matrimonii, ut cohætedem gratiæ præstarem, non criminis adiutricem. Te miror Herodes si adhuc uiuit Alexander ille insidiator patris. Putabam iustas illum iam pœnas dedisse, quem differri non oportebat. Quid enim diutius seruatur confessor, animi paricida talis? Sed fortasse hoc quoque diuinæ fuerit prouidentiæ, ut amborum parentum iudicio condemnaretur, qui in te læsit utriusque pietatem. Non me negabo ultorem, qui me ultionis exactæ prædicatorem parabam, sed ne filiam excipio, quam infaustis nuptiis ipse despondi: te spõsorem secutus, nõ eñ ego illam mariti moribus, sed fidei tuæ tradidi. Reddat causas q uadẽ suũ dissimulauit, maritũ suũ dilexit. De utroq; nũc uobis iudiciũ est, si firmus executor tanti doloris es, accingere pater, sequestra pietatẽ, nõ

Herodes Alexandrũ uinculis alligatũ custodiis sepsit.

Hic rõcinatur Archelaꝰ

optandũ quidẽ officiũ patribus,sed nõ dissimulandũ. Si te pietas mollit,ĩflectit natura, mutemus uices: ut ego in tuo filio,tu in meo pignore misterii mutui simus executores. Huiusmodi orationem circumfremens traduxit Herodem, atq; à furore animi paulatim intentionẽ eius emolliuit,ut quasi cõpatienti,atq; unanimo sese crederet,& daret ei libellos legendos,quos Alexander cõposuerat. At ille singula quæq; aduertens, ubi intellexit magis dolo re congesta,q̃ fide suffulta,profundo consilio minuere paulatim inuidiam tentamenti paricidalis,atq; obiectoꝝ causas in eos qui descripti fuerant,& maxime in Pheroram cœpit transfundere. Itaq; ubi aduertit regem à sua sententia non abhorrere: cõsiderandum,inquit,ne forte adolescens magis tantoꝝ improboꝝ insidiis appetitus apud te sit,q̃ tu ab adolescẽte. Quid em̃ causæ erat,ut tuam appereret uitã cui regni honorẽ cõcesseras,regnandi ius reseruabas,& spem successionis? Quid em̃ appeteret quod habebat? aut quẽadmodum tantis muneribus ingratus foret? Quid ue aliud ageret in tua nece nisi ut suũ affectaret periculũ? quod te uiuo metuere nõ posset,defuncto timeret? ab his utiq; à quibus etiam sub patre positus,propriæ salutis excidiũ phoresceret. Patet ista ætas fallaciæ,facile decipit,& fraudulentoꝝ insidiis circũuenitur,uix resistit dolis ætas senilis: plerunq; tñ senum prudentia circũscribentiũ uersutis insidiis irretit. Ergo si maturior usus sæpe labefactatus est, quid miꝝ si ætas immaturior adesse nõ potuit sibi? cum insidiantiũ cateruis perurgeret? Illos igit perturbatores regiæ domus esse,illos incitatores adolescentium,seminatores discordiaꝝ, qui in desperationẽ salutis deduxerunt adolescentẽ , ut stomacho magis indulserit,& ultioni potius quàm absolutiõi intẽdit. Quibus paulatim inflecti Herodes cœperat,& mollire indignationẽ circa Alexandrum. At uero in Pheroram cõmoueri uehementius,quod illis quatuor libellis ipe omniũ flagitioꝝ minister,& totius scenæ architectus exponebat. Qui uidens regem Archelao mentẽ inclinauisse suam ,atq; in eum præ cæteris præponderare gratiam interioris amicitiæ,ad ipsum se contulit, obsecrans ut animũ sibi regis conciliatũ redderet. Veꝝ ille innexum plurimis sceleꝝ uinculis,quibus euidenter regi parasse insidias conuincerẽ,atq; appetisse adolescentem, nullum habere ueniæ locũ aiebat, nisi deposita inficiandi uersutia,quæ obiecta sibi fuerãt,cõfiteri germano sui amanti,atq; ab eo dem poscere sibi indulgentiam nõ dubitauisset: Huiusmodi sese actioni quibus posset studiis non defutuꝝ. Mutata itaq; ueste,suffusis lachrymis,specie miserabili fratris inhærens uestigiis,orare ueniam,improbitatẽ fateri,omnia de quibus argueret non abnuere , sed recognoscere dementiam sibi causam fuisse tantæ prolapsionis, quod nimius in eo furor amore sibi dilectæ mulieris exæstuasset. Statuto itaq; Pherora suoꝝ flagitiorum accersitore pariter ac teste, tanquam pro mercede compositi, quod in usus suos caderet argumenti: Herodem Archelaus deprecabatur,ut naturæ contẽplatione molliret iram,fratriq; ignosceret,supra uindictam cõstituens ius naturæ. Nec miꝝ si in maximis regnis,tanquam in magnis corporibus sæpe aliqua membra feruent, quæ non inciden da,sed mollioribus sint curanda medicamentis. Sibi quoq; multo grauiores compositas à germano insidias,sed remisisse se necessitudini qđ debebat dolori , ut quo magis poenam leuaret ingrati,eo amplius causam grauaret. Cũ hæc atq; hmõi alia subtexeret, mitigauit quidẽ Herodẽ,ut germano remitteret: sed ipe tanquam inexorabilis genero manebat. Deniq; minitabat,ꝙ diuelleret ab eo filiã,tãtisq; infremebat indignatiõis suæ motibus,ut ipse Herodes satis expiatum filii aduersum se facinus arbitraret , ultoremq; suaꝝ iniuriaꝝ rogaret,atq; ipe ꝙ reo suo apud socerũ interueniret, quo de integro reuaret nuptias. Perseuerabat Archelaus cui uellet Herodes alii nurũ suam iungeret: ptet Alexandrum: cuius etiam causa uxor traducereꝰ,atq; ea arte multo amplius impellebat Herodẽ,ut ille sibi filiũ redditũ putaret,si coniugiũ eius nõ solueret. Qđ ille uxorẽ impense diligeret,ex qua etiam filios susceperisset,dulces auo,gratos parẽtibus, hoc munus restituti sibi filii fore,quia nõ mediocri ex pte bona uxor uiri sui reprimeret errores,aut cõpensaret officiis inuidiam flagitiorũ. Quæ si ab eo diuellereꝰ, nullũ remediũ uiro futurũ,quin ꝓceps ĩ oẽ rueret nefas. Molliores em̃ fieri solere scelerũ ꝓsumptiões,quæ domesticis affectibus reuocarenꝰ. Vix tandẽ Archelaus inflexus recõciliaꝰ ipsi genero, atq; eidẽ reconciliat patrem , Hoc consilio eripuit generũ neci, ut ꝓ mercede acciperet eius

eius absolutionẽ,dum cõdemnare se potius simulat,quàm interuenire. Pro quo si intercedendum putasset,haud dubie nihil impetrasset. Addidit oportere eũ Romã pergere, purgatum ab his quæ in eo pater suspectauerat,quoniam omnia ipse scripsisset Cæsari. Quod æque compositum reor,ut hoc genere Alexander cum se purgasset, Cæsari commendaretur,atq; Antipatri paratæ fratribus insidiæ patescerent. Instauratur conuiuium.

Caput .XLI.

HOc consilio soluta factio & cõuersio facta in lætitiam,instauraꝰ conuiuiũ iniræ indicium reconciliationis,cuius autori Archelao septuaginta talenta, & sedile aureum gemmis insignitum: electi quoque eunuchi regali conferuntur magnificentia,& cõcubina (cui Panichis nomen erat) dono datur atque accipitur. Similiter & ꝓpinqui monitu regis clarissimis donis Archelaum munerabanꝰ, nec quisquam familiarium eius exors muneris fuit, qbus oñibus Herodes,ꝓ uniuscuiusq; meritis plurima impartiebat. Prosecutus est etiam cum potentibus suis usq; ad urbem Syriæ splendidissimam Antiochiam nomine,in regnum suum regredientem. Euaserat Alexander,nisi se immersisset in ludæam uir Archelai artibus longe exercitatior, Lacon genere,Euricles nomine,nimis cupidus opum: eaq; pro negocio contẽptor,ubi maiora potiũdi spes refulgebat. Deniq; non contentus Laconicis facultatibus,in effusiones regias animũ intenderat, uenandiq; artifex Herodem antiquis , opimis adorsus muneribus, remunerationi amplissimæ locum parauit,longeq; huberiora q̃ obtulerat adeptus: tamẽ non satiabaꝰ, nisi cruentis atq; impiis factionibus gratiam sibi regis emercareꝰ. Itaq; more quo dam usuq; Græcis familiari regẽ adulando præcandisq; omnibus, eius non solum quæ laudis aliena,sed etiam inuoluta uitiis forẽt, in intimam eius amicitiam breui peruenit, ut inter primos secretoꝝ arbitros eligereꝰ: astipulante etiam patriæ prærogatiua,quod Spartiatas Iudæi cognato sibi genere copulatos pro fratribus habent. Is ubi regiæ domus uitia cognouit,suspectum animũ patris,fratrumq; inter se odia nouis artibus charum se omnibus simulans,quasi fidus singulis habebatur: sed pro ingenio regis,aut murum merito sua studia formabat , ut adi unctior esset Antipatro, Alexandrum doli is atq; insidiis circũueniret,familiari specie utrunq; exasperans: illũ prærogatiua ætatis regno debitũ,istũ materni generis prædituꝝ nobilitate iure superiorẽ,neq; cum uilissimæ corruptelæ pignore æquale illi consortiũ. Quibus captus Alexander,utpote adolescentior qui delectareꝰ his quæ dicerenꝰ sibi,non ppenderet illa quæ rursus de se apud Antipatrũ componerenꝰ, effudit sese mercenario Antipatri & proditori suo,aperuitq; mentem lubrico ingenio,affectuq; incauto,patrẽ sibi autorẽ maloꝝ conquerẽs,qui matrem sibi eripuerit,regnũ decolorauerit,qđ sibi ab auo,ueterisq; ꝓsapiæ insulis debitũ cupiat auertere, fraudari legitimos iure successionis,ꝓferri spuriũ stupri mercede: sed non quietura iudicia dei,ut qui uxorẽ innocentẽ necauerat,non etiam ipe propere parato per coniugẽ imperio defraudareꝰ. Quæ sine mora Lacon ad Antipatrũ deferebat, circũuento etiam Aristobulo,ut eiusdẽ querimoniæ laqueis innectereꝰ, & ꝓtio coacerbata regi insinuabat, dicens silentio se premere nequiuisse tam immane facinus,& ꝓ hoc spitii munere gratiam se lucis representare, quam ereptũ ire filii pgerent, quos nisi ipse simulatiõe cõsilii fidelioris reuocauisset, & iamdudũ Alexandri gladio ĩterfectũ patrẽ, regnumq; indignis hæredibus uacue factũ. Neq; Alexandro religiõi eẽ paricidalẽ atrocitatẽ, q maximi sceleris loco duceret, qđ adhuc aui matrisq; necẽ inultã haberet. Cõueniri se ac purgeri perẽptoꝝ querelis, ut tã atrox flagitiũ ulciscereꝰ. Deberi sibi inferias interfectoꝝ exigi: successionemq; eorum non oportere contaminari, ut ab eo qui maiores eorum occiderat,regnum adipisceretur, renouaturum se iudicia Cæsaris nõ simili, ut ante reuerentia,sed ut Cæsar ipe cognosceret omnia secreta regis,quæsitas sanguine opes,prouinciam labefactatam, repertuꝝ se ab inferis auum, matrisq; acerbissimam necem demonstraturum, ut successor alienus in regnum regium subrogaretur. Excitabat regem Eurícles, Antipater tamen parui æstimans unius suggestionem: alios quoque accusatores fratribus subornabat, qui dicerent cum ducibus quondam equestris exercitus locundo & Tyranno sermonem initum, compositas regi insidias dolore desessionis, in ceruicibus periculum, nisi mature caueret , Denique non distulit Herodes, ilico

Liberato Alexandro Archilaus muneratur, Tyro.

In quibusdã passim legiẽ Archelaus , loco Antipatꝝ

Herodes raptos filios seuere interrogat.

des, ilicoq; raptos seuere interrogat: sed nihil illi de qbus arguebant cõfessi reperiunt. Et quia impune tam grauia simulabantur apud eum qui criminum se uindicem ꝓfiteretur, & negligentẽ calumniaꝫ, non deerant qui huiusmodi insidias machinarent, quas acceptiores forẽ patri crederent. Nam & epistola ꝓlata est quasi ad castelli ꝓpositum ab Alexandro, & Aristobulo data, ut occiso rege confugiendi sibi potestatem faceret: donec se armis aduersum se insectantes munirent, cæterisq; subsidiis defensionem pararent. Excruciatur castelli præpositus, & nihil fatetur. Nihilominus tamen haud ullis affectati sceleris indiciis extantibus, quasi rei Alexander, & Aristobulus dantur custodiæ. Euricles quinquaginta donatus talẽtis autor salutis ac uitæ habetur. Dignum est nec eũ silere, qui Euriclis tempore in Iudæam transmissus erat fidissimus amicoꝝ Alexandri, quem rex quasi conscium tẽtamentorum illius, ius interrogandũ putauit: utrum ne cõgruerent quæ Spartiates de adolescentibus nuntiauisset. Verũ ille nihil se de illis quicq; eiusmodi cognouisse, sacramento interposito fidẽ fecit: sed adolescentibus nihil ꝓfuit. A se quæstionẽ depulit, ne minueret delationis inuidiam, & euacuaret Euriclis fraudulentiam, si seuerius interrogatus negaret. Quasi indignus igitur cui crederet ab Herode excludit. Bonus em̃ pater accusari filios libenter audiebat, non sinebat defendi: Delectabatur cum appeterent, offendebatur si purgarentur. Deniq; Spartiates ditatus regalibus præmiis; ubi tñ Achaiam attigit, calumniarũ pretium luit.

Salome sylæo Arabi nuptias pegit.

Salome cũ purgare sese nequiret qd Sylæo Arabi pepegisset nuptias, ubi generi secretum ꝓdidit, monẽtis ut consuleret sibi quo fratris commotionẽ euaderet, eo quod spe futuræ coniunctionis cõsilia regis Arabis annũtiare suspecta accersereꝫ, delicti gratiam meruit, & omnẽ sæuitiæ regalis in adolescentes ꝓcellã intorsit, quo ultimo atq; ineuitabili naufragio demersi pœnas dederunt. Vincuntur itaq;, & quod ipsis erat durius uinculis, à se fratres separantur: missisq; Volumnio militiæ magistro, atq; Olympio ex amicis regis uiro arguũt apud Cæsarem: at ille offensus, licet quia filiorum supplicia pater poscret: negandum tñ patri non arbitratus potestatem in liberos suos dedit licentiam, sed consilium adiunxit: asserens melius consulturum, si proximorũ reges, eorumq; qui ꝓessent ꝓuinciis concilium cõgregaretur, & iudicio cõi ꝓcederet interrogatio: utrum ne aliquæ patri insidiæ paratæ à filiis forent: Et si conuincerẽtur intẽtati paricidii, ferirẽtur: Sin uero fugæ aut leuioris culpæ arguerẽtur, esset uindicta moderatior. Hac pmissa sibi Herodes, non paricidii potestate, sed iudicii conditione: etiam moderatiõis admonitus, ad urbẽ ilico Berithõ properat, quam iudicio celebrando Cæsar ꝓscripserat. Conueniunt ꝓsules prouinciarum scdm scripta ad se data à principe Romano Cæsare. Saturninus legatiq; cõfidunt, inter quos & procurator Volumnius. Deinde cognati amiciq; regis: Salome etiam & Pherora, & Syriæ primores. Archelaus solus excipit ex Cappadocia suspectæ in genes accersitus gratiæ, cũ accusatores adolescentiũ insidiatoresq; iudicium repsehrarẽt. Sed quæ iudicii spẽs ubi rei adesse sibi nõ permittebantur, & absentes accusabantur? Aduertebat em̃ Herodes, qm̃ si tm̃modo uiderentur, prona hominum conditione ad misericordiam ilico absoluerentur: maxime ubi naturalis esset gratiæ ꝓgatiua. Deinde si ulla copia defensionis Alexandro permitteretur, quod obiecta facile dissolueret, à patre insidiæ sibi paratæ, nulla probatio deferebatur, nulla indicia tentatorum: hæreebat accusator quẽ nullus redarguebat. Destitutos undiq; congregabat in inuidiam contumeliarum, iniuriarum genera, quæ grauiora morte ab his qui cõsiderant æstimarẽtur. Sed nemo discutiebat, nemo examinare audebat, quod à patre arguebatur, à rege impetrabatur. Præiudicabat pietatis species, terrebat ius potestatis, interrogabat sententias fecurus uictoriæ: nescius quod in eiusmõi iudicio ærumnosior esset qui uinceret, q̃ illi q tam acerbe addicerentur. Saturninus condemnat adolescentes, quia aliud non licebat.

Volumnius & Olympus mittũtur ad Cæsarem.

Saturniusco dẽnat adolescentes.

Sed moderatur sententiam, cauendum asserens ne peremptis duobus ex tribus fratribus, tertio fratri ascriberetur mors duorum. Timide quidem, sed causam locutus est, quod ille esset fratribus autor periculi. Secuti sunt eum pauci ex pluribus. Volumnius autem funesta immurmurat, & post eum omnes uolente rege tali autore pẽsantes mortis snĩam, diuerso quidẽ affectu, sed pari sorte expromũt, quibus hoc aut adulatio extorserat,

serat, aut odium infuderat, ut aut regis affectaretur gratia, aut paricidæ crudelitas grauiore pœna afficeretur, qui in uictoria sua tam amaꝫ de se triumphum reportauisset. Nemo tñ quasi factum horruit, & quasi commotus pronuntiauit. Scenæ etenim species erat, nõ iudicii disciplina condemnare absentes, condemnare sine teste, sine indice, solo naturæ priuilegio, qd ad salutem magis q̃ ad periculũ deriuari soleret. Stupebat omis Syria atq; omnis Iudæa, & attonitis mentibus tantæ tragœdiæ finis expectabat. Quamuis etiã nota eẽt Herodis crudelitas: nemo tamẽ credere poterat, ꝓ usq; ad paricidium perseueraret. At in illo effera uis animi, nec mari, nec terra cohibebat. Itaq; tãquam usu triumphantium, ut per diuersa filios traderet, Tyrum urbẽ inclytam petit, inde in Cæsaream transmittit, nauigio spectaculum miseꝫ paricidii circũferens, donec color ullus acerbissimæ necis filiis inueniret. Mouebatur omis exercitus, sed metu indignationem premebat. Erat in exercitu regio ueteris militiæ uir Tyro noĩe, filiũ habẽs coniunctũ Alexandro, indulgentissimus pater, atq; ob ea pignori charus, quoniam popularis quædam pietatis est gratia, & maxime in suos lex dilectionis. Circa adolescentes quoq; filios regis studio propensior, ꝓ ab his suus filius diligeretur. Qui supra modum concepta indignatione, turbatus animi uociferari cœpit: opprimi iustitiam, ueritatem excludi, aboleri religionem, confundi iura necessitudinũ, naturæ gratiã supfluere iniquitates. Ad postremum in os ipsius regis progrediens, ingerebat miserũ esse illum, qui aduersum filios suos credẽdũ improbissimis arbitraretur: Pheroam & Salomẽ consilii ac bitros regis. Quam fidẽ ab his referri posse, q se condemnatos capitis à rege frequentissime recognoscebant, aut quid eos aliud agere, nisi consulere uindictæ, ut destitutus ido neis successoribus, ad unum inclinaret cæteris infirmiorẽ? Qui facile subduceretur, ꝓ ipse regius exercitus odio persequuturus esset eum, cui mors soluta esset fratrum duorum. Neminem esse quẽ non innoxiæ ætatis tangeret misericordia. Plerosq; autem ducum indignationem suã non iam premere sed diuulgare: Quorum uocabula locutus, finem dicendi fecit. Quibus ilico cum Tyrone correptis, Tryphon ex ministris aulæ regiæ cui tondẽdi ars atq; usus suppeditaret, subito quadam animi uanitate indicium sui facit: cõpositum à Tyrone asserens, sibiq; ꝑsuasum, ut cum ex more barbam Herodi raderet, nouaculam gutteri eius imprimeret, quo pageret necẽ, idq; ei maximo emolumẽto fore, quod de muneribus Alexandri polliceretur. Statuit Tyro cũ filio, exercetur de inde simul quæstio. Negantibus illis, isto nihil amplius deferẽte, cũ deesset manifesta rerum fides, nullũ suppeteret argumentũ, nullũ indicium documentorũ, Tyro iubetur uehemẽtioribus tormentis excruciari. Tunc miseratus filius supplicia patris, spondet apturum se oĩa, si patris salus sibi condonaret, atq; à rege promissa uenia suggerit, ꝓ impulsus ab Alexandro, pater necẽ regi parasset: Idq; plerisq; ad tẽpus cõpositum rati, ut tali pignoris indicio Tyroni consuleretur: alii pro uero edictum loquebantur. Sed Herodes dubia pro certis adiudicauit, tanq̃ metuens ne paricidii sibi facultas periret. Conuocato iaq; populo, & congregatis ducibus, de insidiis deprehensis motu grauissimo ꝓmit querelã, atq; in mortem eorum plebẽ excitat: ibiq; Tyro cum filio pariter atq; tonsore, saxis ac fustibus interficiuntur.

Tyro iubet excruciari.

Tyro cũ filio atq; tonsore saxis ac fustibus inẽficiuntur.

Caput .XLII.

Alexander & Aristobulus Herodis filij stragulãtur.

ALexander quoq; & Aristobulus missi ad urbem Sebasten, quæ non longe aberat ab urbe Cæsarea, stragulantur imperio patris. Hũc finẽ habuere filii Mariamnes, quorum interitu non longum lætatus, successionem sibi remotis illis Antipater haud dubie blandiebatur: sed in eum totius gentis mox non leue odium exarsit, quia apud omnes patebat eius factione fratres occubuisse. Successit etiã non medio ceris timor considerantí, quàm multiplex indies adolesceret interfectorum prosapia, cũ Alexander ex Glaphira genitos sibi Tigranem & Alexandrum filios dereliquisset, Aristobulo ex Beronice Salomes filia, Herodes & Agrippa atq; aristobulus superstites manerent: Herodias quoq; & Mariamne filiæ quas sexus non impediret, & regni cupido exagitaret. Quis rebus perterritus Antipater, in fraude ac uersutia spem cõstituere, & donis & muneribus singulos sibi magis magisq; oppignerare, etiam amicos & domesticos Cæsaris illicere ad sui gratiam pretio tentabat. Sed contrà illi etiam, quæ

domi

Hic deplorat Herodes mortem nepotum.

domi erant in aduersum cedebant. Nam rex paulatim processu temporis erga nepotes suos Alexandro, & Aristobulo genitos molliebat, & facti pnïam prætendebat, cum eorũ quoq; parentes occiderat misereret. Deniq; congregatis amicis, & pximis suis, quadam die lachrymis suffusus ora dixit ad eos: Video mihi ætatẽ procedere, & sine lachrymis aspicere non possum paruulos hos infelicium germina patrũ, quibus ego sum autor doloris, ne peiore eos derelinquam conditione, q̃ parentes abstuli: Sed illos mihi quædam eripuit ærumna, hos mihi magis magisq; cõmendat natura, & misericordia: Altera quia nepotes, altera quia destituti parentibus sunt. Errauerũt in patrẽ filii, quid fecerũt auo nepotes? Satis infelix pater fui, auus eẽ debeo solicitior. Tẽtabo post me cõsulere nepotibus: utinã & in filiis mihi cõsuluissem, ueꝝ in illos cõis hostis atq; inimici obrepserit fraudulentia. Cauendum est quoq; ne hos illoꝝ inuoluant pericula, atq; uno uulnere simul filios amiserim, & nepotes pdiderim. Prouideamus his defensores q̃bus ademimus: desponsabo itaq; seniori ex filiis Alexandri tuam mi Pherora filiam, & te ei cõstituam patrẽ. Tuo aũt Antipater filio Aristobuli filiam, ut hoc modo fias pupillæ pater. Germanam quoq; eius accipiet Herodes meus, ex Mariamne Hyrcani susceptus filiam. Hæc, inquit, est mea sníia, ut iuicẽ sibi coẽunte copula iunganẽ posteritatis meæ successiones, quo nemo suspectus alteri sit, & ipse tranquillioribus oculis uideam nepotes meos, quàm uidi eoꝝ parentes. Quibus dictis iunxit memoratoꝝ dexteras, & osculatus singulos illachrymauit. Quod Antipater lætantibus aliis ita grauiter accepit, ut statim dolorem suum etiam uultu pderet: haud mediocri constrictus solicitudine, qd Alexandri filius Archelai regis & Pheroræ qui tetrarchiam tenebat: suffragia suppetere cerneret cæteris ualidiora. Aduertebat odia sui crescere, nepotibus aũt astipulari miseri cordiam. Nec poterat Aristobuli filiam recipere domo, ne sceleris indicium diuturnis eius aspectibus offenderet. Adire non audebat patrẽ, ne ad oẽs mobilẽ suspiciões exagitaret, si cõplacitarũ fœdera nuptiaꝝ soluenda existimaret. Subtiliter tũ præsumpsit orare, ut cõsuleret ei pater, ne aduersus duoꝝ potentiũ opes regis, & tetrarchæ nudo regni nomine inualidus exponeretur. Foueret certe honorẽ quẽ confederandũ filio indicaret, ne species regni ad eũ, potestas ad illos peueniret. Neq; uero solos Alexandri atq; Aristobuli filios suspectos habebat, sed oẽs obstare sibi arbitrabatur: quicunq; ex diuersis Herodis cõiugibus cõpetere, uel taciti uidebantur regni successionẽ, quoꝝ frequẽs numerus erat: Nouẽ etem mulieres regali cõiugio potiebantur: ex his duæ tm̃ fine libe ris erãt, cæteris soboles suppetebãt. Antipater Dosidẽ attollebat parentẽ: Herodes Mariamnẽ. Antipas & Archelaus Matehatis erant filii Samaritanæ, & filia Olympias quæ Iosippo iure cõnubii sociebatur. Cleopatra quoq; Hierosolymitana Herodẽ & Philippum genuerat Herodi: Pallas Phaselũ. Erant quoq; etiam aliæ regi filiæ Roxane & Salome: quaꝝ uni Phædra erat mater, Helpis alteri. Supererant etiã Alexãdri & Aristobuli germanæ sorores, quas Mariamne ex Herode susceperat, sicut supra memorauimus. Multiplicẽ itaq; generationẽ Herodis metuẽs Antipater, ægre licet atq; in primis tẽtamentis multũ rege cõmoto, qd destitutis paterno auxilio nepotibus inuideret dispositas copularũ societates: ad postremũ tm̃ effecit ut sibi Aristobuli filia, atq; ex ipo genitus sorore parẽtis sui filiæ coniungeretur, tm̃ adulatiõe pualuit, ut pactas nuptias solueret. Cõtrà aũt Salome cũ uellet Sylæo nubere, ne suffragio quidẽ Libyæ quæ uxor erat Cæsaris potuit de fratre impetrare: sed inuita Alexandro cuidam ex amicis regis in nuptias conuenit. Subuersis itaq; dispositionibus regis, Antipater quasi is qui uoluerat sibi cõsuluisse exultabat animo, & superabat oẽs uersutia. Odiũ tm̃ nullo mõ cõprimere poterat: sed accẽdebat, qm̃ affectabat terrote sibi munimentũ parare. Coniũxerat sibi cooperariũ factionũ suaꝝ Pheroram patris germanũ, quẽ Herodes nõ multo post recusantẽ ab uxore ppria diuellit, cui ob iniurias, quas ea mulier Dosidi cõiugi eius intulerat, infestior habebatur, domoq; expulit. Pheroras autem amplexatus iuiuriam in partes suas cõcessit, qbus ut tetrarcha psidebat: ea sanè mẽtis intentione ut ad Herodẽ uiuentẽ nunquam reuerteretur. Deniq; nec tũc quidẽ cũ eum ægritudine graui affectũ cõperisset, & frequẽter orantẽ ut ad sese ueniret, qd ei quædam quasi morituro cõmittẽda arbitraretur, uisitandũ existimauerit, Qua pculsus licet iniuria, rex ubi pter spem incommodum depulit: tũ fraterno affectu uenit ad eum, ubi ægrum comperit, & sedulò compatiebatur, & defunctum Hierosolymam transtulit, & magno fletu celebriq; pompa funus curauit. Nec tamen his indiciis sedulæ credulitatis conceptam excusit opinió nem, quod eum frater ueneno appetisset. Ita erat etiam in suos crudelis, nec difficilis fides rerum, q̃ potuerit fratrem occidere qui filios interemisset.

Herodes defunctus Hierosolymam trãsfertur.

Caput .XLIII.

HVnc itaq; unus de interfectoribus Alexandri & Aristobuli improbitatis suæ finem inuenit, à quo exordiũ sumens in Antipatrũ pœna transiuit sceleris automulatus Herodes, dũ solicitius quærit cognito, quia ab uxore de succis Arabiæ accepisset Pheroras poculũ, qd amatoriũ putaret, idq; uenenũ fuisse qd Sylæi studio traditum, & ilico in pestẽ cõuersum in plurimoꝝ quæstionẽ tetendit. Vnde quædam inter tormẽta de ancillulis exclamauit, ut deus oĩpotens in matrẽ Antipatri oĩa supplicia transferret, uniuersoꝝ arbitram flagitioꝝ, per ipsam occultos conuentus Antipatri ac Pheroræ die noctuq; exercitas potationes usq; ad temulentiam, ut à cõiuio regis recipientibus sese, totis noctibus biberetur. Quod non ociosum nec coniurationis uacuum tentamentorum, remotis præsertim seruulis & ministris in re suspectabat, magnumq; uinculum cõnexionis & cõspirationis indiciũ tam diuturnæ moræ, quæ regibus suspectior in solitudinis secreto, & noctis silẽtio ibi cõpositum, ut Antipater Romam peteret, Pherorãs in Petram pergeret. Qd frequenter inter se cõferre soliti pdebanẽ, eo q̃ post Alexandrũ & Aristobulũ, in ipsoꝝ necẽ sese Herodes cõuersurus foret, miseros se q̃ putassent, qd Herodes in illis paricidales cogitatiões odisset, q̃ regni hæredes persequebat. Sublatos esse nõ potestatũ æmulos, sed consortes miseriaꝝ, in se periculũ omniũ & odia transisse, ne mulieꝝ qdẽ parcituꝝ sexui quo dilectæ sibi Mariãne, atq; ex ea genitæ nõ peperciisset. Nullũ sibi aliud remediũ, nisi ut lõgius aliquò secederẽt quo tantæ bestiæ furore uel fuga eximerenẽ. Adiiciebanẽ crebræ apud patrẽ Antipatri conquestiones deplorãtis, ardere se iuidia regalis successiõis, cũ sæuitia regni sup ipm̃ pcipue incubuerit: ut iã sustinere nõ queat ultimis deditus obsequis, & postremis urgeri piculis. Nec sõ riorẽ, incanuisse iam uerticẽ, contrà aũt iuuenescere patrẽ, frustra sperari eius hæreditẽm, qui fortasse etiam superstes hæredi tamdiu reseruaret? Ex testamẽto cessionis futuꝝ lõgæuo hæredi: cui tam multiplex Alexandri atq; Aristobuli soboles, ue lut quædam hydra renatis quæ amputata fuerant capitibus regerminaret? Ex testamẽto patris etiam iam ius cõe ereptum, ut data spe regnandi cuius ad tps uicarius foret, non aliquẽ ex suis filiis in suũ imperiũ sustineret: sed Herodi Mariamnes filio necesse habere regnũ refundere. Itaq; nõ ad fructũ sibi regni spem datam: sed ad periculũ, ut eẽt decessori suspectus, successori grauis. Postremo ipm̃ regẽ lõga senectute inuidũ, & intentum cædibus suoꝝ, sui eẽ testamẽti executorẽ, ut nemo superesset qui posset succedere: ferri odio graui in filios, nec in fratrẽ minore qui sibi dederat centũ talẽta, ne cũ patruo suo sermonẽ haberet, & rñdente Pherora: in quo em̃ eũ læsimus? Num etiam ipe successor sum? retulisse Antipatrũ, nõnullas habere eũ causas offensiõis. Vtinã amissis oĩbus, liceret res offensionis seipm̃ cõponere: Feram eẽ bestiam quæ ne mortibus quidẽ satiaret, nec posset perpeti ullam inter ppinquos charitatẽ manere. Atq; utinam amissis oĩ bus liceret ut nudi eum tm̃modo uiuentes euaderemus, sed impossibile. Ideoq; sibi occulta ad tps colloquia. Necessariũ aũt fore tps quo uterenẽ uirili mẽtis uigore, & cõsilii uiuacitate dexteræ quoq; uindicis ministerio: Hæc à mancipiis in supplicio positis rñdebanẽ, & mancipio credebat Herodes: maxime quia de centũ talẽtis soli Antipatro diserat, nec ullus sermonis eius affuerat interpres. Succẽsus itaq; indignatiõe, rapit ad supplicium pleroscp & innoxios, ne quis de obnoxiis relinqueret. Accersit ad supplicia Antipater Samaritanus, eo quod esset Antipatri procurator, & diuersis excruciat modis.

Antipr Samaritanꝰ diuersis excruciat modis. Als Theodoni.

Prodit quæstio, missum ex Aegypto uenenũ per Antiphili quẽdam cõtubernalem, idq; ab illo datũ Thendiõi amico Antipatri, per ipm̃ Pheroræ redditũ, cui regis filius Antipater executionẽ cõmiserat: ut dũ ipe in urbe Roma degeret, pater eius Herodes ex-

Iosephus anti. li. 17. cap. 2. & bel. iu. 1. cap. 8. circiter medium longe aliter hæc nomina uxorũ Herodis explicat: Quare, si plura cupis, eũdem legito.

Poculũ amatoriũ Sylæi studio tradi tum.

tingueretur. Quo tempore nulla de absente paratæ necis suspicio foret: sed Pherora eũ
in tempore uenenũ acceptum uxori propriæ cõmendauisset, recurrit altera iu uxorem
Mulier de ædificiorum fastigio sese præcipitat. Pheroræ ueneni inuidia. Iubet illico rex Pheroræ uxorem uenire, uenenũ deferre. Egre
ditur mulier quasi perlatura quod petebatur, & sese de fastigio præcipitat ædificio, quo gemini pondus criminis euitaret, atq; obitu præueniret indiciũ rei, & quæstionis acerbitatẽ. Sed quia maturabatur Antipatro feralis ultio paricidii, non supra uerticem ca
pitis ruit quo casu facile extingueret: sed in aliam partẽ corporis decidit, ut mors pro
telaretur, cõsopita erat tũ, atq; attonita mulier: quia ex alto deciderat loco. Iubet eã pau
lisper recreari Herodes, donec ad se rediret, spõdet ueniam, si simpliciter aperiret gesto
rum ordinẽ. Non de nihilo esse quod sese præcipitauerit, sed magni criminis conscíam
cõpendium supplicii quæsisse: Impunita sibi oĩa flagitia cõfitẽti fore: aut inficiãti acer
uanda supplicia, ipsam quoq; sepulturam negandam. At illa ubi se tesumpsit paululũ,
& cui, inquit, adhuc ego secretoꝝ seruabo silentia Pherora mortuo? Illi eñ debui fidẽ
tacẽdi, p quo supplicia nõ recusarẽ si necessaria forẽt: Sed ille nũc liber à cruciatibus, et
si ueniabilis erroris correptio ẽ, liber á culpa. Quid igit̃ inuoluere ueritatẽ mẽdaciis co
gitem, ut Antipatro morem geram? Parcam ergo illi, nõ parcam mihi? Egregiam ergo
mercedẽ debemus uiro, qui nos oẽs sceleribus suis in hæc supplicia deduxit. Audi rex,
deo præsule, qui solus mihi ueritatis arbiter ẽ: proposui eñ nihil fallere, audi, inquã, sed
prius repete quẽadmodũ assederis lachrymans germano periclitanti, ut impleueris oĩa
circa Pheroram munia pia germanitatis, quibus ille iflexus, ubi decessisti cõtinuo me ad
sese uocauit, & ait: Non exiguũ ego mulier à fratris affectu & studio deerraui, qui ode
ram sic amãtem mei, & uolebam occidere tam impatiẽtem doloris in periculis meis, fer
re ille non potest fortuitũ, quod ego urgebam indebitũ: circũuentus sum fateor Antipa
tri dolis, sed cogitationis eius ego p̃tium fero: tu quod habes ab eo uenenum relictum
mihi cito perfer, & sub meis oculis effunde, ut uel adinferos nõ feram animũ paricidalẽs
pœnituisse correctiõis sit, qđ criminosum ẽ pparauisse. Cito, inquã, mulier ut uel mor
tem præueniam, qm̃ culpam nequiui. Tum ego detuli uenenũ & in conspectu eius ex
inaniui, parum tamen ex eo reseruaui, mihi qui te metuerem ut esset remedium, si pre
deretur paratum ad hos usus uenenũ: is dictis pyxidẽ cum eo quod receperat uenenip
tulit: subiicitur quæstioni mater Antiphili & fratres ipsius. Confitent̃ ex Aegypto An
tiphilũ detulisse pyxidem plenam ueneno, quod ille accepisset à fratre, qui Alexandriæ
cõmoraretur sub medicinæ professione. Deprehenditur etiam Mariamnes filia põ
tifícis insidiarum conscia, quæ pararentur marito, idq; fratribus eius inter supplicia co
fitentibus manifestatur. Vnde Herodes iunior maternæ audaciæ pretium luit, quem
in regni successionem Antipatro substitutum, idem quem subrogauerat pater, de testa
mento delendum putauit. Et hic quidem non mediocris error Herodis senioris, ut al
terius flagitio deprehenso alter mulctaretur: sed etiam Herodis iunioris non iniusta mul
tatio: Nã diuinitus præcautum uidetur, ut licet nondũ facti sui merito, tamen ob præ
tium futuræ improbitatis regno abdicaretur. Nam quis eũ regẽ perpeti potuisset, qui
tetrarcha tam insolens fuit ut tolerari nequiret? Adiicitur etiam aliud ueneficii genus,
quod Bathillus Antipatri libertus Pheroræ & eius uxori detulit, compositum ex succis
serpentũ, et ueneno aspidũ: ut si primũ non conualuisset ad mortẽ Herodis, secundo
uterentur.

Caput .XLIIII.

REperiuntur etiam literæ aduersus Archelaum & Philippũ fratres compositæ:
Hi regis erãt filii qui Romæ instituebantur, quos Antipater ea uel maxime cau
sa appetebat, quod uidebat nõ mediocri præditos sapientia, supra quos rex pa
trium animum reclinabat: Deniq; euocauerat eos literis, ut maturius domũ regrederẽ
tur. Obstare itaq; eos suis utilitatibus Antipater arbitrabatur, atq; incũbere suis artibus,
ut spe adolescentium simulata, omnia factionis suæ studia obumbrarentur. Componit
itaq; epistolas nomine uirorum potentium, quos Romæ positos in suam amicitiam il
lexerat: aliis quoq; pretio extortum, ut scriberent, quod adolescentes infestis patrem
odiis urgerent, & nimio questu mortem Alexandri & Aristobuli deplorarent. Et cum
huiusmodi epistolas clamdestinis artibus per aulicos sceleris sui mistros, patri ingereret,

eadem uersutia, qua suprà simulabat fratrum interfessorem, ut prætento pietatis patro
cinio, impietatis subtexeret paricidium. Quibus omnibus in mediũ deductis cũ quæ
stionibus, patris uita, epistolis, mors fratrum appetita euidẽtissime panderetur: consiliũ
diffinitur, de autore supplicii sumendum, qui posteriora prodidisset calumnia: quod
germanos suos nõ quasi paricidas, sed quasi legitimæ successionis æmulos persequeret̃:
non quo patrem defendetet, sed ne consortẽ regni haberet. Interea cum septem mẽ
sium curricula inter documenta flagitiorũ, & reditum Antipatri concluderent̃, nulla in
notuere Antipatro indicia rerum gestarum, tanta circa eũ uniuersorũ odia feruebãt. In
certus igit̃ oĩm, scribit ex urbe Roma cõtinuo se adfore, summoq; se honore dimissum
à Cæsare: quibus literis lectis, rescribit Herodes maturato eum contẽdere oportere, se
curum affectus paterni, cui nõ solum nihil imminutũ per absentiam foret, uerũetiá tan
ta accederet gratia, ut eius contuitu matris offensa minueretur. Nam iterum domo eam
depræhensam, in artes filii consentire, consortio exutam regiæ liberalitatis conpẽdiis
eliminauerat: cui se remissurum idignationẽ scriptorũ specie manifestaret, metuens ne
comperta matris expulsione, suspiciones suas Antipater ad cauendum excusitaret. Ad
ueniens itaq;, Tarenti primũ de Pheroræ obitu cognouit, ibiq; luctũ magnũ exercuit,
quod à quibusdam pietatis affectui datum, eo quod patrui mortem impatiẽter doleret.
Ille aũt ministrum ausi paricidalis sibi sublatum ingemiscebat, nec solum non proces
se sceleris apparatum, uerũetiam uenenum se dedisse terrori erat: ne quo modo ad co
gnitionẽ regis peruenirẽt, & ille scenam criminis publicaret. Transit itaq; in portũ Cæ
sareæ haudquaq; uacuus grauioris curæ ac solicitudinis, cum ei etiam mater non medi
ocre præiudicium condemnatæ sobolis daret. Sed urgentibus amicis, qui patriæ cupi
ditate postponenda omnia, quæ Antipatro conducent atbitrarentur: deniq; expectato
eius ingenio, quo uel auersum patrẽ à sui gratia facile consiliis suis flectere solitus erat,
hortanribus ur sese patri, & prædestinato sibi regno ocyus repræsentaret, q; nemo aude
ret eo præsente contrà niti: sed occasio absentiæ eius sola arserit, ut auerti posse ab
eo regis animus æstimaretur. Et ideo præueniendũ mature, ne demorando magis aut
desiderantem offenderet, aut suspectum exacerbaret, cũ diffidẽtiá sui proderet. Cre
didit itaq; magis uolenda q̃ necessaria suadẽtibus. Verum ubi portum ingressus est, ne
q; quenq̃ sibi obuium circũspectauit, & quasi pestem aliquam sensit suam præsentiam
declinari, in summa locorum frequentia maximã solitudinem, cũ occurrere nemo au
deret: metuẽtibus aliis, aliis auersantibus, etenim id tpis & odia quo minus se tegerent,
autoritatem acceperant, reputare secum scelera sua cœpit, & conscientiæ stimulis exagi
tari, nullum fugæ locum, neq; euadendi subsidium sibi relictũ. Circumuentũ se uelut
quibusdam retibus, & captum teneri, fidutiam oẽm assumpsit ex impudentia, ut dissi
mulatis omnibus improuisum se patri offerret, in amplexũ rueret, pietatis officia præ
tenderet. Verum ille extensis manibus ingerentẽ sese repellens & reclinans caput: ne
paricidæ osculo cõtingeretur: exclamauit & hoc esse amẽtiæ paricidalis, ut amplexum
petas cui inuisum te recognoscis, ut horrore tui afficias patrem, & contactu noxii cor
poris uiuendi suauitatẽ extorqueas. Ne igitur contigeris, ne attaminaueris, quem sce
lere petisti. Purga certe prius si potes, depræhensa dilue: iudicium non refugiã, nec au
dientiam tibi negaripatiar, nec mihi ipse assumam cognitionẽ, nec argumentãdi tibi oc
casionem relinquam. Oportune adest Varus, apud quẽ defensionem tui præpara. Nec
differendi locus crastina die, q̃uis dolis & fraudibus præditus, habes purgandi tui copi
am. At ille obstupefactus tãtæ commotionis pauore, nihil est ausus referre, nec potuit:
sed egressus foras fluctuabat animo, q; nihil omnino ex his quæ gesta erant & prodita,
apud patrem compererat. Aduenientes autẽ ad eũ mater & uxor aperuerunt oĩa. Qui
bus cognitis collígere sese ac præparare animo cœpit, q̃bus modis criminationi occur
reret, confessionẽ extenuaret. Sequenti die congregantur omnes regis p̃pinqui & ami
ci Antipatri, interfunt examini uniuersi, qui diuersa de Antipatro prodiderant induci
præcipiuntur. Leguntur etiã epistolæ matris Antipatri, in quibus illa ad filium scripse
rat, ut cognosceret proditam patri fuorũ scenam flagitiorum, nequaq̃ eum debere ad
esse, nisi à Cæsare aliqua manus accerseretur, cuius se præsidio circumuallaret, neq; se iu

Examen cit ca Antip̃m.

dicio cõmiteret, qui tantorũ confessionibus appetebaꝫ, sed armis muniret. His ad superiora additis, ingressus Antipater & sese ad uestigia deiiciens patris obsecrat, ne se pdamnatũ haberet: confidere se si deferatur audientia, uacuũ criminis fore si pater uellet: iubet pater fiere, atq; eum istiusmodi sermone præuenit: Quod nulli iusto ueniabilis nequitia Antipatri possit uideri satis certũ est, sed eo magis grauari me apud te Varo arbitror. Vereor eñ, ne etiam me oderis, qui paricidas generaui filios, quibus non posset etiam parcere pater: licet hoc quoq; miserandus magis sim ita qđ & tales amaui. Sed de illis taceo quos ipse exasperaui, & iustas aduersus huncallegationes eorũ respui. Nullas eñ hi aduersum me habuerũt causas doloris, nisi quod his Antipater præferebatur, & consortii regalis prærogatiuã acceperat, qui natus regno non erat: putabam tamẽ ꝓ maiorẽ natu minoribus ad tutelam ascisceré. Sed hostẽ induxi qui inuideret nobilioribus, excitaret puerulos, infirmos circũueniret, ĩcautos ꝓderet. Lapsos nõ nego, sed eos excusari potius, q̃ urgeri oportuit. Antiparer hic mihi & illos abstulit, hic mihi & illos fieri insidiatores cõpulit. Dolui fateor, quod ii quibus regni spem dederam, qbus successionem reseruauerã, aduersum me improba machinarẽtur: sed nũc nõ patrẽ sed Antipatrum oderant. Perierũt itaq; ad dolorem patri: Antipatro ad fructũ. Quæris Vare quis eos occiderit? Cognosce cui mors eorũ ꝓfecerit. Vacua est domus, nouercæ filio patuit aula uni ad succedẽdum, quæ multos successores habebat. Nec expletus est mors fratrum cruentus animus & mens impia. Postq̃ non habuit fratres quos odisset, patrem persequebatur. Reputo mecum qui huic munimentum hæreditatis parauit: uisus sum et ipse diu uiuere decessionẽ fastidienti. Docui quid uellet, cui successionis cõpetitores ademeram, morantẽ nõ passus est: nec expectauit regnũ, nisi ut paricidio adisceretur. Reddidit mihi uicem, quia proiectum collegeram, & ꝓtuleram nobilioribus. Cui eñ tantum ex illis, quantũ huic contuli? cui ipse uiuens potestatẽ cesseram, testamento apto hæredẽ designauerã, qđ solet esse pnicioſum regibus, ut aliqs se successurum nouerit. Quinquaginta in fructibus talenta concessi, trecenta Romam ꝓficiscẽti dedi. Cõmẽdaui Cæsari quasi solũ filiũ: nihil mihi reseruaui, quod deberẽ paricidam timere: sed hoc eum magis ad paricidiũ armauit, ꝙ se meis beneficiis superiorem uideret. Quid tantũ sceleris cõmiserunt fratres eius, quos ad mortẽ coegit? Aut quæ istiusmodi aduersum illos indicia detecta, qualia istius depẽduntur? Sed interrumpere atq; obstrepere audet paricida, & dolis tentat ueritatẽ ĩuoluere? Caueas Vare admoneo, caueas simulatas eius lachrymas, & gemitus arte cõpositos, nec ullo expressos dolore. Hic est qui mihi pietatis affectum abstulit, cum afflicto metu cauendũ admoneret Alexandrum, cum illo mentes plurimorũ conuenire, asserens non temere cõmittẽdam uni uersis præsentiã meam. Simulabat se circũspectare omnia, usq; ad lectum deducere, discutere, atq; examinare singulos. Hic erat somni dispẽsator & minister securitatis, in quo ego solatium constituebam, atq; eius officiis leuabam de iterfectis dolorem: arbitrabar quod & illos mihi redderet, mœrorem auferret, pietatem obtenderet. Hic erat protector meus, cui credebam corporis senilis custodiam. Quomodo uiuam nescio, quomodo tantum insidiatorem euaserim, quibus me circumuenerat delinimentis, qbus fraudibus uinctum tenebat, ut soli huic me crederem, quẽ solum caueri oportuit. Incredibile mihi est quod euasi, nec uiuere mihi uideor, sed somnium puto. Quis enim credéret, aut illum tam ingratum futurum, cui in me potestatem omnem cõmiseram, aut me posse euadere, si Antipater nollet? Tutiorem tamen gratiam & factũ putabam. Sed quæ (malum) infelicitas me, aut aduersum me eos faciat insurgere, quos plus dilexerim? Deploro ærumnam domus meæ Vare, defleo solitudinem, ingemisco uim tanti doloris. Sed tamen tanta est acerbitas sceleris paricidalis, ut neminem mihi patior euadere, qui cunq; fitierit sanguinem meum, si etiam in omnes filios meos affectati paricidii indicia promantur. Cum hæc diceret, indignatione pariter ac dolore intercepta uox est loquẽtis. Continuo Antipater eleuans caput, uelut ictus enim & saucius graui uulnere iacebat ante pedes patris, nec assurgere audebat, exclamans, ait: Tu quidem pater ut iratus accusas, sed mihi nulla est maior defensio q̃ testimonium accusationis tuæ, qa semper fui custos tuæ salutis, Defensionem igitur pro me uoto accusantis adhibuisti. Quo modo

Accusatio Herodis contra filiũ suũ Antipatrũ.

Pernicioſus est regibus ut aliquis se succeſſurum nouerit.

modo enim paricida ego quem ipse tuum protectorem fateris? Aut quomodo circunspectus atq; astutus, quem commentatorem arguis paricidii? cum extremæ insipientiæ sit cogitasse, quod & apud homines execrabile sit, & apud deum inultum esse non possit? Vel fratrum exemplo doceri potui, nullum tanti sceleris effugium fore, quod scelus istiusmodi, nec latebram inueniat, nec pœnam euadat: quandoquidẽ & illi pro tanta in te maleuolentia pœnas dederunt: at illos inuidia quædam ut dicis impulerit ad paricidium, quod me sibi præferri uidebant, quibus materni generis nobilitas animos dabat, ut regnum quasi ex materna successione sibi debitum uendicarent, & quasi à te ereptum reposcerent: Quid tale ego qui nesciui regnum nisi de te sperare, tuum iudicium quærere, tibi soli placere? Quid autem erat quod me aduersum tuam salutem audere aliquid impelleret? An regni cupido? sed regnabam: an odii suspicio? sed diligebar: an iniuriæ dolor? sed præferebar. Si illos sola formido prælationis meæ armauerit ad paricidiũm ego absoluar: quia nesciunt prælati paricidium cogitare, sed odisse: Nisi forte aliquis ex te metus compulit. Verum ego, ut mihi uox tua testis est, nihil sciebam nisi pro te timere. Quid enim mihi timerem qui minister eram tuæ securitatis & dispensator quietis? An uero inopia pecuniæ & egestas coëgit, quæ solet indigentibus suadere latrocinium? Sed dederas quod non solum inpræsens: sed etiam in omne tempus abundaret, & diuitem Romam miseras, ut regum reges pronuntiarẽt imperii apud se principatum esse non diuitiarum. Deniq; Fabatum illum Romanæ rei moderatorem, & intimum Cæsaris tibi cepi, & à Sylæo ingenti impulsus pecunia ut te impugnaret, ita commutaui, ut fieret tuus defensor, & solicitatoris sui proditor. Per quem pater alium insidiatores tuæ salutis detecti sunt? Quomodo igitur paricida ego qui custodem tui corporis Corinthum latentem deprehendi? insidiantem remoui, ad confessiones negantem deduxi? Potui paricidium non cogitare, & paricidii fructum habere si tacuissem. Sed mihi si bestiarum immanitas, si atrocium ferarum ineset furor, tamen tantis beneficiis tuis mansuescere potui, ut nullam opem nisi in tuæ salutis subsidio constituerem, ut pro omnibus tibi uel solam charitatem referrem, te meo corpore protegerem, te intimis si fieri posset uisceribus includerem. Prætuleras nobilioribus filiis materna stirpe minus nobilem, matrem quoq; regni exulem in regnum uocaueras, nec iam successorem me imperii, sed quasi consortem habebas. O miser ego cui tantum liberalitas tua bonorum effuderat, ut inuidia succederet. O stultissimus ego, qui te pater reliqui. Sic datus est inuidiæ locus, & potestas insidiantibus. Namq; dum ego pro tua salute diu demoror, meam prodidi: & tamen nihil habeo, quod mihi ascribam. Tu me pater abire iussisti, tibi ego peregrinabar pater: ne tuam senectutem Sylæus circumueniret, ne te uiuentem regno exueret, nec apud Cæsarem tuam salutem appeteret. Testis est mihi Roma pietatis, Cæsar quoq; præsul orbis terrarum, & censor uniuersorum atq; arbiter mei pectoris, qui me amantem patris appellare solitus erat. Testificare Cæsar quid ego de patre apud te loquebar, apud quem solum nocere potuissem: Testificare, inquam, mihi qui de aliis pronuntiauerẽs. Nec dissimulãdum paricidium sed inquirendum putasti. O si mihi aspiraret præsentia tua: sed absens es, & longe positus, & ego fine te à patre diiudicor. Ades tamen, & in literis tuis præsens es, tua scripta offero quæ solent paricidæ timere. Tuam epistolam porto quam solent promere qui cupiunt paricidium non latere. Suscipe pater literas Cæsaris, ipse te instruat qui dudum uindicauit. Suscipe Cæsaris scripta, argumentis omnibus ualidiora. Quibus usus es dudum ad ultionem, utere nunc ad salutem. Hos ego apices defero innocentiæ meæ testes, illa dextera nunquam te fefellit, illa dextera Cæsaris diadema tibi imposuit, non ademit. Illa manus Cæsaris regnum tibi, quod abiecceras representauit. Potuit meus prius Cæsar odisse, si fratrem similem deprehendisset: sed cognouit & pronuntiauit pietatis interpretẽ, qui nisi Romæ fuissem, Sylæus uicerat. Illi ego hodie adiudicor, illi iam parari foueas insidiatorum: malui tamen me potius pater quàm te periclitari. Nec tamen exhorresco saluris periculum, sed apud te pater doleo me quasi tuum hostem periclitari, Periclitor tamen, si apud te & Cæsaris testimonia periclitantur. His ergo utor

Responſio Antipatri ad uerſus accuſationem patris.

Egestas ſua det latrocinium.

Antipater Cæsarẽ ſuũ patris teſtatur amore.

indiciis meæ defensionis, Cæsarem non appello quasi audiendus, sed imploro quasi absoluendus: Quod si iudicium exercendum existimas, ecce me pater ad te ueni, post Cæsarẽ ad te festinaui à Cæsare. Vtinam quidem nusq̃ à te abiissem. Sed tu me pater nescies periculis obiecisti iubẽs pergere. Præstò sum pater: nec perfunctorie de leuioribus testibus, requirendam pro salute tua ueritatem æstimo. Nõ præiudicent, qui possunt timere tormenta, nec qui pñt contemnere. Omnis homo mendax dixit scriptura. Ego defero incorruptibilia elementorum testimonia. Venio ad te p maria & per terras nusq̃ aliquid passus. Paricida debui non euadere si reus essem. Absoluat me pater: apud te cœlum quod non fulminauit, mare qđ non demersit: terra quæ nõ absorbuit, per hæc ad te tutus uenio pater: quæ non solent euadere, etiam qui non sunt patrum genitaliũ paricidæ. Dathan & Abiron hyatus uorauit terræ: nec tamen genitalem appetierãt patrem. Absalom fugientem arboris suæ ramis terra suspendit, ne ad patrem perueniret, ad quem si peruenisset, euaserat. Ego ad te ueni, & adhuc periclitor. Dauid paricidã suum quia seruare non potuit, uindicauit: ego de inimicis & calumniatoribus uindicari non expeto, ut eos ad tormenta uocem: lucrentur illi pœnam calumniæ. Vnum rogo pater ne alienis credas tormentis, de meipso aduersum me require supplicia. Suspende reum tuum, in uiscera mea pergat interrogatio ueritatis, in corpus meum atq; in interiora penetralia descendant fidiculæ quæstionum, profluat sanguis qui solet paricidium clamare, ferantur ignes in artus noxios. Quid dubitas pater: si parcis, innocentem pronuntias, si à cruciatu temperas, absoluis crimine. Non est paricida, qui simplici morte dignus putatur. Aut si ut filio parcis, & ex te genitis membris compateris, non sunt mẽbra tua, quæ sunt ministeria credulitatis. Hæc ubi locutus est, magno fletu & gemitu lamentabili finem dicendi fecit, ululatuq; maximo Varũ & omnes ad miserationem inflexit: solus Herodes nullis mouebatur lachrymis, atq; ipse à fletu temperabat intractabilis ad ueniam, quæstioni imminens, uindictam expetens.

Omnis homo mendax,

Dathan & Abiron absorpti,

Caput .XLV.

Nicolaꝰ Antipatri respõdet uersutijs

SVccessit orationi Antipatri Nicolaus regis mandato, qui astute eius respõderet uersutiis, & inflexos à miseratione abduceret, referẽdo in Antipatrum, fraternæ inuidiam necis, allegando quod si quos moueret misericordia, illorum misereri deceret, qui eius perempti fraudibus ultiõem requirerent: Si unum absoluerẽt, omnis domus regia in periculum deduceretur: germani, affines, parentes, ipse rex cuius saluti non pepercisset. Itaq; cõuersus ad oratoꝛ uersutias, uelut * narratione miserationis, epilogo quodam excitabat ab inferis peremptorum animas, qui miserabili questu replerent subsellia, insontes se oppetisse, subornatis grauibus testibus, cõpositis epistolis, fraudulentis sermonibus circũuentum patrem, credidisse filio, quẽ non putaret de fratribus posse mẽtiri. Offert nũc supplicia sua, qui fratrũ tormentis non credidisset, quos onustos uinculis obligauerit, ne cognitioni interessent, in absentes latam sententiam cũ lõge positi essent necatos, ne eorum pater misereret. Nullum itaq; reliquum futurum si iste euaderet, doctus uenena paricidalia suorum uisceribus infundere, mutare mẽtes hominum, qui eriam Pheroram semper amantissimum Herodis, in necem eius paricidio funesto exuscitauerit. Ad hæc cum pluríma alia excitandæ commotionis gratia Nicolaus addidisset: ubi sermonẽ absoluit, interrogatus à Varo est Antipater si respõdere uellet: Nihil aliud retulit, nisi (deus testiseſt) quia nihil læsi. Tum Varus uenenum proferri, atq; id dari iussit uni de his qui iam rei mortis adiudicati essent. Quo epotato, statim mortuus est. De quo relatum ad Cæsarem est, & in uincula Antipater imperio patris inducitur: nec tamen ab insidiis uacuus erat. Nam tum maxime Salomes periculi dolis tentabat directis epistolis, quas Salomes nomine Antipatri composuerat, plenis in regem cõtumeliarum, atq; ad Agmen ancillam Iuliæ quæ uxor Cæsaris erat, per Ariphili seruulũ perferri iusserat, quas Agmes sibi redditas regi transmitteret, ac pene in mulieris pernicíem fraus cõualuerat, ni reperta esset epistola Agmes ad Antipatrũ, quæ dolum prodidit scripta in hunc modum: Sicut uoluisti, patri tuo scripsi, & epistolas illas direxi: nec dubito regem in periculum sororis insurrecturum, Tu uicem restitue optato

optato effectu potitus. His literis deprehensis rex in suspicionẽ deductus, quod etiam Alexander pari arte compositis à fratre esset appetitus epistolis, & nimia commotione exasperatus, ægritudinem grauem contraxit. Quo se uidens urgeri periculo Antipater, unum ex filiis hæredem imperii scripsit, prælatum Archelao & Philippo seniori bus liberis, cum ipsos quoq; Antipater dolis atq; fallaciis suspectos patri fecerat. Cæsari legauit mille talenta, donis muneribusq; additis. In uxorem & filios, libertos atq; amicos quinquaginta contulit: nec Salomen sororem munerum suorum expertem reliquit. Procedebat in deterius ægritudo, atq; accessu temporis exasperabatur, quam imbecilla senectus suis incommoditatibus accerbabat quotidie. Siquidem non minus septuagenario grauatum annis corpus, crebro quoque mœrore animi afflictum gerebat, tot paricidiis uulneratus, quæ aut deprehendisse in filiis extremæ miseriæ erat, aut intulisse. Immedicabilis tamen ægritudinis feruor, quod superstes Antipater metuebatur. Contemprus quoq; indies uilior, quod imagines Cæsaris atq; animalium similitudines contra legem templo appositæ detrahebantur, autoribus maxime Iuda atq; Matthia iuuentutis doctoribus, qui cognitis & conspirantibus sibi uenisse tempus aiebant, quo uiolatæ legis iniuria uindicaret. Dare pœnas sacrilegum qui putaret fas esse quicquid potestati liceret, nec religione inclinatum, sed elatum superbia in penetralibus templi faciendi quod uellet, libidinem pro iure exercuisset. Et quanquam uis diuinam ultionem acceleraret: tamen pulchrum uideri, si etiam templi sacrati libertatem suam in defendendis paterni ritus obseruationibus approbarent: nec periculi metu quenquam re uocari oportere, cum & iam mori pro lege patria insigne immortalitatis sit. Primi que adorsi auream aquilam supra fastigium portæ affixam detrahere comprehensi, atque ad regem perducti: cum interogarentur cui obedientes tantum facinus adorsi forent, responderunt, legi paternæ. Iterum quærenti quo freti lætiores adessent, cum ad mortis uocarentur periculum, responderunt: Pietatis & deuotionis præmiis, quorum remuneratio pro ritu patrio mortem expetentibus persolueretur. Nec diutius ferre potuit responsionis constantiam, sed indignatione super ægritudinem facta, ut infirmitatem uinceret in conuentum populi processit, ibiq; tanquam sacrilegii reos ad plebem deferens accusare cœpit, quod maiora de factis talibus suspectarentur. Quæ etiam si non parcentur, tamen cuncti sibi quisq; metuentes autorum qui comprehensi forent, luenda supplicia deprecabantur. Nec pergendum in cæteros, ne quæstio plures atq; alienos & innoxios perturbaret: rogatus itaq; in pñtes snĩam tulit, ut uiui exurerent: unde incõmoditas aucta & grauioris ægritudinis uis, diuersis totum corpus eius passionibus discebatur. Febris erat uehemens, prurigo intolerabilis, continui ac fine ulla inter missione interiorum dolores uiscerum, colo medius uexabatur, hydrope grauabantur uestigia, abscondita corporis scatebant uermibus sparsi, mtotius corporis anhelitus grauis, & suspiria pernicíosa res, indicio erat quod iniusti paricidii & sacrilegæ damnationis pœna reposceretur. Non cedebat tamen animo, & uiuendi cupiditate passionibus reluctabatur. Petit trans Iordanem calores aquæ calidæ, sed nihil profuerant. Asphalmo foueretur, laxato resolutus corpore morientium specie oculos inuertit, & uox defecerat, nec sensus manebant: sed excitatus strepitu conclamantium resumpsit, & ad sua regredi cupiens: ubi ad regionem loci qui appellabatur Hiericho aduenit, atro felle exagitatus, & ipsi quodammodo morti minitans immane facinus excogitauit: quo uelut inferiæ sibi populi mitterentur. Namque ex omni Iudæa congregari iamdudum præcipiens quosque nobiliores, ut ex singulis uicis in unum conuenirent: ubi imperio obtemperatum est, claudi eos intra hippodromum iussit, & accersita Salome atq; eius Alexa uiro, legatum sanguinis mandauit, asserens lætitiæ populis gentis Iudææ suam mortem futuram, & ideo commentum se quo præclarissime suum epitaphium celebraretur deposcere a suis, ut cum ultimũ exhalasset spiritum, eos statim oñes qui clausi tenebant necari iuberẽt: ita ut neminem futuꝛ ĩ uniuersa Iudæa atq; in oñi domo, cui mors eẽt eius illachrymabilis, cũ uniuersis domesticis luctus hæreditatẽ dereliquisset, qui dum suoꝛ deplorant necem, iusta regi uiderent psoluere, atq; ita publicoꝛ lætitia

Lĩæ Agmes ad Antipãm

Iudas & Matthias iuuentutis doctores.

Pro patria lege mori insigne est immortalitatis

Aegritudĩs Herodianæ descriptio.

Asphaltites lacus medicabilis.

uotoꝙ, domesticis doloribus impediret, ac ne forte sceleſta imperia mandata executio deſtituereꝛ, quinquagenas dragmas iuſſit militibus dari, ut tali ſceleris impoſita mercede, ferale miniſteriũ milites nõ recuſarẽt: cõpẽſaturi executõis horrorẽ remuneratiõis emolumento. Cedebat propè iam tantæ incommoditatis ſuppliciis, ſed expectabat funeſta reſponſa legationis, quæ retulit de Agme ſupplicium ſumptum ad Herodis quærelam: Antipatrum quoq; conuictum paricidii morti adiudicatũ, tamẽ repulſo patria, & regno, pater fugæ poteſtatem tribuere ſi uellet Cæſar iuberet, ſententiam ſceleri ferens, conſilium pietati relinquens: Soluerat natura paricidii neceſſitatem. Nam recreatus pauliſper permiſſa ſibi puniendi ut uellet poteſtate, dum de genere necis tractat, diſtentus doloribus propere diem mortis puenire deſiderauerat. Popoſcit itaq; malũ, pariterq; gladium, ut eo pomũ ſolitus incidere refectionis aliquid aſſumeret, & pauliſper ſeſe attollens, cubitoq; adnixus leuauit dexteram cupiens ſeſe ferire, ſed occurrit Achiabus, & impediuit ictum, luctuq; tota concrepuit domus, ut obiiſſe Herodes foris æſtimaretur. Exultauit Antipater ad ſonum planctus, & à cuſtodibus adhibitis poſtulauit, ut uinculis reſolueret: ſed præpoſitus ei muneri non ſolum abnuit, quod rogabat, ſed etiã regi annũtiauit. Exclamans ille inſultare adhuc ſibi uiuẽti, pcuſſores direxit qui Antipatrum interficerẽt, cæſumq; ſepeliri iuſſit in Hyrcania, atq; itez mutauit taſtamentum, regemq; Archelaum inſtituit ſeniorem ex fratribus: Antipæ tetrarchiam reliquit. Quinq; itaq; diebus Antipatro ſuperſtes defecit: triginta & ſeptem annis, ex quo à Romanis imperitare iuſſus, eſt regno potitus: ex quo autẽ Antigonũ ſuſtulit regni æmulum annos trigintaquatuor imperio exegit: utinam tam domeſtico uſu quàm publicis lætus ſucceſſibus. Nanq; ita foris ſecundæ ei res aſpirauerunt, ut priuatus in regnum aſciſceret, eoq; per multa uſus annoꝛ curricula, quod difficile ſaluo poteſtatis uſu decederet, relinquens liberis imperii ſucceſſionem, quam ipſe à ſuis non acceperat. Sed intra domũ infeliciſſimus, quam acerbo ſuoꝛ ſanguine & luctu repleuit, nec tñ executionẽ inuenit ultimæ crudelitatis, hoc uno Salome obliterante criminũ ſuoꝛ ludibria ſuperiora, q̃ eos quos pcuti rex iuſſerat, oẽs dimiſit, dicens regẽ p̃cepti feralis poſtea pœnituiſſe: reuocatiſq; mandatis ſuperioribus p̃cepiſſe ut ad ſua oẽs dimitterent.

Cupiuit Herodes ſeſe ſuo ferire gladio.

Denece Antipatri Herodis filij.

Herodes quĩq; dieb⁹ Antipatro ſuperſtes defecit.

Caput .XLVI.

Ptolemæus Herodis fidiſſim⁹ amic⁹.

Milites Archelao plaudent.

Pompa funebris Herodis

Aſs quinquaginta.

Herodes ſepult⁹ in Herodio.

DEin poſtea facta in amphiteatro militum & reliqui populi congregatione, de obitu regis indicium factum, proceſſit Ptolemæus qui regis amicitiæ interfidiſſimos quoſq; uſq; in extremũ adhæſerat, & anulum deferens quem defuncti digito detraxit: collaudat regẽ, & populũ admonet tranqllitatis, aperitq; ei epiſtolam, qua pcatus fideliſſimos ſibi milites hortabat, ut ſucceſſori ſuo beneuolẽt iam exhiberent & gratiam. Et apertis etiam tabulis teſtamentũ recitatur, Philippus Thraconitidis regionis & finitimoꝛ locoꝛ hæres nuncupatus, Tetrarches Antipas: rex Archelaus, ita tamen ut ad Cæſarem deferri anulum ſuum, atq; ei arbitrium & firmamentum omniũ diſpoſitionum ſuaꝛ reſeruarent. Ac tum demũ ratum eſſe teſtamentum ſuum ſi Cæſar probaſſet: reliqua ſecundum priora ſua teſtamenta cuſtodiri præcepit. Contionuo acclamatio facta militum Archelao plaudentium, circumuallabat ilico ſtipatorum ambitu, promittunt beneuolentiam, ſpondent fidem. Poſt hæc competenter atque magnifice funus curatum, omni ambitu regalium diuitiaꝛ p̃miſſo ad pompæ funebris celebritatem: lectus erat auro totus & gemmis inſignitus, ſtratum refulgẽs murice, corpus adopertum purpurea diploide, quam internectebat fibula lapidibus pretioſis coruſcans, diadema adhærebat uertici, ſupraq; corona aurea, ſceptrum in dextera, ut uiuentem putares. Præibat agmen Trachicum, Germaniq; & Galli ſtipatores regii militarem ſeruabant ordinem, pari modo ſuccincti armis, ac ſi in bellum prodirent: ſed ora mœſtitia plena, & dolentibus ſimiles proſequebantur. Relíqua manus proſequebatur ornatu ſolito, & cultu aſſueto, comitantibus pariter ducibus & centurionibus. Quinq; ti etiam ſeruoꝛ & libertoꝛ regiæ domus aſpergebant aromata, ut ſuaui odore tota fraꝛ graret uia, lectum filii regis & propinquoꝛ uis maxima circũfundebat. Sepultus eſt in Herodio (ut ipſe mandauit) quod aberat ducentis ſtadiis ab eo loco in quo finem uitæ inuenit, magno obſequio, per tantum ſpatii deductus uniuerſoꝛ, ſed non omnium pari affe-

ti affectu: Metus enim officium, non uotum extorſerat, dolor intra ſe ſaltem liberam habebat ſententiam. Hunc finem habuit Herodes.

EGESIPPI DE EXCIDIO HIEROSOLYMITA. VRBIS HISTORIAE LIBER SECVNDVS.

Caput .I.

Libera in defunctũ Herodẽ uulgi iudicia.

EPVLTO HERODE LIBERA, ut in defunctos ſolent, iudicia populi depromebantur: grauem fuiſſe illum & intolerabilem, iniuſta imperia in ciues exercuiſſe, tyrannum non regem ſuorum, paricidam domeſticum, expilatorem publicũ, nemini quicquam dereliquiſſe, tributis exhauſta omnia, locupletatos alienigenas, ludæos exinanitos, qui templo hoſtem induxerit, ſacrata omnia ſacrilegio contaminarit: beatos qui defeciſſent cum tormẽta uiuentibus non deeſſent: plura malorum ludææ, poſt depulſam captiuitatem, in paucis annis ſub Herodis imperio pertuliſſe, quàm in ipſa captiuitate ſub hoſte barbaro ſuſtinuerit, cum ſibi Babylonioꝛ reges imperitarent, ſub illis tolerabiliora exilia, q̃ ſub Herode domeſticum domicilíũ: ab illis ad ſua remiſſos, ab hoc fugatos: immitiorem Dario, Artaxerxe ſuperbiorem, Medis rapaciorẽ. Superaſſe finẽ maloꝛ, ut ſi ſibi exire liceret exilio, ibi diẽ clauderet: ſed acceſſiſſe ad ſeruitutis miſeriã Archelaũ ſpõtaneũ ſucceſſorẽ, q̃ & Herodẽ referret, & noua adderet: miſeꝛ hoc in regnis eẽ q̃ dñs eligereꝛ: miſeriusq; inuitis, imponereꝛ. Solaperbior, ſi uſurpeꝛ. Longe itaq; Archelaum Herode intolerabiliorem futuꝛ, cum iſte aſſumpſerit regnum, ille acceperit. Ea non ſolum crebrò in ludæa conferebanꝛ: uerumetiam Romæ aſſiſtẽte Archelao, perorantibus accuſatoribus in os obiecta apud Cæſarem ſenatumq; ubi de regno Archelai confirmando abrogandoq; diu decertatum. Deniq; cum in templo Apollinis, quod Cæſar condiderat, multisq; ornatibus uenuſtarat, locus eẽt cognitioni datus, Salomes filius Antipatri, illa quæ ſupra diximus, & multa alia dicendi ualidius proſequebat: mirari ſe q̃ Archelaus quaſi petendum à Cæſare regnũ prætenderet, cum uſurpatione temeraria iamdudum intra ludæam inconſulto Cæſare regẽ exercuiſſet. Quid eñ ſella aurea, allatumq; diadema, niſi regni forẽt inſignia? Quo ſpiritu præſumpſerit ſedere ſuper thronum regium? de ſublimi ſolio ſalutare plebem circunfuſam, ſtipantibus armis militaribus, more quodam & uſu imperatoꝛ promidia dema, quod Cæſaris iudicio reſeruari oportuerat: non ſolum poteſtate Romani imperii, ſed etiam pro iure teſtamenti? Herodem enim nec præripere potuiſſe Cæſari uel ſenatui, quod ipſe uel à ſenatu accepiſſet, uel à Cæſare recepiſſet, & ſuperiore teſtamento expreſſiſſe ſatis ꝓpriæ indicium uoluntatis, quo Antipam ſuccedere ſibi in regnum ſenſu integro ac perpenſo conſilio declarauerit, & poſtremo oñia Cæſaris iudicio referuaſſe, q̃uis ſoluto iam corpe anxius ſup̃mo periculo, nec ullius iam ſenſus aut cõſilii capax, dictauerit nõ quod arbitrabat, ſed quod inger ebat. Præceptorem igiť imperii de ſeipſo p̃nuntiaſſe, qđ nõ mereret tuo Cæſar iudicio in regnum ſubſtitui. Nam ſi merito rum ſuoꝛ cõſcius foret, petere potius q̃ uſurpare maturauiſſet. Non petendo autẽ ſed uſurpando quæ in petitiõe cõſiſterẽt etiam in pecuniariis (negociis, nedum diuitiaꝛ. Deniq; Fabatũ illum Romanæ rei moderatorẽ & intimũ Cæſaris tibi cepi, & à Sylæo ingẽti ambitus pecunia, ut ſ̃pugnarẽt) præiudicare ſolere, ut p̃poſteri litigatores cadãt cauſa: hic uero nõ pecuniaꝛ quæſtũ in crimẽ uocari, ſed ſperii Romani uiolatũ ius, reuerẽtiam, deſpectã, ſpretam ptãtẽ, indignũ æſtimatũ Romanæ curiæ ſenatũ qui ſoleret regnũ dare atq; eripere, & cũ Cæſare uetuſtã cõferẽdi imperii ſeruaret p̃rogatiuã. Quid factuꝛ eẽ cũ regnare legitime cœpiſſet, q̃ ante regnũ inſolẽtiſſimus neceſſet plurimos: quia opẽ feſſis rebus & tributoꝛ alleuamentũ popoſcerant, remediũ poſtulantibus bel

Aduerſus Archelaũ multa cõgeruntꝛ.

Alij codices Antipatrũ.

Hęc quæ parentheſi incluſa uides, ſcriptis codicibus nõ habentur

lum

lum irrogatum, interfecta nouem milia ludæoꝝ in ipsa uenerabili apud suos paschæ ce
lebritate, pro pecudibus homines immolatos, sacratoꝝ qui ad templi festa conuenerant
sanguinem fusum, spectaculum miserabile si quis cæsoꝝ stragem recenseat, Babylonios
reuertisse arbitrarer, quanto crudelius à ciue commissa, quæ in hoste barbaro plena in-
manis sæuitiæ atq; impietatis æstimarent? Hanc sportulam ciuibus datam, hoc sacrificio
Archelaum regni sui primordio cõmendauisse. Debere misereri Cæsarem, senatumq;
reliquiaꝝ ludææ, quæ quondam liberis fulta populis seruitutem optaret, si modo tole-
rabilem liceret perpeti sub rege iusto, longe illum abesse a iure imperitandi. Siquidem
apud ludæos nulli regnum cõpetere: nisi ei qui esset ex generatione ludæ, sicut lex di-
ceret. At uero istum ldumæum genere, quem nulla prosapiæ regalis origo cõtingeret,
irrepsisse in honorẽ indebitũ. Siquidẽ cũ Antipater sibi atq; Archelao fuerit auus, præ-
stans diuitiis: cæterisq; artibus potens, & maxime Romanoꝝ amicitia, Cæsariq; senio-
ri bello ꝓbatus: cum posset sibi regnum ascisscere, nunq̃ tũ affectauerit, quinetiam defen
dere aliis maluerit q̃ sibi parare, meritoq; illũ habitũ ut parentẽ optimũ, qui ludæam in
libertatẽ uindicauerit uulneribus suis, nec in seruitutẽ deduxerit Herodẽ Antonii testi
monio, qui paternus sibi hospes fuisset in regnũ aspirauisse: ex illo ludæoꝝ res imminu
tas, egisse ut hostẽ, non ut rectorem. Cum igit̃ ipse etiam adulter regni fuerit, quo mo-
do potuisse ab eo legitimũ regem creari? non deꝓcari tũ quo minus sub regno sint, se
potius sub Romano agere, cuius sibi gratiam iam inde a Machabæis partam, tantam per
usurpationẽ regni postea degenerauerunt, ut multo inferiores sint his aduersum quos
Romanam petierũt societatẽ. Deniq; orare sese, ut eadẽ conditiõe ludæa, qua Syria præ
fidiale iudiciũ à uobis adipiscat̃, quo deuotionis nostræ detur experimentũ, utrum qui
seditiosi ac rebelles uocamur, possimus moderatis iudicibus obtemperare. Aduersus ea
Nicolaus pro Archelao respondens, inquietissimam nationẽ insolentiæ suæ asserit pœ-
nas dedisse, ne hinc potissimum Archelaus inuidia inexcusabilis criminis accerseretur,
si per seditionem pacẽ turbarent, atq; à Romanoꝝ societate animis atq; armis discede-
rent: de testamenti aũt prælatiõe quis dubitaret, cũ & posterius ꝑferri soleat superioribus,
& hoc multo ualidius cæteris uideri debeat, in quo Cæsari confirmandi regalis iudicii
seruata sit prærogatiua: quo cumulata potius q̃ imminuta Romani nominis reuerentia
sit, si & à uobis Cæsar non præripiat̃ regibus, qđ priuatis licet, ut eoꝝ ualeant testamen
ta, & quẽ potissimũ sibi cupiant succedere ultimo scribant stilo, atq; ab illis iteꝝ ea uo-
bis honorificẽtia reseruet̃, ut cõfirmatio iudicii à uobis petat̃, et is succedat, quẽ ꝑ ele-
gerit, uos ꝓbaueritis. Quando igit̃ magis sapuit Herodes cum tibi Cæsar seruauerit ꝓ-
rogatiuam, an q̃ præteriit? Vbi Antipas substituit̃, Cæsar ꝓterit̃: Vbi Archelaus sub-
rogat̃, Cæsar ascisscit̃: sine firmamento nulla res stabilis. Diuino itaq; iudicio ubi iustitia
deerat, uel simulationi, uel uoluntati firmamentũ defuit. Vbi aũt æquitas examini sup-
petebat: robur quæsitum ut iudicium confirmaret̃. Considera igit̃ utrum fecerit iniu-
riam qui te elegit, aut si rescindi debeat, quod te arbitro sanciendũ reliquit reꝝ omniũ
dño: cui iure etiam reges cedunt potestate. Qui em̃ sciuit quẽ elegerit ad confirmãdũ,
sciuit utiq; quẽ eligeret ad imperandũ, nec in successore falli potuit, qui non est falsus in
confirmatore. Nam qui arbitrum constituit te, cognouit utiq; talem successorẽ sibi con
stituendũ, qui tibi quẽ constitueres non displiceret. Auditis partibus Cæsar sniam de-
tulit: deinde collato cũ senatu consilio, Archelaum genti ꝓposuit, ut fungeret̃ rectoris
munere, non regni honore. Spopõdit tũ & regnũ datuꝝ si se ita gereret, ut ꝓbaretur.
Iam em̃ tentamenta dissensionis Israëlitici populi nuntiabant̃. Tetrarchas duos constitu-
tuit Herodis filios, Philippum & Antipam: qui cum Archelao de regno certauerat,
Herodis sorori cui nomen Salome delegatum seruauit: etiam alia ipse adiunxit. Duo-
bus quoq; filiabus Herodis mille talenta quæ sibi relicta erant dispertienda arbitratus:
addidit etiam alia sexcenta milia, & ea Pheroræ liberis sociari censuit.

Nicolaus supradicta refellit.

Als improbandum. Archelaꝰ rectoris munere fungit̃ nõ regis honore

Caput .II.

INterea quidam ex iuuenibus simulãs se Alexandrũ, & ꝓpter misericordiam ab his,
quibus necandi munus ab Herode patre mandatũ foret: subrogatis aliis in locũ su-
um cũ fratre se Aristobulo dimissum Miletũ petiit; & inde Romam, quo difficili-
us apud

us apud incognitos cognosceret̃. Vbi facile ludæos ad reꝝ nouitatẽ promptissimos ex
citauerat: nisi comperto eo Cæsar ad se eum perduci ocyus per Geladum quẽdam, qui
Alexandrum plene nouerat præcepisset. Geladus ubi iuuenẽ uidit, similitudine decep-
tus hæsitauit. Sed reliqua perspiciens indicia nõ cõuenire, quæ fiuit ubi erat Aristobu
lus: at ille in Cypro insula degere asseruit, cauentẽ insidias, eo ꝙ cõiuncti inter se fratres
facilius extinguerent̃. Deinde ad Cæsarẽ deductus, aperuit illico impunitate ꝓmissa fre
tum, se specie similitudinis qđ esset Alexander simulasse, ut innumerabilia munera qua-
si regis filius, à ludæis cõsequeret̃. Cæsar dolũ risit, sed & ipm immunẽ dimitti iubet,
& eos qui ultra priuatũ modũ quasi regis filio detulerant, satis multatos esse ꝓnuntia-
uit, qđ superfluis sumptibus infinita dispendia tolerauissent. Archelaus aũt ꝓfectus in
ludæam ꝓpter obscœnitatẽ moꝝ & insolentiam accusatus apud Cæsarẽ, cognita inter
partes causa, Viennam relegat̃, opesq; eius thesauris Cæsaris associatæ: hoc merito pre
tium luit, qui nec à fratris sui germani coniuge suas compresserat cupiditates. Nam ubi
Alexander obiit patris imperio neci traditus, Glaphira uxor eius Archelao rege Cappa
docum genita: quẽadmodũ supra memorauimus Libyes regi Tybe secundis est copula
ta nuptiis. Quo defuncto reuertit ad patrẽ: illic eam contẽplatus Archelaus, quod fratrẽ
mariti filioꝝ patruũ, haudquaq̃ pie refugiendũ arbitraret̃, ita deperire cœpit, ut uxorẽ
deiiceret Mariamnẽ, & Glaphiram in locũ illius substitueret. Non multo post ubi mu
lier in ludæam rediit, uidit in somnis Alexandrũ, & complecti desiderauit. At ille indi-
gnanti similis à cõplexu refugus, uisus ẽ dicere: Hæc ẽ Glaphira promissi fides? Ita amo
res erga te seruasti meos? quoꝝ memorẽ te esse oportuit. Sed esto adolescentula, secũdas
nuptias nõ refugeras, etiã ne tertias, etiam ne fratrẽ mariti appetere debueras. Ita te mea
delectauit iniuria, ut in meam domũ tertio nupta cõiugi remeare nõ erubesceres. Sed
mihi curæ ne diutius maneat contumelia mea, contagioq; tua: nec longũ lætabit̃ fratrũ
incestus matrimonii. Exurrexit mulier & familiaribus narrauit somniũ, atq; ipsa biduo
post defuncta, fidẽ fecit, qđ hmõi cõiugia nec uiuoꝝ legibus ĩpunita sunt, nec mortuoꝝ
uoluntatibus.

Archelaus ꝓpẽ obscœnitatẽ moꝝ & insolẽtiã apud Cæsarẽ accusatꝰ.

Caput .III.

IPse quoq; Archelaus uidit in somnis spicas nouẽ, plenas & magnas a bobus uorari.
Cui quærẽti, trãdit interpres: Nouẽ spicis nouẽ annos signari, quibus ptãti usus sit
maxima & amplissima. Nono itaq; anno imperii sui mutationẽ eidẽ fore, eo qd bo
ues qui arua aratro soleant interuertere, mutationẽ signẽt laboriosam, quæ deuoret atq;
absorbeat merita superiora. His itaq; cognitis quinto die uenit à Cæsare, qui eum ad iu
dicium Romam deduceret: In quo condẽnatus & actus in exiliũ etiam morte impleuit
somniũ suũ. Principatus gẽtis qui ad Archelaum ptinebat conuersus est in nomẽ pro-
uinciæ, quo noie Romani, cũ in ius suũ uincẽdi redigerẽt procul positas regiões, puin
cias appellauerunt. Manserũt tamẽ tetrarchæ ut erant Philippus & Herodes mutato uo
cabulo: quia Antipas prius nuncupabat̃: Nam Salome moriẽs, loca quæ tenuerat, & po
testatẽ suæ gentis Libyæ uxori Cæsaris dereliquerat. Is status erat ludææ, quando Cæ-
sar defunctus est: relinquens Tiberiũ priuignum suum, Libyæ uxoris filiũ ex superiore
genitũ coniuge successorẽ Romani imperii: cuius in honorẽ Tiberiadẽ Herodes cõdi-
dit. Philippus quoq; Libyam urbẽ matris suæ uocabulo nũcupandam putauit. Et quia
ꝓpositũ nobis est aperire causas, quibus populus ludæoꝝ à Romano imperio desciue-
rit, sibiq; exitiũ accelerauerit, Pilatũ, puinciæ ꝑfidẽ initiũ ruinæ dedisse res indicat: qñ
qdẽ Cæsaris imagies Hierosolymitanis ædibus iferri primus oĩm nõ dubitauerit. Quo
motus populus cũ resisteret, atq; ille recipiẽdas imagies cẽseret, plurimos in mortẽ coẽ
git. Dũ hæc ĩ ludæa gerunt̃, Agrippa Aristobuli filius Romã aduenit, cupiẽs aduersus
Herodẽ tetrarchã apud Tiberiũ iudicio cõtẽdere: sed despectus a Tiberio cũ Romæ de
geret, plurimos sibi ascisscit ad amicitiã: & maxime Germanici filium Caiũ, quẽ siue pa-
terni nois gratia amabilẽ populo, seu regii generis propinquitate proximũ imperio ra
tus, an quodã ꝓsagio studiosius excolebat, q̃ uel ætatis, uel honoris eius rõ patiebat̃, ita
ut quodam die manus eleuans deꝓcaret̃, ut maturius Tiberio mortuo Caiũ uideret im
peratorẽ. Quo prodito per Euthicum libertum suum Agrippa iussu Tiberii in uincula
ducit̃, & grauibus modis excruciat̃, non ante dimissus quam Tiberius diem clauderet.

Sõnium Archelai de noue m spicis a bobus uoratis.

Vnde ortũ habuit nomẽ prouinciæ.

Cuius

Cuius tēpora fœda ludibriis, capraq; fecessus, ignauia intolerabilis: nullū tñ efficacis uiæ operis in necē eius excitauerūt, recētis ut arbitror Romani imperii reuerētia, siue terrore sæuissimæ crudelitatis, quia plerunq; asperitas quo grauior, eo tutior est.

Caput .IIII.

Ludibrium Paulinæ fœminæ famo sum.

EO imperitāte, famosum ludibriū Paulinæ spectatissimi generis fœminæ Romæ percelebratū est. Quæ cū egregiam castitatis famam apud oēs haberet, esset etiā spectatissimi decoris & eminētis gratiæ, tentata Mundi equestris militiæ ducis interpellatiōibus, nec inflexa: uitio nimiæ superstitiōis, patuit errori: Mūdus nanq; subornatis Isidis sacerdotibus, qui uelut Anubis ad eam mandata perfetrēt, ꝙ eam ad tēplū inuitaret, delectatū se eius sedulitate & pudicitia: noctē posceret, habere se, qđ eidē secreto uellet cōmittere. Qđ illa accipiēs læta, ad maritū detulit deū suis adesse uotis, ab eo suam poscī p̄sentiam, negare se nō posse obediētiam. Itaq; & ex sua, & ex mariti sñia pergit ad templū Isidis, noctē exigit, remotisq; p̄cul arbitris, quasi sacri cognitionē mysterii perceptura, sese stratis cōposuit suis, æstimans ꝙ ad eam deus suus in somnis ueniret, & per uisionē sese eidē demōstraret. Vex ubi aliquid noctis p̄cessit, quo facilius mulier plena somnii decipereť, Mundus assumpto uultu Anubis habituq; aduenit, uestimēta alleuat, in oscula ruit. Expergefactæ mulieri Anubē se eē dicit, uultū Anubis p̄rendit: illa deū credidit, beatam se eē asserit, ꝙ eam dignatus sit uisitare dñs deus suus. Amplexū petēti nō negat, refert tñ utrū deus possit homini miscerī. Ille p̄mit exēpla, ꝙ & Deos hoīb⁹ nuptos asserit. Iouē summū deox: Alcmena susceperit: & Leda eiusdem cōcubitu potitta, et plurimæ aliæ quæ ediderint deos partu, de se quoq; ex illa deū esse generandū persuadet, mulieri cōcubitu miscer, redit ad maritū lætior, dicēs ꝙ mixta deo sit mulier, & eius p̄mittu deū eēt generatura. Fit ingēs in stupro mulieris & mariti gaudiū. Postea occurrit Mundus, & ait mulieri: Beata Paulina cōcubitu dei, magnus deus Anubis cuius tu accepisti mysteria. Sed discе te ficut diis, ita & hoībus nō negare, quibus dii tribuant qđ tu negaueras, quia nec formas suas dare nobis, nec nomia dedignanť. Ecce ad sacra sua deus Anubis uocauit & Mundū, ut tibi iūgeret. Quid tibi p̄fuit duritia tua, nisi ut te. xx. milium quæ obtuleram defraudaret cōpendio? Imitare deos indulgentiores qui nobis sine p̄tio tribuunt, qđ abs te magno p̄tio impetrari nequitum est. Quod si te humana offendunt uocabula, Anubē me uocarī placuit, & noīs huius gratia effectū iuuit: Hoc perstricta sermone mulier, illusam se intellexit, & dolēs iniuriam pudicitiæ, confessa est fraudē marito. Ille nihil habēs quod uxori indignareť, cui ipse cubandi in tēplo ptātē permiserat, & cōscius cōiugalis castimoniæ, principi querelam detulit. Qui motus potētis uiri cōtumelia, atq; atrocis flagitii cōmento, sacerdotes e tēplo rapit, quæstioni subiicit, confessos necat, simulacrū Isidis Tiberi demergit, Mundo fugiēdi ptās cōcessa, eo ꝙ ui amoris & formæ superatus gtatia, leuioribus cōmissoq; suox pretiis multatus æstimareť.

Mūdus Paulinæ sub Anubis p̄textu concubuit.

Caput .V.

QVod igit̄ ludibriū imperitante Tiberio acciderit, nō putaui prætereundū, ut ex eo deformitas colligat imperatoris. Sicut em̄ boni principis uita, probitatis quædam præscriptio, & per uniuersos uiuēdi forma est: ita imperatoris colluuio, lex flagitioq; est. Ab eo missus Pilatus est in ludæam uir improbus, atq; in exíguo ponēs mendaciū, circūuenit Samaritanos: ut montē cui nomē Gadir̄ perterēt, erat em̄ illis sacratus, eo quod uellet eox mysteria cognoscere. Et ascendēs, populum p̄uenit equitatu, pedestriq; exercitu strauit, affictoq; crimīe, quod à Romanis discedere & cōciliabulū sibi quærere præparassent. Quid em̄ nō auderet, qui etiam Christū dñm ad salutē humani generis aduenientem, multis & diuinis operibus p̄fundentē in homines misericordiæ suæ gratiam, nihilq; aliud docentē, nisi quo primū deo, deinde imperatoribus faceret populos obediētes, cruci suffixerit? Demēsq; qui ministeret faceri legi furoris, ut interficeret autorē salutis. Ex illo itaq; Iudæox res perditæ, ex illo exitiū getī tēploq; maturatū excidiū. Nā si Herodes, q Iohānē necī tradidit, p̄fidiæ & crudelitatis suæ p̄tiū luit, deiectus regno, atq; exilio datus: q̄to magis p̄cipitibus furiis actū intelligi dař eū, q Christū occiderit? Quæ causa aūt fuerit mortis Iohānis breuiter expediam; Philippū & Herodē, qui prius Antipas dictus est, germanos fuisse supra oñdimus.

Pilat⁹ uir improbus Christum crucifixit.

Ex Pilato Iudæoq; getī exitium

Vxorē

Vxorē philippi Herodiadē, quā Herodes illicito ac nefando sibi sociauit iure matrimonii. Nō tulit hoc Iohannes, & ait illi: Nō tibi licet uxorē habere fratris tui. Tum ille cō motus, in carcerem detrusit Iohannē. Nec multo post necauit uirum iustum, & constantem diuinæ legis executorem. Non solum em̄ quasi prædicator euangelii, fraterni cubilis incestum reprehendebat, uerūetiam quasi legis executor, præuaricatorem legis condemnauit, qui fratris uxorem uiuētis eripuerat, præsertim habentē semē de germano ipsius. Hinc excitata ludæorū ferè omnium in Herodē odia, & pœna accelerata: Cuius autor Herodias, uidens Agrippam plurimū prævaluisse apud Cæsarem, compulit eum Romam pergere, quo sibi imperatoris gratiam cōciliaret, obiectans desidiæ contumeliam, quod fugitans labores dum moratur domi, indignos sibi patereť añferri. Nam cum Agrippa ex priuato rex factus sit, quanto magis ipsi iamdudñ tetrachæ quo regnū conferat Cæsarē nō dubitaturū. Itaq; mulieris opprobria nequaq̄ sustinēs, Romam pfectus, dum Caii amicitiam petit, ab Agrippa accusatus etiam tetrarchiam amisit, quam à Iulio Augusto acceperat, & fugitans in Hispaniam unà cū uxore Herodiade mœrore animi cōsumptus est. Mortuo quoq; Tiberio Caius succesſit, qui dominū se & deum uideri, atq; appellari uolens, causas dedit Iudæis grauissimæ seditionis, ac nisi properato fine imperiū clausisset, Iudæorū genti finē fecerat maturiorē. Nō solum em̄ ab illicitis nō reuocabat suos, uerūetiam missis in Iudæam, ultima supplicia minitabatur, nisi oīa aduersum ius & fas religionis armis patrarēt. Plurimū eius potuit imperio Agrippa: sed dū uellet muro ambire maxīo Hierosolymā, ut Romanis fieret inexpugnabilis (præuidebat enim imminētem ruinam) morte præuentus, opus imperfectū reliquit. Nec minorē potentiam exercuit impetitante Claudio: ipsius quoq; primitiis interfuit, cum Caio perēpto, ipse à militibus assumptus, in imperiū resistēte sibi senatu, regni tædio Agrippam legatū direxit: quo interp̄te p̄missa moderatioris imperii fides, diffinita gratia, pax cōuenit: in locum Agrippæ patris Agrippa filius eius à Claudio Cæsare rex subrogatus est.

De cā mortis Iohannis Baptistæ

Agrippa filius in locū Agrippæ p̄is a Cæsare surrogatur.

Caput .VI.

IPse quoq; Claudius exactis tribus & decem annis, cum deficeret Neronē Romano imperio princip̄ dedit: captatus uxoris Agrippinæ peruasionibus, quæ tantū fraudibus ualuit, ut filiū imperatoris Britannicū designatū successorē ipso iure naturæ principatus exortē redderet. Cuius artis mox pœnituit eam: quia dum ex se genito consuluit, principi suū negauit, ignara quod elatus imperio: nec matrē agnosceret, atq; in exitiū eius beneficii mercedē inuerteret: idem tamē Octauia Claudii filiam coniugio tenebat: præpostero ordine gener filio prælatus: quia mala reipu. præponderabant, cui debebať paricida sacrilegus, incestus: ut in eo crimina nō ulla bonæ artis merita regnarēt. Tali imperatore seu morū eius intuitu atq; ignauiæ cōtemptu: siue quia ludæis ob grauia sacrilegia, auerso præsidio dei summi ultimū excidiū præparabať: erupit in seditiones graues, latrocinia, dissensiōes eox insolentia, quos per. XX. annos Elearus princeps latronū grauissime depopulatus: aliquando tamē captus à Felice qui Iudææ præerat, Romam directus graues pœnas dedit: Nec sic quidem graui cæsorū numero infractus est populus Iudæam inhabitātiū: sed in ipsis Hierosolymis aliud latronum pullulauit genus, qui uocabanť sicarii, nō iam secretis abditi, nec tenebris noctur nis insidiantes sine aliquo præsidio commeantibus: sed luce diei atq; in medio urbis & turbæ stipamine percutiebant, quoscunq; propius accesserant: breues manu gladios gerentes, cōferto populo permixti, ubi adhærētē fixerant, cadebat iprudēs cæco uulnere, ut querelam mors præueniret funus in promptu, sed percussor latebat, & si quis cōmotus fuisset alieno uulnere, propior suo factus erat cæsorum portio. Ita uel periculi metu, uel dissimulatione facinoris, sicarius nō deprehendebať. Tanta erat insidiantū uelocitas & celandi ars. Occiditur sacerdos Ionathas: addebanť multi quotidie, grauiorq; metus uiuentiū q̄ crimina interfectorū. Quasi ad pugnam, sic quotidie unusquisq; progrediebatur: grauiore tamē cōditione, quia hostis præuidetur, sicarius delitescebat, mors in oculis, in animis timor. Nemo se regressurū credebat, nec amicis fides deferebatur, dū sicarius metueretur. Quo plerisq; perterriti insonres quidē à flagitio latrocinandi, uel sicariorum cōtubernio, & si manu innoxii, consilio tamē infirmiores desertum petiere.

Claudius deficiēs Neronē Rom. p̄fficit imperio.

Sed dum sibi consulunt, terrore fecerunt discessiones: ex quo belli aduersus Romanos suspicio primo, deinde inuidia exarsit, quo metu prouinciæ rector misso equitatu, & pedestri agmine maximâ multitudinis stragem edidit.

Pseudo propheta Aegyptius.

Caput .VII.

AEgyptius quoq; pseudopropheta aduenies, & magicis imbutus artibus, dum iactat se prophetico spiritu cœlestia annũtiare oracula, triginta fere milia Iudæorũ associauit sibi, eosq; ad montẽ Oliueti congregans, frequenti irruptione penetrabat Hierosolymam: ita ut etiã Romanas incursaret custodias, quæ ne quid à populo moueretur, Hierosolymis prætendebant. Vbi etiam hæc compressa est insolentia, quasi in ægro corpore alia pars grauius inflãmabatur. Plurimi em palam discedẽdũ à Romanis, libertatem seruitio præferendam uociferabantur, progressiq; in agros quibus alimonia deerat, ui expetebatur.

Caput .VIII.

POstremo in urbe Cæsarea grauis inter Iudæos & gẽtiles seditio incessit, uendicantibus sibi Iudæis urbis totius quasi ab Herode Iudæo conditæ possessionem. renitentibus gẽtilibus, q conditor quidẽ Iudæus fuerit, sed Cæsaris eã nomine declarauerit. Deniq; & templũ intra eam struxerit, & statuas apposuerit, eoq; uidere gẽtilibus usibus magis eã mancipatam, harũ contentionũ seditio in manus uertit: quia neq; primi Iudæorum suos seditioni deditos cõprimere poterant, & gentiles opprobrio ducebant, si Iudæi sibi cedẽdum arbitrarentur, itaq; excitauerunt Felicem, ut dum utriusq; partis gestit comprimere multitudinem non acquiescentem, præsertim armis quãdo aliter nequibat, consuleretur. Cui successit Festus, qui latronibus plurimis comprehensis, haud exiguos ultimo exitio dedit. Albinus quoq; eadem à Romanis potestate sibi credita, nullum nequitiæ genus prætermisit, rapinarum improbus prædo, ut qui non dedisset pecuniam, in uincula raperet, * q̃uis innoxius: qui dedisset etiam reus absolueretur: auaritia gignebat superbiam, ut pauperioribus se tyrannum præberet, mancipium ditioribus: idem tamen & si prætergressus nequitiam superiorũ: ita à successore Floro, quasi deses ac lentus in flagitiis, lõgo sed proximo, interuallo præteritus ac derelictus: ut comparatione deterioris integer æstimatetur. Et qui primo questi fuerũt ut afflicti, postea Festum quasi bonum iudicẽ desiderabant. Hic em singulos exuerat Florus, urbes diripiebat, inquinatissimus in obscœnitatibns, in sæuitia crudelissimus, armis omnia cõturbans, & prælia de præliis serens, qui nec obsecratus ignosceret, nec exaratus parceret, in conspectu Beronices, quæ soror Agrippæ regis ad templum religionis causa uenerat, acerbissima cæde in populum desæuiebat, nec obsecranti deferendũ arbitratus, cum in seruientem religioni nudis pedibus astantem cerneret, & orantẽ fastidio haberet: unde ad Agrippam regẽ & ipsa scripsit, & populus Iudæorum direxit precatum auxilia libertati. Cui egredièti ex Aegypto occurrerũt plerq; ultra sexaginta stadia Hierosolymitanæ urbis obuiam, gredientes, & circũducti p urbẽ cũ fidẽ quærelarũ pbaret, insistere cœperũt ut legatos ad Neronẽ mitterẽt. Verũ ille dolorẽ ut ciuiũ, & ipse miseratus, tẽtamẽta tñ belli aduersum Romanos alta prudentia cernẽs moueri, ne & sibi iuidia populoq; ultimũ gigneret periculũ, coacto in unũ populo, & loco qui templo pximus & ponte diuisus, Sixtus appellabat, huiusmodi orationem habuit.

Felix.

Festus

Albinus.

Caput .IX.

ETsi in plerisq; improuidus consulendi moderandiq; impatiẽs, dolor grauibus aliquos facíat inæstuare queremoniis, tñ ubi cõsilium sumitur, sequestratur affectus doloris: nam si pmptos ad ulciscẽdas iniurias & ad inferẽdũ Romano bellũ imperio, uniuersos ex hoc populo cõperissem, ac nõ melioris partis & tráquillioris sententiæ, quod pacis est præoptare, & q quietis præferre, nec ad uos uenire ausus forẽ, nec consiliũ dare. Supfluũ est em suadere qd fieri oporteat, cum audientium assensus in deteriora fit. Sed quía aliis inexpertus bellicorum usus malorum, aliis perfunctoria spes liberratis prædulcis ad expetendum, sed plerumq; grauis ad adipiscendum, multis enim dum libertas petitur, seruitus accumulatur, & frequẽter totum eripitur, quibus uel no mẽ libertatis remanserat, alios quibus præsentia uilitate sui displicẽt, rerum nouitas in uitat, ac si turbẽtur negocia lucrũ putatur. Ideo uobiscũ cõsiliũ cõferẽdũ putaui, ne aut pruden

Oratio Agrippæ ad populũ suadentis bellũ aduersum Romanos moueri non debere.

prudentioq; sobrietas præripiatur, insolentiorũ audacia, aut qui recte sapere nesciunt, nostro saltem admoniti sermone cognoscant, acquiescendũ esse consultioribus. Silentium igitur deferendum censeo, ut & nos quæ cõducere uobis arbitramur aperiamus, & uestrum nemo perturbetur, si aliqua præter suam uoluntatem audiat. Nemo em potterit æstimare quale sit quod dicit, nisi audierit prius cuius ipse futurus arbiter sit: Probet aut respuat frustrà conturbat, ne audiat: licet enim & post consultationem unicuique sentire, quod sentit: Et si discessit, placet etiam monitus seruare inconsulta uoluntatis sententiam. Sed dicet aliquis: Cur frustra audiri uelim si non acquiescant qui audiunt. Quía si nolint acquiescere cum audierint, portio mihi concionis, non omnis populus periclitabitur. Si aũt audire nolint, etiam cũ pars audiri cõturbat, uniuerso populo eripiatur audiẽdi profectus. Itaq; apud eos mihi orietur sermo, qui audire uoluerint, si uel ex parte aliqua mihi silentiũ non deferatur: intercipit em sermo omnis, & quasi tonitus decidit, si cõcionalis fragoris & inquieti strepitus examinet impedimẽto. Duo sunt itaq; quibus respondẽdum arbitror: primo quæ in maximo sunt querelarũ pondere. Quod plerq; uociferantur de iniuriis præsidũ, & qd plerq; periisse sibi libertatem gemant. Quarũ propositionũ separanda mihi cõplexio uidetur. Si em præfides improbi, quid opus est libertatẽ attolere? ne uideamini nõ eoq; merito, sed seruitutis fastidio ac cusare præsides, quasi dominationis ministros. Aut si intolerabilis seruitus: supflua ergo de pfidibus querimonia. Nam & si in illis moderatior sit, nihilominus tamen turpis seruitus est. Cõsideremus ergo ne in utroq; eoq; nõ pfunctoria bellorũ materia sit, quid enim ineptius q̃ de iniuriis queri, & bellũ subtexere, ac periculis mutare contumelias? Dum iudicem refugías, hostem inducas: cũ iudex iniquus plerũq; iuris interpres sit, hostis aũt etiam iustus semp sit appetitor salutis. Tẽperari ergo nõ exasperari iudicem decet, hostẽ caueri, ne alterũ acerbes, alterum arcessas: cum & ille dilinimẽto mitior fiat, & iste declinari debeat ne possit nocere. Cauẽdũ igit de iudicibus, ne maior querela q̃ iniuria sit. Grauior quoq; obiectionũ inuidia q̃ cõmissorum pretia. Sæpe etem qui primo uerecundius deliquerint, accusati insolentiores sunt, & qui occulte ante furati sunt, postea palam latrocinãtur. Nihil itaq; tam exasperat feruorẽ uulneris, q̃ ferendi impatientia. Deniq; impensius in ipsis agrestibus feris artissima uincula, si se excitent imprimuntur: si quiescant, relaxantur: grauis quoq; febriũ uis tolerando minuitur, inquietudine augetur. Quod si norint sibi consulere agrestia, ut naturæ obliuiscantur, quo dolorem alleuent: quanto magis in hominibus frequẽs id docuit usus, quod eoq; qui laesi sunt toleranda lædentibus fuerit uerecundia, ut sine accusatore correxerint, quod accusati nõ emẽdassent. Sed esto fuerit intolerabilis Romanorũ iudicũ insolentia, quid igitur tolerabilius uniuersos an unum perpeti? Quæ aũt iustitia cum unus læserit, bellum inferre oĩbus? Nunquid omnes Romani iniuriæ autores? Nũquid ipse Cæsar aut studiose electus est improbus qui ad uos mitteretur? Sed neq; speculari possunt transmarina, oculosq; ad orientẽ & occidentẽ intendere, ut illic uideant quæ hic gerũtur: neq; audire facile, quod & si solicitudo exigat, lõginquitas negat probationũ difficultatẽ. Vnius igit culpa diffidiũ pariet orbis Romani, cũ etiam sine querelis uestris propria correctio sit nulla accusationis iuidia, itineris nullo labore. Annuis em uicibus Romani magistratus mutantur. Quo fit ut nec insolens diu maneat, & moderatior cito succedat. Nihil igit oberit quieuisse cũ remediũ deferatur, etiam quiescentibus. Causas belli aũt intexere perniciosum, quia dura belli aduersum oĩes conditio, aduersum Romanos ultima. Quos si fugere uelis cũ superare nequeas, orbis terrarũ tibi derelinquẽdus est. Sed libertatis cupiditatẽ prætenditis? Sera ista deliberatio: prius certandum fuit ne amitteretis libertatẽ, q̃ ut amissam reposceretis. Durus seruitutis usus, & ideo aut à principio non fuit subeunda, aut suscepta æquanimiter ferenda. Tunc decuit restitisse cum ad seruitiũ uocaremini. Illa iustior pugna. qui aũt semel se dederit in seruitutẽ & si postea subtrahere se uelit, nõ ille tanq̃ amator libertatis asseritur, sed tanq̃ seruus cõtumax adiudicatur. Vbi erat ista libertatis defensio, cum Pompeius uestris ingrueret regionibus: urbem dominus intraret, ubi erant arma pro libertate? Cur deposita sunt à patribus nostris? Et certe illi fortiores nobis fuere, uigebant animis, abundabant subsidiis, cu

piebant repugnare: ſed exiguam Romani exercitus nō ſuſtinuere portionē, uicti ſunt: ſed reſeruati agnouerunt iugū ſeruitutis, nec tolerarent pœnam captiuitatis. Quid recuſatis hæredes, quid debetis iure ſucceſſionis? Aſtringunt uos negocia patrū, quomodo obedientiam refugitis, tanto inferiores obedientibus: aut quid uobis reliqui erit, qui in uos Cæſarē & omnē uirtutē Romanā mouetis? Quomō poteſtis ſuſtinere eos qui de omnibus triūpharunt, atq; ab omnibus ſibi militātibus nūc adiuuātur? Et Athenienſes quidē pro libertate totius Græciæ incendio patriam tradidetūt, exilio mutātes domos, ne ſibi Xerxes dominaretur, quem in terris nauigantē, in fluctibus gradientem, cum eum nec maria caperent, nec terra ſuſtineret, q; Europæ totius ſpatia tranſitus eius itineris includeret, anguſtioribus terrarū finibus, q̄ exercitus cōmeatu: ita perſequuti ſunt fugientē, ut uix una naue fugitans, auxiliiq; indigens ſe ſubtraheret captiuitati, uerum ipſi illi uiri qui totam fregerūt Aſiam, propter exiguā Salaminam & imperitantem fluctibus Xerxē ſubigentē maria, in eo ipſo quod ſibi ſubiectū putabat elemento, gloriоſiſſime debellatū fugarūt: nunc Romanis ſeruiunt, & principes totius Græciæ Italoq; ſperiis obtēperāt: atq; illæ Athenæ quæ leges aliis dabant, nūc alienis legibus famulantē. Lacedæmonii quoq; poſt Thermopylas & Leonidæ defuncti triumphos, poſt Ageſilaū ſeruatorem Aſiæ, nūc amant dominos ſuos. Macedonia atq; Africa quæ per ſuos ualidiſſimos duces, totius orbis imperiū in ſua iura & poſſeſſiones tranſfuderant, tranſlatā à ſe potentiā nō indignātur, tantaq; rei mutatione cōtentæ, optant ꝓpitios dños quos ad ſeruitutem petebant. Nec Philippi diuitiis Macedones, nec Alexandri excitātur triumphis, quos duces omniū prudētiſſimos nō imerito inuictos arbitrabantē, quia alter ſe contra Græciā tenuit, alter fugiens arma Romana uſq; ad regna Caſpia, & extrema ſubactæ Perſidis, atq; Indorum ſecreta uictor peruenit, Magni nomen obtinuit quia maximos omniū nō laceſſiuit. Quē licet īmatura mors triumpho Romanorū ſubtraxerit, ſeruit tamē & ipſe in poſteris ſuis, quibus orientis ſpolia, nō ad fulctrum dominationis quæſita, ſed ad pretiū ſeruitutis, ut nobilitas famulantiū ad uictoris opes pueniret. Magna uirtus in Alexandro. Quid tamē mirū. Ille uſq; ad Oceanum uictoriā exrendit, Romani ultra Oceanū. Teſtis eſt Britannia extra orbem poſita, ſed Romanorū uirtute in orbem redacta. Quos ætas ſuperior ignorauit, didicit Romanorū uictoria. Seruiūt & ipſi, qui quid eſſet ſeruitus ignorabant, ſoli ſibi nati & ſemp ſibi liberi, quia a ſuperiorū potentia, interfuſo Oceano ſecreti metuere nō poterant, quos neſciebāt. Plus itaq; fuit tranſiſſe ad Britannos, q̄ triumphaſſe de Britannis. Quid em̄ facerēt elementis iam Romanorum imperio ſubiectis? Docuit illos Oceanus ſeruitutis patientiam, poſtq̄ tranſtantibus & ipſi Romanorū nauigiis, inſuetam ſibi ſeruitutē agnouerant. Nam de Annibale quid retexam, qui tot regionū uictor, Romanis & ipſe militauit triūphis, quibus ſat pes aperuit, uiā ſtrauit, urbes ſubegit, quæ uictoribus acquirerētur. Et qui frequēter ſuperior, ſpem tamē uictoriæ uictis nunq̄ interclusit, ſemel uictus reparare ſeſe nequiuit. Ceſſit ſponte uictoribus quos uictor nō ſuſtinebat, abiectiſq; armis uictricibus, ad Pruſiam ſeſe contulit regē: ex duce mercenarius, ex triumphatore fugitiuus. Veniamus ad Galliarum incolas populos natura feroces, & naturalibus muris ferociores, quos nō cōmenta parietum, ſed iuga Alpiū ab ortu ſolis tuentur, ab occaſu Oceanus includit, à meridie præruptа Pyrenæi, à ſeptētrione Rheni fluenta, immanesq; Germani inſuperabiles, & inacceſſibiles reddidiſſe ſe clauſtrorū beneficiis æſtimabant: Romanis tamen ſupra nubes uiantibus, & ultra columnas Herculis imperiū propagantibus, nihil inuium fuit, tanta felicitate hoſtis, & qui latebat repertus & qui reſiſtebat uictus eſt: quoq; ſpro uiſo aduētu cōſediſſe mōtes Germania credidit Rhenū exaruiſſe, qui magnitudine cornoq; & cōtemptu mortis cæteris ualidiores, qui retinaculū añ ſuū Rhenū putabāt: nūc ſalutis defenſionē. Itaq; iam nō copiis Germanoq; replenē, ſed Romanoq; Liburnis, quæ perrantes tot uſq; ad mare bicornis amnis, quōdam liberas gentes ſeruitio premunt, ut quæ ſibi añ totius orbis imperiū ꝓſumpſerāt, nunc ſeruitutis ꝓpriæ mercedē exoluant. Quid Illyriis erutū uenis terraq; ſuaq; auq; ꝓfuit? qbus nō abſtīdauit ad libertatis ꝓmiū? Quāto ꝓtioſius Romanoq; ferrū cui ſeruit auq; Pānonioq;? Dat itaq; Pānonius auri tributū, & opes ſuas ad Romanū ærariū uolēs trāsfert, ut ſit tutior in ſeruitute, nec incolā ſuum

Alexander Magnus.

Annibal.

Colūnę Herculis.

ſuum auro turbida Pactoli unda extulit in ſuperbiam, ſeruit libenter, q̄bus ſeruire imperia uidet: nec miratur Indus gemmā ſuam, aut Seres lanā ſuam. Ad uſum dominorū exercētur illa, nō ꝓtio mercium, ſed functionū munia: Perſaq; ſupbia audimus imperia, ſed eorū quoq; obſides uidimus, & cū ipſi imperent plurimis nationibus, tñ offerunt liberos ſuos & nobilitatē ſuam. Seruire Romanis gaudent pro fide pacis, ſimul ut ſeruiendo diſcant ſuis imperare, offerūt ueſtes, monilia, elephantos quoq; Romanis, unum tributū reges imponere. Attexamus Aegyptū abūdantē opibus ſuis, nec indigentē pluuiæ cœleſtis, quæ ſibi ipſa ībres generat, et pluuiarū hubertates creat. Deniq; cū ſit feruēntior oībus regionibus, ſola nō queriť de ſiccitate, & q; nulli alii loco ſuppetit, alit irriguo ſuas meſſes. Nauigať in arenis, nauigať per ſata ubi pluuia neſcitur. Cuius tñ noua gratia & naturalis fœcunditas Romanis militat, ut quatuor menſibus dños alat. Quid ipſam urbē loquar cognomīe regis fortiſſimi, quæ ſepta fluminis muro, neſcit obſidionē? q; uniuerſorū amnium maximus, diffuſo per ſpatia terrarū alueo, & obſidiōis ſubmoueat impedimēta, & in uehendis quæ neceſſaria ſunt ad uſum rerū miſtret? Quæ magis poterat ad rebellandū, q̄ Aegyptus excitari, quæ decies ſeptingenta & q; nquaginta millia hoīm, præter Alexādriæ incolas populos Romanis faſcibus numerat aſcriptos? Et cum habeat tantā multitudinē, mauult tū Romani imperii tributis ſe exercere, q̄ ſuis militare ſtipendiis. Non tranſiliā Cyrenenſes Lacedæmonioq;, qui quondā cū Carthaginenſibus de finibus atq; impio certarūt, finem certaminis mortē offerētes. Qua oblatione uicti, ſed ulti tamē iniuriā fratribus Phileneis uictoriā cōceſſere: nec Syrtes præteribo terribiles, etiā ſolo auditu q; oīa ad ſe trahāt, & appropinquātia uadoſo mari hæreant, tertiā partē orbis totius ab Atlantico mari & colūnis Herculis uſq; ad mare rubrum, atq; Aethiopas definiri req; periti aſſeruere. Quis tot gētiū populos numero recēſeat, quibus fulta Carthago Scipionis dextram nō tulit, maluitq; Romā duabus anni p tibus aduerſum ſe paſcere, q̄ aliorū opibus nixa aduerſum Romanos rebellare? Creta quoq; cētū urbibus nobilis, huberrima ꝓferēs regna, circūfuſa undiq; mari, ex fluctibus tanq̄ mœnibus ſolita hoſtē repellere, unū conſulārē uereť, & plurimi populi ex faſciū uirgulis metu īclinanť. Aſia pōtus, Eniochi, Scythæ, Nomades, Taurici, Scythæ, Mæotiaq; regna, Boſphoraniq; oēs Romano imperio ſubiiciūtur, & illud ante inauigabile pelagus. XL. naues ad pacē exercent. Nam de Armenia q̄d dicam, quæ nō ſolum limitis ſui ſeruat quietē, uerūetiā portarū intenta cuſtodiæ diligenter explorat, ne pacem turbaturus aliquis irrepat. Omnes ergo Romanis ſeruire geſtiūt, uos ſoli dedignamini his eē ſubiecti, q̄buſubiiciūtur uniuerſi? Quibus freti armis, quo ſupbi milite, ubi ē ſtolus nauiū ueſtrarum, qui obſideat freta, percurrat maria Romanoq;? In ipſorū em̄ nomen elemēta etiā tranſierunt, in quos etiam tranſiuit orbis terraq;, qui Romano imperio clauditur & definitur: deniq; à pleriſq; orbis Romanus appellatur. Nam ſi uerū quæramus, ut ſuprà diximus, terra ipſa infra Romanoq; imperium eſt, ſupra quā progreſſa, Romana uirtus ultra Oceanū alterū ſibi orbem quæſiuit, & in Britannia ſibi remota à cōfinio terraq; nouā ſibi inuenit poſſeſſionē. Deniq; quibus ius nō ſolū ciuitatis Romanæ, ſed etiam ipſius propè humanæ cōuerſationis negatur, illò dirigūtur ut illic habitent quaſi mundi exules. Ceſſit Oceanus finibus ſuis, nouit Romanus interiora eius petere ſecreta, cum ipſis uobis erit bellum aduerſum quos, nec natura ſuū ius poſſidet? Euphrates ille inacceſſibilis ante niſi ſuis incolis, ex utraq; iam ripa Romanus eſt, & ſub imperio Romano totum eſſe ſignificat orientē. Iſter in ſeptentrionalibus partibus inter ſæuas & inhoſpitabilis eſſe poteſt, arat Romanis: atq; ipſis meſſem ſuā colligit in occaſu quodam ultima terrarum Gaditana ora, nouos ſuſcipit hoſpites, qui Romano imperio tributa ſua deferant. Habet & ipſa quo dirigat merces ſuas, ubi ante ſolū naufragium putabant, ibi nunc mutuatur cōmercium. Cum igitur Romanorum omnia ſint, unde uobis aduerſum Romanos præſidia quæritis? Ex qua uobis inhabitabili parte ſocios poſtulabitis? Quicunq; enim in orbe terrarum ſunt, Romani ſunt. An ultra Euphraten ad Adiabenos dirigetis legationem, ſed nec ipſis uacat ſua relinquere, nec Parthus ſinit petitā ſibi pacem interpellari, ne ipſe in finitimis reus ſit rebellionis, ne illud bellum ſimile pu-

Aegyptus ſibi ipſa ībres generat.

Alij dominos alat.

Cyrenenſes.

Syrtes.

Creta.

Aſia.

Armenia.

ſōλ☉

Orbis Romanꝰ appellatur orbis terrarum.

Euphrates inacceſſibilis.

Iſter.

tetis ac si aduersum Arabas & Aegyptios uobis gerēda ꝓlia sint: Alia Romana arma, aliæ opes ex toto quæsitæ orbe, nec Hierolysomitana uobis blādiāt ꝓsidia muroꝝ, ualidioꝝ Romani muꝝ rupertūt: sed de religiōis auxilio ꝓsumitis, cū orbē iam Romanū lesu disci puli repleuerint? Aut siue nutu dei putamus illā crescere religionē, urbēq; Romā supra oēs regiōes, pferre imperiū suū. Hæc nostra nos iamdudū religio deseruit, quia nos deseruimus fidē, & frequēter interdicta mādatis cœlestibus tepetiuimus. Vnde in nos uenit Aegyptius? quēadmodū captiui facti sumus Assyrioꝝ? Nonne scriptura dixit hæc euēturas? Nōne scriptū est, pfanāda oīa tēpli sacramēta? quæ iā sæpius, pfanata uim suā atq; oēm diuinoꝝ mysterioꝝ grām nō repsentāt. Cōtaminatū est tēplū humano sanguine, repleta sunt puluīaria cadaueribus, pfusæ aræ Rom. cruore, pugnatū ē sabbato: ꝓuaricatio facta est, dū tēplū nō sua obseruatiōe, & feriaꝝ solēnitate, sed cruēto defendit ꝓlio. Et hoc utiq; iteꝝ fiet. Ergo quō possimus tāq; aduersum hostes, & religiōi aduersari os diuinū auxiliū mereri? cū ipsi ꝓuaricationē inferamus nr̄æ religiōi. Quod igit reme diū, cū et humanæ opes nō suffragent, nec diuina nō opitulet gratia? Alteꝝ hoꝝ aliquos inuitare solet ad bellū, uobis utrūq; deest. Quid ergo supereſt nisi manifestū excidiū? quod si nō declinatis dū cauere licet, nihil aliud nisi uos ipsi uestrā patriā cōcremabitis, templū q; exuretis, coniuges quoq; & liberos dabitis neci, quibus autores eritis supmæ amissiōis. Cū maloꝝ omniū incremētū incōsolabile sit, nostræ culpæ ascribi debēt, quæ sustinemus: accedit huc q; aliaꝝ urbiū bella, suoꝝ incolaꝝ excidiis determinant, uestra rebellio totius erit excidiū religiōis, quæ toto diffusa orbe populos ubiq; dissēminabit, & in oīb⁹ urbibus nostri portio est. Vestro igit ꝓlio Iudæi oēs implicabunt: nec erit ulla regio nostri expers cruoris: Aut si tales sunt Romani ut Iudæos nō persequantur, nec bello lacessiti, q̄ iniustū est bellū his inferri, quoꝝ humanitatē sperātis. Bonū est charissimi, bonū est dū adhuc in portu nauis est, ꝓuidere tēpestatē futurā, nec imminētibus quenq; sese obiectare periculis, ne cū in altū ꝓcesseris iam naufragiū non possis cauere. Et plerūq; quidē repentina exurgit procella, & bellū excipit: etiam si nō inferat, sed interest, lacessere hostē an excipere, magis parcit nō lacessitus, & necessitas excusat insolētiam: ubi uero in ꝓruptū quisquā sese immergit periculū, onerat etiam opprobrio. Nō is hostis est quē fuga possitis uitare. Quocūq; ibitis, sequet periculū: imo ubiq; hostem reperietis. Oēs enim amici Romanoꝝ sunt, & quicunq; ꝓter Romanoꝝ amicitiā est, hostis uniuersoꝝ est. Subeat uos patriæ amor: si nō pignoꝝ uestroꝝ, nō coniugū uos cōtemplatio reuocat, reuocet tēpli cōtuitus sacratissimi, parcite saltē religiōi, parcite saltem sacratissimis sacerdotibus, quibus iam nō parcēt Romani, neq; ipsi templo, quos percisse pœnitet: quoniā iamdudū uolunt oēs gētes nostram extinguere religionē, cui Pompeius cū extinguere posset, pepercit. Ego nihil ꝓtermisi, omnia monui, quæ ad uestram spectant salutē: hoc uobis suadeo, quod mihi eligo: uos cōsiderate quid uobis & mihi utile sit, opto uobis & mihi pacē esse cū populo Romano: si recusatis, ipsi meā uobis erīpitis societatē, aut cōis erit gratia, aut sine me periculū. Hæc dicens illachryma uit, Beronicēq; soror eius. Nam & ipsa instituit superioribus, & multū eos Agrippa suis lachrymis inflexerat, ita ut dicerēt Iudæi nō Romanis rebellamus, sed Floro qui bello digna cōmisit, bellū inferendū arbitramur. Rūdit Agrippa, sed hoc est Romanis bellū inferre: facta uestra Romanoꝝ iniuriam petūt. Non Floro, sed Romanis: nō Floro, sed Cæsari tributū negat: Non Flori, sed Romanoꝝ miles in castro est, quod appellat Antonia, a quo dirutis diuisisq; porticibus templū separatis, ut custodia sequestraret. Restituite statutū superioꝝ tributū: quod Cæsari debet, Cæsari soluat, ne Florus hoc referat nō se a uobis, sed Cæsaris imperiū repudiatum. Acquieuerat populus his dictis, ita ut cū Agrippa in templū ascenderent, porticus ut fuerant incīperent ædificare, tributum cogerent. Deniq; breui missis in huiusmodi muniis industriis executoribus, cōgregata sunt talenta. xl. quæ deerant tributariæ solutioni. Cōpressus fuerat omnis belli tumultus: sed adiungere hīs Agrippa uolēs ut Floro obtēperarēt, donec ei a Cæsare succesſor ueniret, ita plebē exasperauit, ut ne ab eius quidē cōtumelia tēperaret, sed extrusum urbe nōnullis iactis lapidibus, incertū an percusserint. Qua motus iniuria rex, autores eoꝝ comprehensos ad Florum direxit, Ipse autem in regnum suum concessit.

Caput

Caput .X.

EO discedēte concitatores belli compositis insidiis, Massada castellum occupauerunt, necatisq; Romanoꝝ custodibus, suos constituere. Eleazarus quoq; ꝓncipis sacerdotū filius, præruptæ uir audaciæ suasit, ne cuius alienigenæ donū uel sacrificiū reciperet: quæ tuba belli aduersum Romanos fuit, uniuersosq; in tumultum excitauit. Vidētes itaq; potissimi quiq;, quod ea res præsumptæ causa foret dissensiōis, agebant cū populo non solū Cæsari bellū irrogari, sed uiolari etiam instituta religiōis, templiq; īminui reuerentiam: arguī & cōdemnari patrū traditiones, qui ex muneribus alienigenaꝝ templū ornauerint, cui multo amplius accesserit diuitiaꝝ ex collatiōe gentiū, donisq; diuersaꝝ & innumerabiliū nationū obliterari sancta maioꝝ, sacros ritus nouari. Quid futuꝝ de his quæ ante collata sunt, si simili mō conferri in posteꝝ dona gentiū prohibeant? Aut si solis Romanis sit interdictum quod omnibus liceat, quod incentiuū belli futuꝝ? Postremū impiū, si apud Iudæos tū nec sacrificare, nec inferre munera alienis permitteret. Considerare eos oportere, quia Cæsaris pax soluerēt, quē hmōi mortū offensione, haud dubie factuꝝ, ut eriperet Iudæis omnē usum sacrificioꝝ: ut nec pro se sacrificarent, qui sacrificiū Cæsaris refutauissent, præueniendū mature. Nam talia cōsulta si ad Floꝝ, atq; inde haud dubie ad Cæsarem peruenirēt, Iudæoꝝ genti pestē factura: simul hæc astruere sacerdotū testimoniis desiderantes, interrogabant si unquā a maioribus esset sacrificiis gentiliū renuntiatū: id cū minus liqueret, obstrepebant ad sedītionē parati, nec ministri quidē altaris audebant sese tantæ discordantiū inserere contentioni: unū remediū supereſse uisum est, ut Florus atq; Agrippa rex cū militari manu adessent, ut saltē metu desisterent, qui cōsilio nequaq̄ reuocarent: sed Florus qui augeri uellet seditionē, ne ullus Iudæis esset ueniæ locus, qui nisi inuoluti bello forent, urgēdi rapinas eius, & grauiora cōmissa facultas oīs extingueret, passus est crescere belli furorē, nihilq; legatis respōsi reddidit. Agrippa uero quē maxime ambiebat Scyli et Antipæ Custobariq; propinquoꝝ suorum legationē, in cōmune bonum, ut & Iudæos Romanis seruaret, & Iudæis religionē, patriæ templū, urbem ciuibus, sibiq; imperii decus, regni tranquillitatē, misit tria milia equitū Dario & Philippo turmarū ducibus, ut auxilio freti, bonarū cōsultores partium promptius adniterent. Hinc fidutia bonis orta, improbis indignatio, bellū adoleuit. Cū hos causa iustior, quæ nihil tū armorū conflictus iuuaret: illos furor & multitudinis nūerus accēderet, diuisæ acies prælīatorū: principes sacerdotū & uulgi portio quæ pacē optabāt, cū regiis equitibus partē ciuitatis superiorē occupauere; illi alii in iferioribus siti, templū & propinqua loca sacris sibi uendicabāt. Primo lapidibus, & saxis & iactu telorum utrinq; bellū lacessunt, decernunt sagittis. Postea ut sese forte obtulit prælīādi necessitas, cōsertæ manus, peritia usuq; regii præstabant, uolētes arcere accessu belli excitatores, ne templū intaminarēt. Cōtrà Eleazaro cū suis etiam superiorē urbē, quæ uocabat Sion inuadere studiū erat: septē diebus sine intermissione aliqua bellatū est. Octauus solēnitatis dies, quo ligna oēs altaribus solebant īponere, ne qñ ignis deficeret, quē oportebat inextinguibilē perseuerare, furore addidit, ut oēs à templo ministri excluderent. Audacius solito ficariis sese proripientibus cessere regii, nec in superioribus partibus cōsistere ausi: incēsæ ædes Agrippæ & Beronices, direptū omne instrumentū regiū, ignis circūferebat: ut etiam chirographa debitorū, quæ recōdita in tabulariis erant publicis, exurerent: quo fœneratoribus suis inopes insolētius insurgerent, omni nexu sese absolutos arbitrati: incēdebant urbē manibus suis, exurebant nerui ciuitatis, expugnatū est castrū, cui nomē Antonia, cæsi oēs, custodes reperti, incēsum postea. Massadā quoq; ꝓpiēs sese Manaimus, Iudæ Galilæi filius, acer & peritus sophista, & turbādis rebus exercitatus, armorū inuasit officinas, & īduit armis inermes. Regressusq; in Hierosolymā, stipatoribus tanq̄ regio more comitantibus, īmane quantū insoleuerat, ut supgrediens usum priuatū, nec ab illicitis quidē, quæ liberi populi ferre nō possent, temperādū arbitraret: insurgētibus in eū pluribus, qui fultū regali indumēto, tyrannū & dīm incubuisse libertati ciuiū increpitarent, graues pœnas dedit, ut afflictus prius cruciatibus īmoreret, nec tū dissidiū remotū: nā multo grauior motus insurrexit. Deniq; Metilius cū Romanis militibus orauit, ut sibi discedere

Massada castellum.

Ignis inextinguibilis.

Castrū Antonia.

Metilius & Mutilius dicitur solus reseruasse.

dere liceret, datáq; fide & interpositis sacris: ubi iuxta pactũ arma deposuere, cum sine metu abirẽt, ab Eleazaro & sociis factiõis multi obtrũcant. Nõ resistendũ aduersus uim, nec ꝓcandũ rati, sed tm̃modo uiolatã fidẽ & periuriũ perfidoꝝ uociferantes. Oẽs ita q; interfecti: Metilius ipse ꝓfectus militũ rogando & obsecrãdo, simul pollicẽs usq; ad circumcisionẽ quoq; se Iudæũ futuꝝ, solus reseruat. Ca. XI.

Nusq̃ ius nusq̃ religio.

AR debat oẽis Iudæa: Syria quoq; ꝓuincia oẽis in bellũ excitata. Deniq; Cæsarienses quoscũq; habebant Iudæos interfecerũt: quo dolore excitati plurimas Syriæ urbes Iudæi adorsi debellauerũt: nusq̃ ius, nusq̃ religio, nobilior erat q̃ plura diripuerat quasi ꝑmia cõgerens fortitudinis. Erat spectaculũ miserabile, cũ inhumata corpora passim iacerẽt in urbibus: pueris cõmixti senes, mulieres quoq; nec ꝑ

Latrociniũ Iudæoꝝ & Syrorum.

ter uerecundiã spectantiũ monumẽtis, quibus pudenda tegerent relictis: oẽia fœda & plena specie miserabili, quæ cum tetrũ horrorem excederẽt, grauis ac nefariæ crudelitatis, grauiora tm̃ adhuc sibi inuicem minitabant. Erat immane latrociniũ inter Iudæos ac Syros, cũ spes nulla salutis eẽt, nisi ut iuicẽ se ꝓuenirẽt. Quæ em̃ ciuitas quæ nõ Iudæos simul & Syros permixtos haberet? Dies in sanguine, noctes in formidine tranigebant: nec odiis, nec auaritiæ modus ullus. Nam ꝓter sectaꝝ & cultus diuersitatẽ, quæ in malũ publicũ eruperat, ut è diuerso se perditos uellẽt, auaritia habẽdi & rapiendi cupidoa nimũ inuaserat, ut nulli, quẽ prædæ studio deputassent neci parcendũ existimarent. Quid de minore numero cæsoꝝ loquar? Nam præter Antiochenos & Sidonios & Apamenos, difficile quisquã populus inhabitans secũ Iudæos non persecutus est. Ceraſſem aũt & uolẽtes egredi, usq; ad fines ꝓprios ꝓsecuti sunt, utsine ulla fraude abirẽt. Alexandriæ uero orta inter gentiles & Iudæos cõtentione, dum Hebræi uindictam reponerent, ac raptis facibus cõgregatũ in amphitheatro populũ gẽtiliũ minitarent exurere, alia curantẽ Alexandrũ, Tiberiũ ꝓfectũ loci in se cõuertere, ac primo quidẽ cõcordiam publicã reformare pacificis tẽtabat sermõibus. Vbi uero inuideri ab his quæ sedulò moneret aduertit, nec ullo odio mõ tolli posse tãtã seditionẽ iuadẽdi eos, militibus ptãtem dedit, qui circũfusos adorsi maximã p totã urbẽ stragẽ fecere: cum alios resistẽtes, fugiẽtes alios in domibus suis latitantes necarent, neq; ulla subiaceret, uel paruoloꝝ miseri-

Cæsa sunt Iudæorum quinquaginta fere milia.

cordia, uel reuerẽtia senũ, uel mulieꝝ uerecundia. Cæsa itaq; Iudæoꝝ quinquaginta ferè milia, natabant plateæ sanguine: repleta erant oẽia cadaueribus, crepitabant flammæ sæuo per urbẽ incendio, quæ Iudæoꝝ domibus inuectæ uicina simul depascebant. Insolix tm̃ Alexander tandẽ milites abstinere, & receptui canere iubet: uulgi tm̃ ira semel ꝓgressa in potestatem necandi, nequaquam mitigabatur.

Caput .XII.

Iesus diuinorum arbiter.

LVebant em̃ sceleꝝ suoꝝ supplicia, qui postq̃ dm̃ Iesum crucifixerant diuinoꝝ arbitrum, postea etiam discipulos persequebant. Plericq; tm̃ Iudæoꝝ, gentilium plurimi crediderũt in eũ, cũ ꝓceptis moralibus opibusq; ultra humanã ptãtẽ ꝓfluẽtibus inuitarent. Quibus ne mors quidẽ eius uel fidei, uel gratiæ finẽ imposuit, imo eã etiã cumulauit deuotionẽ. Intulerũt itaq; paricidales manus, atq; autorẽ uitæ interfeciendũ ad Pilatũ deduxere, reluctantẽ cœperũt perurgere iudicẽ, in quo tm̃ nõ excusabat Pilatus, sed Iudæoꝝ amentia coaceruabat, quia nec ille adiudicare debuit, quẽ reum mîme deprhẽderat, nec isti sacrilegiũ paricidio geminare, ut ab his q ad redimẽdos & sanandos eos sese obtulerat, obtruncaret, de quo ipsi Iudæi quoq; testant, dicẽte Iosepho historiarum scriptore, ꝙ fuerit illo in tempore uir sapiens, si tm̃ oportet, inquit, uirum dici: mirabilium patratorẽ opeꝝ: qui apparuerit discipulis suis post triduũ mortis suæ uiuẽs iteꝝ, sedm̃ ꝓphetarum scripta: qui & hæc & alia innumerabilia de eo plena miraculis ꝓphetauerũt: ex quo cœpit congregatio Christianorũ, & in oẽ hoim̃ penetraret genus, nec ulla natio Romani orbis remãserit, quæ cultus eius expers relinqueret. Si nobis nõ credũt Iudæi, uel suis credãt: hoc dixit Iosephus, quẽ ipsi maximũ putãt: & tm̃ ita in eo ipso qd̃ uerũ locutus ẽ, ita mẽte deuius fuit, ut nec sermõibus suis crederet, sed locutus ẽ ꝓpter historiæ suæ fidẽ, ga fallere nefas putabat: nõ credidit ꝓpter duritiã cordis et pfidiæ intẽtionẽ: nõ tm̃ ueritati ꝑiudicabat, ꝙ nõ credidit, sed plus addidit testionio ꝙ nec ĩcredul⁹, et iuit⁹ negauit; In quo Chr̃i Iesu claruit potẽtia æterna, ꝙ eũ etiã principes synago-

Cæsa itaq; Iudæoꝝ quinquaginta fere milia.

Iosephus suis non credit sermonibus.

synagogæ quẽad mortẽ cõprehẽderant, deũ fatebant. Et uere quasi deus sine exceptiõe psonaꝝ, haud ulla mortis formidíe locutus, excidiũ quoq; tẽpli futuꝝ annuntiauit: sed nõ eos tẽpli iniuria cõmouit, sed quia in flagitiis ab eo & sacrilegiis corripiebant, hinc ira exarsit ut interficerẽt eũ, quẽ nulla habuissent tẽpora. Nã cũ alii ꝓcando meruerint facere, quæ fecerũt, hic in ptãte habebat ut oẽia quæ fieri uellet imperaret. Occisus erat ante mortẽ Iesu, Baptista Iohãnes uir sanctus, qui nunq̃ in seculis salutis ueritatẽ posuerit. Deniq; ad oĩa quæ plena iustitiæ docebat, quibus ad cultũ dei inuitabat Iudæos, et-

De Iohanne Baptista occiso, cui⁹ causa necis libertas erat

iam baptismũ ꝓpter purificationem animæ & corpis instituerat. Cuius causa necis libertas, qd̃ perpeti nequiuit ab Herode fraterni uiolata cõnubii iura, germanoq; abductam cõiugẽ. Nam cũ idẽ Herodes Romã pergeret, hospitii causa fratris ingressus domũ, cui erat uxor Herodias, Aristobuli filia regis Agrippæ soror, ausus est eã naturæ immemor solicitare, ut relicto fratre sibi nuberet: cũ de urbe Roma reuertisset ex cõsensu

Herodias

mulieris inita incesti pactio est. Cuius indiciũ rei peruenit ad Aretæ regis filiã, in cõiugio adhuc Herodis manentẽ. Ea riualẽ indignata redeũti marito insinuauit, ut ad Macherũta oppidũ dirigeret, qd̃ erat in cõfinio Petræi regis & Herodis, ille qui nihil suspicaret simul quia oẽm circa eandẽ imminuerat affectũ, quo facilius Herodiadi pactiõis fidem ꝓstaret, si ablegaret cõiugẽ, acquieuit eius suggestiõi. At illa ubi patrio regno appropinquauit, cognita patri Aretæ ꝓdidit, qui per insidias oẽm exercitũ Herodis bello laceſſitũ deleuit, ꝓditione facta per eos qui ex Philippi tetrarchæ populo Herodi sese associauerant. Vnde Herodes Cæsari querelã detulit: sed uindictã imperatã à Cæsare indignatio dei sustulit. Nã in ipo apparatu belli, Cæsaris mors nũtiata, idq; à Iudæis æstimatũ cõperimus et creditũ, (autore Iosepho) aduersum se idoneo, qd̃ nõ fraude hoim̃, sed dei cõmotione Herodes exercitum amiserit, & iuste quidẽ ꝓpter uindictam Iohannis Baptistæ uiri iusti q dixerat ei: Non licet tibi fratris uxorẽ habere: sed ita hæc cõtexi mus, quasi uel in suis Iudæi legitima custodierĩt, apud quos interierat summi ius sacerdotii, aut auaritia interceptũ, aut potioꝝ insolẽtia, qui licere quod uellẽt, ius putabant. Nanq; a principio, Aaron summus sacerdos fuit, qui ad filios suos ex uoluntate dei unctione legitima transmisit sacerdotii ꝓgatiuam, a quibus per ordinẽ successiõis cõstituti sunt, principatũ sacerdotii gerentes. Vnde patrio more cõualuit neminẽ fieri principẽ sacerdotũ, nisi qui esset ex sanguine Aaron: cui primo ius istiusmodi delatũ est sacerdotii. Alterius aũt generis uiro nec regi quidẽ liceret succedere. Deniq; Ozias, quia usurpauit sacerdotii munus, perfusus lepra temploq; eiectus, reliquam ætatẽ sine imperio exegit, & certe rex optimus fuit, sed usurpare ei nõ licuit officiũ religionis.

Aaron summus sacerdotum.

Ozías perfusus lepra quia sacerdotii munus sibi usurpauit

Caput .XIII.

FVerũt itaq; exquo egressi sunt ex Aegypto patres, usq; ad ædificationẽ tẽpli, qd̃ Solomõ cõdidit, principes sacerdotũ. xiii. qui fiũt anni ducẽti. xii. qm̃ primo q erat princeps sacerdotũ usq; ad mortẽ perseuerabat, nec quisq̃ in locũ uiuentiũ substituebat. Postea etiam ea uiuentibus subrogabant. Ergo isti tredecim per successionem adepti sunt sacerdotiũ, quibus tẽporibus & aristocratia fuit, & monarchia, iudicũ & regũ potestas. Rursus a Solomõe usq; ad tẽpora captiuitatis, qñ in Syriam populus demigrauit urbe capta tẽploq; exusto, fuerũt sacerdotũ principes. xviii. per annos quadringẽtos. lx. et mẽses. vi. & dies. x. lxx. aũt annis post in captiuitate fuit populus. Postea Cyrus cũ dimitteret populũ patrũ de regiõe Assyrioꝝ, & tẽpli ædificandi potestatẽ daret, etiam sacerdotũ principẽ Iosedech qui simul abductus erat redire permisit, ut ritus ueteris solennitatis per assueti sacerdotis sciam reformaret. Ipse igit & posteri eius quindecim numero uiri, a reditu populi usq; ad Antiochum Eupatorẽ, officio functi sunt per ordinem successiõis, & principatũ sacerdotii repsentarũt annis. cccc. xiiii. Primus Antiochus quẽ suprà memorauimus et dux eius Lysias occiso Onia sacerdotũ principe, in locũ eius substituerũt Alchimũ in sacerdotiũ. Qui licet fuerit de Aarõ gñe, nõ tm̃ fuit de ipa domo. Vnde Ananias frater Oniæ pgens in Aegyptũ, petiit a Ptolemæo phylometore & Cleopatra cõiuge Phylometoris, qui ritus obseruatiõis ab Hierosolymitanæ solẽnitatis similitudine, in Alexãdrinæ urbis cultibus inseruerat, ut illic princeps sacerdotũ subrogaret, eo quod Alchimus legitimã nõ haberet sacerdotii successionem,

atq;

atq; idem tñ exacto triennio defunctus, nec successorem habere meruit qui abrogauerat legitimæ successiõis solennitatẽ: fuit itaq; septem annis ciuitas sine principe sacerdotii. Vsq; ad hoc tps regressio patrum de terris Assyrioꝝ democratiam tenuit, eo ꝙ per regum iniquitates in captiuitatẽ se esse deductum, Iudæoꝝ populus recognosceret: Asamonæi postea nacti ptãtem populo ꝓsidendi, Ionatham sacerdotum principem constituere, q per septẽ annos functus suscepto munere, p insidias Triphonis finẽ uitæ inuenit, ĩ cuius locũ Simõ frater germanus tanq̃ iure hæreditario, p electionẽ tñ successit, quẽ generi insidiis inter epulas extinctũ accepimus, à quo ad filiũ eius Hyrcanũ, quẽ fuga periculo exemerat ꝓgatiua sacerdotii demigrauit. Hyrcano aũt Aristobulus q etiam regnũ memorato adiũxit muneri, ut utriusq; eẽt particeps, & Aristobulo Alexãder substitutus est: Penes Alexãdrũ & regnũ & sacerdotiũ usq; ad dies uitæ eius mansit: supmũ per septẽ scilicet et .xx. annos, sed plerũq; dubio statu. Nã & anceps inter ipm & Demetriũ uictoria fuit, & odiũ immane à ciuibus. Idẽ moriẽs Alexander q periculosam filiis suis cerneret odioꝝ suoꝝ hæreditatẽ, Alexandrã cõiugẽ suam exercitã usu ĩperii, & cõmuniũ assuetudine cõsilioꝝ, gratiorẽ tñ populo, ꝙ & aduersum uiri sæuitiã periclitãtibus frequẽter ꝓsidio fuerit, & cõiugi tẽperamẽto, regali præesse uoluit gubernaculo: arbitram simul statuẽs, cuinã potissimũ filioꝝ summũ sacerdotiũ cõmittereẽ. Illa Hyrcanũ patri substituit in sacerdotiũ, uel ꝓpter maioris ætatis ꝓgatiuã, uel ꝙ leniore q̃ frater ingenio, nullas super regni negociis matri uidereẽ molestias excitaturus. Aristobulo nihil publicoꝝ cõmisit officioꝝ: Sed ille etiam uiuẽte matre, ægritudis tñ eius occasiõe in remotis & munitioribus locis regẽ agebat: quo offensa mater & Hyrcani querelis anxia uim morbi aluit, nec ultra nouẽ annos ꝓgressa imperii oĩm hæredẽ Hyrcanũ reliqt: nõ quo seruatuꝝ ꝓsumeret, sed ne indignũ iuuaret, aũt usurpatoris insolẽtiam iudicio ꝓsperiore accenderet: ueꝝ Alexandræ mors etiã Hyrcano sacerdotiũ regnũq; ademit. Nã bello uictus ad munitiora sese cõtulit, retẽtisq; cõiuge & filiis Aristobuli, quos in castro inuenerat, amplexatus est mutare cõditionẽ, ut ad Aristobulũ ptãs oĩs transiret, & sacerdotiũ, ipe priuatus in domũ Aristobuli cõcederet. Nec tñ diu cõtentus fuit aulã regiam priuatis mutasse ædibus. Nam excitatus ab Antipatro, primo in Arabiã cõtendit, uelut cõtestatus pacti iniquitatẽ. Deinde ubi infirmũ sibi aduersum Romanos, quos in sui societatẽ per Scauꝝ Aristobulus illexerat, Arabi regis auxiliũ aduertit, Põpeio uenienti querimoniã detulit, qui eludentẽ Aristobulũ, anno iã tertio imperitãtẽ bello ptulit, autoritate cepit, atq; añ uictoriã custodiæ dedit, superatoq; eius populo, & capta urbe captiuũ ipm cũ filiis Romã dirigi ꝓcipiẽs, Hyrcano sacerdotii dignitatẽ refudit, atq; eum ꝓsidẽ ciuibus absq; diademate tñ, regnicq; insulis statuit. Largus quidẽ honoris, sed cõsultor q etis, ne fraternæ insolẽtiæ spũ pax turbareẽ: Ita Aristobulus captus licet, Hyrcanum tamen regno exuit, qui quatuor & .xx. annos postea maiore usu q̃ noĩe in ptãte exegit: nec tñ is finis uitæ Hyrcano, qui ptãtis fuit. Nã reliquũ tps dedecori cessit, ut supra memorauimus: Siquidẽ superatus ꝓlio Parthis Euphratẽ transgrediẽtibus, captus, & Antigono Aristobuli filio in ptãtẽ datus, trucatisq; auribus: nec sic quidẽ ærũnæ miserabilis impleuit acerbitatẽ. Nã post illã in Parthiã quoq; abductus exul, debilis, senex ludibriũ de se barbaris ꝓbuit, & cognito postea ꝙ Herodes imperitaret, cuius cõiugio Mariãne neptis sua potiebaẽ, in ludæã reuertit: Vbi primo summa honoris specie susceptus, quo insidiaꝝ uelamẽ obtẽdereẽ, haud multo post afficto crimine ꝙ ptãtẽ uellet repetere, interẽptus est. Nactus igit Herodes regnũ, qd à Romanis p oppugnatæ, uel pditæ pfiæ mercede acceperat, in locũ Antigoni qui triẽnio & tribus mẽsibus tenuerat imperiũ, substituit successores in sacerdotiũ, nõ Asamonæi gnis, quos clariores fuisse ꝓsapiæ accepimus, sed ignobiles quosq; quos aut libido aut casus dedisset: tñ fatigatis Alexandræ ꝓcibus socrus, uel insimulatiõibus territus, Ionathã coniugis suæ frẽm septẽ decẽq; annos agentẽ sacerdotẽ creauit, quẽ mox ipe exitio dedit, suspectum imperii, ꝙ circa eũ ingentẽ populi totius gratiã indies uideret adolescere. Posthabito itaq; Ananelo quẽ iam ex ignobilibus añ Ionathã in sacerdotiũ surrogauerat, reliquos p ordinẽ hmõi elegit, de quibus nihil suspectũ haberet. Nam qd in affine ppeti nõ potuerat, quẽadmodũ nõ caueret in alienis similia? In hmõi ordinatiõibus Archelaus secutus paternæ spe-

ciem cõ-

ciem consuetudinis, angustioris animi tenuit sentẽtiam: more quodam insito mortalibus ut apud eos minus suspecta sit ignauia hebetioꝝ, q̃ gratia bonoꝝ, cum infirmus animus insolentior sit in rebus secundis, prudentior aũt nouerit uicem referre de bñficiis. Igit à regno Herodis usq; ad Romanũ imperium, quod Archelao deiecto, Iudæam reliquis prouinciis associauerat, atq; inde usq; ad templi excidium & triumphũ Titi fuerunt sacerdotũ principes uiginti & octo, per annos centũ & .lxx. Sanè apud plerosq; eoꝝ dignitatis sola functio, penes paucos etiam ius ptãtis fuit. Liquet igit in sacerdotum principibus non perseuerasse legitimi generis successiõnẽ: quia non oẽs ex Aaron neq; filiis eius, qui in eius subrogati locũ, formã præscriptæ successionis cæteris derelinquere. Itaq; cum auaritia aut perfidia suoꝝ corrupta essent maioꝝ instituta, uiolata iura religionis, cõuulsa æquitatis præsidia: nõ immerito eos diuina deseruit opitulatio, eoq; tanquam in uacuũ populum omni iniuriaꝝ genere processum, ut seditiõibus domesticis in seipsos manus uerterent: latrociniis grauibus afflictarenẽ, teterrimos sortirenẽ iudices, ut improbis nequiores succederẽt: deniq; Albinus deterrimus habebaẽ superiorum, sed Floro successore is inter bonos relatus, qui facem belli extulit, præliũ inter Iudæos & Romanos accẽdit, quæ cã supremo tẽpli & urbis excidio fuit.

Florus.

Ca. XIIII.

NAnq; Cestius ubi ardere Iudæos cõperit belli furore, qui summã militiæ regẽ dam in partibus Syriæ à Romanis susceperat .xii. anno imperii Neronis mouit arma, ut militũ Romanoꝝ quibus erat custodia cõmissa coercendæ insolẽtiæ, & pacis tuendæ necem ulciscereẽ. Congregatisq; etiam socioꝝ auxiliis, Iudæam ingressus, urbẽ cui nomen Zabulon, dilapsis metu incolis, plenam diuitiaꝝ, quas ad superiora montiũ confugiẽtes dñi secum auferre nequiuerant, diripi ab exercitu passus. Ad miratus quoq; publicoꝝ opeꝝ pulchritudinẽ, incendi iussit: & quasi hoc paꝝ ad uindictam foret, Ioppen præmisso exercitu, ne qs fuga sese exitio subduceret, terra mariq; irrumpẽtibus qui destinati fuerant, occupauit: necatisq; octo milibus uiroꝝ & quadringentis fermè amplius, ubi præda rapinæ cessit, exusta ciuitas est: uicina quoq; Cæsareæ depopulatus, diripuit inuẽta, uicos incendit. Cuius fregit impetũ Sephoris egredienti obuiam Cestio, ciuiũ fauore & gratia delinitus, immunẽ cladis urbem reliquit. Feruebat in his locis congregatio latronũ, sed adueniente exercitu, in montes confugerant. Qui conferentẽ signa Gallũ præpositũ duodecimi ordinis adorsi fortiter exagitauerunt, ut ducẽtos fermè Romanoꝝ occiderent. Veꝝ ubi superiora locoꝝ occupauere, neq; peditem comminus potuerunt latrones pati, & fugiẽtes ab equitibus facile circũuenti necanẽ. Cæsi itaq; supra duo milia, pauci fugati, qui in arduis montium potuerũt latere. Et oĩa latrocinio regiõe purgata, Gallus in Cæsaream reuertitur: Cestius cũ omni manu Antipatridẽ perrexit, quibus nõ mediocrẽ Iudæi coaceruauerũt multitudinẽ. Sed priusq; consererẽt manũ, per diuersa dilapsi, regionẽ & uicos direptioni & igni dereliquerũt. Lidda quoq; uacua incolaꝝ reperta, & incẽsa Gabaon quæ ab Hierosolymis quinq̃ginta stadiis aberat, ubi Romanũ exercitũ accepit in conspectu posita, armauit Iudæos: Qui posthabita sabbati celebritate (quod ueteri cultu & solẽni obseruationi initiabant) tanto impetu in Romanos ꝓfluere, ut oẽm exercitũ auerterẽt, nisi equites subuenissent peditibus laborantibus. Cæsi Romanoꝝ quingẽti & quindecim uiri, sed oẽs grauiter periclitati: de Iudæis aũt duo & uiginti bello amissi. Quo loco emicuit uirtus Monobazi & Cedei, qui cognito ꝙ à Iudæis in Romanas acies ĩsurgereẽ, à fronte aggressi repulere plerosq;, & coegerunt in urbem redire.

Lidda Gabaon.

Cestius in Syria rexit.

Zabulon

Caput XV.

SImon quoq; ascẽdẽtes Romanos propinqua urbis impedimẽtis exuit. Vnde & Cestius in regione sese triduo tenuit. Qua mora circũfusi hostes & in superioribus siti, ingressus speculabaẽ uniuersos, ne quis impune irrũperet. Qd cõsideratis nõ sine multa clade utriusq; ptis tẽtari nequire, misit suos rex Agrippa Lorcyũ & Phœbam q dicerẽt populo, ueniabile, quicquid ab eis esset aduersum Romanos flagitii cõmissum, si mõ in reliquũ positis armis sibi cõsulerent: æstimans qd uel uniuersis suaden dũ crederet, ut ꝓlio renuntiarẽt, uel partẽ cæteris auellendam. At contrà seditiosi metu ne eorum alterum procederet, legatos adorsi Phœbam interfecere, Lorcius autem exce

Lorcyus uulneratur.

pto uul-

pto uulnere potuit. Vídens Cestius huiusmodi in urbe contentiones, quibus alii in legatos insurgerent, alii Romanos urbe suscipiendos suaderent, irrumpere conatus, usq; Hierosolymam resistentes repulit: & ipse ad tertiũ stadiũ memoratæ urbis cum exercitu appropinquauit, atq; illic exegit triduũ. Quarto die impetu facto, ingressus Bethesdam ilico incendit, & Cenopolim. Qui cõscendens ad superiora urbis refugientibus in interiora seditiosis, si irrumpendũ in urbẽ putasset, haud dubie oẽ bellum eẽt solutum. Deniq; plerosq; Ananus Ionathæ filius collocauerat, ut inuitarẽt Romanos uocibus suis, quasi portas reseraturi. Sed dum Cestius uel reuocaẽ a Prisco, uel plerisq; centurionibus qui corrupti a Floro bellũ adolescere cupiebant, uel paũ credit Ananus cũ suis muro deiicie. Quibus ad sua refugientibus, locũ eoꝝ seditiosi occupauere, Romanisq; quinq; diebus tentantes diuersos aditus, cum impossibilẽ sibi cernerẽt irruptionẽ, electis ualidioribus quibusq;, & sagittariis, à septentrionali latere templũ petebant, ludæi quoq; nõ feriabant præliantes fortiter, & repulsis crebrò hostibus elatiores. Ad postremum tñ multitudine sagittaꝝ uulnerati alii, alii percussi & territi, cessere: Romanis muꝝ suffodere, & portam incendere templi adorsis. Magna seditiosos formido incesserat, & quædam mentiũ consternatio: deniq; plurimi quasi continuo perituræ urbis excidio se subtrahebant fuga, nec cõsistere ausi, dederant populo cõfidentiam, ut discedẽtibus eis quoꝝ circumallatus fuerat multitudine, tanq̃ iam liber, & quadam exutus improbor obsidione, circa portas sese infunderet, quibus apertis Cestiũ reciperet, quasi nõ oppugnatum urbẽ, sed defensum uenisset: sed ipm quoq; Cestiũ subito quidam inuasit stupor, ut nec desperationẽ improbor, nec studiũ plebis intueret. Qui si paulisp cœptis incubuisset, bellum depulerat, urbẽ ceperat. Sed aduersa (quantũ intelligi dat) ludæis uolũtas dei, imminentẽ belli exitũ cõperdinauit: donec cõplures, ac pene uniuersos Iudaicæ gentis ruina inuolueret. Expectabaẽ (ut reor) ut oẽ nefas scelerum enormitasq; crescret, & impietatis incremento supremoꝝ adæquaret mensuram flagitioꝝ. Quid fuit illud q cum perurgere debuerat Cestius, subito exercitũ reuocauit, solutq; obsidionẽ? Quia repentina cõtra expectatũ cõmutatiõe reꝝ, fracti animi bonoꝝ, & erecti latronũ sumpsere fiduciam, atq; à fuga ad insequendũ regressi, inuadũt posteriora agminis, multosq; illic cõfuse ruentes equitũ & peditum obtrũcauere: Et iam inclinauerat dies: unde metuẽs Cestius noctis ꝓpinquitatem, & tenebraꝝ caliginem quibus amplius fiderent gnari locoꝝ, quo incertos regiõis undiq; urgerent, uallũ ante uersam metũ arbitrarenẽ. Circũfusi itaq; latrones à lateribus, a tergo, postremos cedere, incedentẽ iaculis exercitũ infestare, in cõfertos missa teloꝝ uis haud facile fruſtrari. Si qs referire audebat, patere uulneri: si quis cõuertere sese ad infestantẽ à suis relinqui, ab hoste claudi. Munitior eñ semp est qui sequiẽ q̃ qui p̃cedit: quia hic pectus tegit, ille hosti terga sua detegit. Vehementer igit Romani urgebanẽ tanq̃ obsessi, qui obsessum uenerant: nec iam sustinere aut perpeti poterant, armoꝝ põdere ipsi graues, hostibus uelocioribus, quos neq; cõsequi facile erat, & metus summus ne acies interrumpereẽ: inqua ergo certaminis cõditione nocere hosti nequibant, cum ipsi grauiter afficerenẽ; hærebat Cestius cõsilii incertus, cum per totũ iter suos cõteri uideret: Etiam plerisq; affectis militiæ primoribus, substitit biduo q̃si fessos repaturus. Sed cũ magis ac magis augeri numerũ hostiũ cernetet, & oia in circuitu referta aduersariis, sibiq; officere q mora reẽ, eo q plures cõgregarenẽ. iii. die cõpẽdiũ quærẽs trãsitus facilioris, ipedimẽta agminis amoueri p̃cepit, cæsa iumẽta, pleraq; uehicula cõminuta, aliaq; hmõi quæ oneri magis q̃ usui in periculis erant, cõsumpta, aut p̃cipitata, ut obsidionũ instrumẽta, aut genera telorũ q̃bus rebus amplius cõterrebanẽ, ne aduersum se hostẽ suis subsidiis armarẽt. Qđ ubi animaduertere ludæi, fugam potius à Romanis q̃ bellũ parari, occupauere itinere angustiora, diffusioribus locis minus instare, ꝓhibere à frõte, a lateribus coarctare, urgere a tergo, cogere in p̃cipitiũ, i qđ undiq; cõcluſi, aut lapsi deiiciebanẽ: pleriq; obtexere cœlũ iaculis, operire agmẽ sagittis, nunquam remisso officio sed sola aduersariorũ pernicie: iam nec ipsi pedites subsistere poterant. Equitibus uero maius periculum, qui per ꝓrupta saxorũ ac lubrica labẽtibus equis deuoluebanẽ, nec ordinẽ seruare poterant angusto

Munitior q̃ sequiẽ q̃ qui præcedit.

angusto impediti tramite: Ex altera parte rupes, ex altera parte præcipitia & fugæ locũ, & defensionis negabant. Iudæi contrà spe uictoriæ amplius accendebanẽ, imminebant fessis, instabant hærentibus, insultabant desperantibus, & propè omnes Romani exercitus delessent copias, nisi nox subuenisset: cuius tenebris bellum impeditũ, quam Romani in proximo loco (cui Bethoron nomen) egerũt, ita ut Iudæi circũfusi undiq; speculareneẽ locoꝝ exitus, ne Romani dilaberenẽ. Cestius aperto itinere diffidens, dolo fugam tentauit. Quadraginta itaq; elegit uiros, quibus euadendi desperatio contemptum mortis infuderat, eos constituit in munitionibus præcepto, ut tota nocte cum strepitu maximo officia prætendentiũ uallo circũsonarent, ne Iudæis proficiscẽtis exercitus apparatus, aliquibus solitis indiciis manifestareẽ: quibus sese ipsi quicunq; turbanẽ, prodere solent: silentio aũt egrederenẽ uniuersi, nihil suspectantibus Iudæis: qui solennes custodiaꝝ strepitus audirent, ex quibus omnes in loco manere Romanos arbitrarenẽ: hac fraude eduxit exercitũ Cestius, & iam confecerat stadia triginta, usus paucoꝝ in rebus dubiis fide, qui perituri gratis præstare sociis pericula sua, q̃ perdere malebant. Et quidem nox dolum texerat, sed dies prodidit. Nam ubi luce diffusa res apertæ sunt, & omnis locus, in quo habitauerant Romani uacuus apparuit, impetu facto Iudæi in eos primũ, quoꝝ simulatis officiis decepti fuerant, irruunt, leuiq; negocio deletis quadraginta uiris, exercitum sequunẽ, qui & nocte plurimũ spatii confecerant, & per diem perantius iter urgebant, ne noctis iam periculis inuoluerenẽ. Plena erat uia impedimentoꝝ, quæ fugientes Romani derelinquebant: ne iniusto quisquam sub fasce remorarentur: passim iacebãt uasa utensilia, uel etiam bello necessaria, arcubalistæ, arietes, cæteraq; instrumenta in excisionẽ urbis adducta, quæ sequentes Iudæi præteribãt, ne essent moræ: reuertentes colligebant, ut his aduersum eos uterenẽ, quoꝝ socii dimisissent. Secuti enim usq; ad urbem Antipatridem, postea q̃ prætergressum oẽm offendere exercitum Romanũ, & comprehendendi spes lapsa, retorquent uestigiũ: captantesq; spolia cæsorum, cum triumpho & hymnis Hierosolymam regrediunẽ. Quibus tantũ letitiæ cessarat, ut paucis suoꝝ amissis, quinq; milia peditũ de exercitu Romano, & trecenti equites extinguerenẽ. Qđ gestum est duodecimo anno imperii Neronis, ut suprà memora

Caput XVI.

Cuimus.

SEd non omniũ Iudæorum illa exultatio erat. Nam fuere qui se post illam nõ pugnam Cestii sed ærumnam, quasi de supremo periculo nauigii mergentis eripere gestirent, atq; enatare de ciuitatis naufragio, ac præ cæteris Custobarus & Saulus frater cum Philippo principe militiæ regis Agrippæ, hi fugientes ad Cestiũ sese cõtulere, petentes ut ad Neronem in Achaiam dirigerenẽ. Quod Cestius uolens accepit, nec postulata abnuit, ut per ipsos Cæsar edoceret, causam belli Florũ fuisse, sibi uim maximæ necessitatis bello incubuisse, ut inopinata conspirantiũ multitudine exercitus circũueniret: quem magis consilio ducis ereptum periculo, q̃ implicatũ linqueret. Tenuisse Cestium excitata in Florum odia sedare, sed nequiuisse. Itaq; incidisse bellum, non intulisse. Hæc enim mandata erant ut cõmotione omni Cæsaris in Florum excitata, minui circa se speraret Cæsaris offensionẽ, quam malæ gestæ rei conscientia pertimescebat.

Ita aũt pleriq; perterriti sunt Romani clade exercitus, ut Damasceni metuẽtes suspectæ societatis contagia, propter habitationis consortiũ, interficerent Iudæos in gymnasio congregatos, qui secum urbem incolebant, quod illi uel suspicione, uel dolo iamdudũ procurauerant, ut à gẽtilibus cœtibus segregarenẽ, ne quid per noctem nouarẽt, ut lut exitio soli paterent. Summo sanè mysterio silentii, ut ne ad uxores quidẽ suas conatus istiusmodi tractus mearet. Qm̃ ipsæ quoq; ex parte maxima Iudæoꝝ cultibus admi

Caput XVII.

Cscebantur.

ANgusto itaq; in loco omnes adorsi, peremerunt Iudæoꝝ decem milia. Quod facile fuit, ut præuenti ab armatis inermes perirent. Et quidẽ eius immanitatis exemplũ recens, Scythopoli etiam in maius p̃cesserat, quo incitatos Damascenos reor. Nam cum Iudæi finitima quæq; populareneẽ, uenerunt Scythopolim, atq; illic inhabitantes Iudæos tentare adorsi, aduersarios experti sunt, quos sibi fidos arbitrabantur: qm̃ more ingenii humani p̃ponderaẽ apud eos salutis cura necessitudini: in secũdis

igitur constituentes tribule collegium, præferunt inhabitãtiũ societatẽ, tribulibus cladem minãtur. Quod suspectũ gentilibus, quia promptioribus studiis odiorum in suos executio prætẽdebatur: ne simulationis specie dolus adornaretur, atq; urbem incautio ribus accolis noctu adorirent, prostratisq; omnibus gẽtibus apud Iudæos sibi gratiam reconciliarent: ac per hoc si uellent fidem suam circa gentiles probare, cum omni gene ratione sua urbe excederent, uicinũq; peterent nemus. Quo facto per biduum quieue rũt Scythopolitæ, ut portio Iudæorum suspicionẽ deponeret, indueret securitatẽ. Ter tia nocte cum iam præsumpta * fides gentilibus remouisset solicitudinẽ, incautis & dor miẽtibus uis illata, decẽ & tribus milibus hoĩm necatis: quæcunq; etiam habuerunt di

* Alĩ fides grẽ remouisset custodiæ &cætera.

Caput XVIII.

Passio Simonis acerba

EXpositionem exigit Simonis acerba passio, uisu & auditu miseranda: sed nouitate rei memorabilis. Is erat in populo Iudæorum, Saule haud iguobili genitus patre, animi audacia prædítus, & corporis fortitudine. Quarum utrãq; in exiti um tribulium suorũ exercuit, qui plurimos ex populo aduentitio Iudæorum crebro in cursu peremit, ac si forte conspirati adessent, solus sustentaret aciem, & cõglobatos soli tus auertere, totius erat nodus ac mora belli: & plerũq; desperatis rebus cõuersio. Exhibebant hãc ciuibus aduersum suos Scythopolitani incolatus militiam: sed non diutius cognato debita sanguini defuit uindicta. Namq; ubi fracta fides, & Scythopolitæ circũuentis qui ex cõposito se ad nemus contulerant, instare bello, atq; ingruere cœperũt: Etiam filios ac parentes Simonis deleta multitudine cæterorũ, eminus licet missilibus ac telis petebant, Videns Simon innumerabilem multitudinẽ facili negocio superiorem, ut diutius tolerari nequiret, gladium extraxit, atq; in hostem conuersus clamabat dicens, digna Scythopolitæ factis recipio meis, qui cognatorum necẽ quã uobis impẽderem beneuolẽtia testificatus sum, & fratrum sanguinem uobis obsidem dedi gratiæ, quibus iustius perfidia tribueretur. Nunc dum alienigenis fidẽ defero, in domesticos amisi: prodidi etiam liberos, parẽtesq; quos à uobis tamẽ necari nõ oportebat, si merdem sceleris æstimaretis. Moriar igitur, sed iratus omnibus, nulli amicus, qui circũuenerim meos, & propriis manibus ultionẽ de me prius expetam, peremi socios religionis & fidei cõsortes, recognosco sceleris mei debita. Soluam tanto dignũ sacrilegio paricidium, ut ea sit & pro flagitio pœna, & ad uirtutem gloria: ne quis se iactet alius meo uulnere, in meipsum postea cõuertetur dextera mea: ut uideatur furoris esse quod moror, nõ imbecillitatis: ne quis insultet cadenti, * fit uindex paricidii clemẽtia, paricidiũ sacrilegii. Hæc locutus, cõuertit obtutũ in liberos parentesq; & indignãtibus oculis cũ iam misericordia mixta iræ succederet, abreptum è medio patrem gladio tansuerberat, post eum mater attrahitur, ne esset qui p nepotibus interueniret. Offert se p ordinẽ uo lens uxor, ne tanto deiecta cõiuge superuiueret. Occurrunt filii ne degeneres tanto patre in ipsa morte iudicarẽtur. Festinabat ipe ictu celeri hostẽ perimere. Omni itaq; pempta familia stetit in medio funere suorum. Et tanq; triumphans domesticis passionibus, quod neminẽ suorum alieno gladio uidit perire, eleuauit dexteram ut omnes uiderent, ac formidabilem sibi cunctis subiiciẽs mortem, proprio uictor sese trãsfixit mucrone. Memorabilis iuuenis ob egregiam fortitudinẽ corporis, & animi magnitudinẽ: sed qa fidem alienigenis potius q̃ suis detulit, tali dignus exiru fuit.

* Quidã habebãt sit iudex paricidij dementia.

EGESIPPI DE EXCIDIO HIEROSOLYMITA. VRBIS HISTORIAE LIBER TERTIVS.

Caput .I.

EA postq̃ Neroni nuntiata sunt in Achaiæ partibus fito, qui tragicorum carminũ meditatione contenderat, ut de pluribus scenicã coronã referret: nescias quo magis turpis, utrũ quod in scenã imperator prodiret, an quod scenam suis flagitiis impleret, qui turparet Orestẽ canẽdo, & paricidio representaret, grauis eum inuasit metus. Nõ illa ludorum similia sed bellorũ suprema per timescentẽ, ut aliquando à theatralinm uoluptatũ obscœnitate, & paricidalis amẽtiæ furore resipisceret, atq; ad curas reipu, con uersus

uersus intra se fremeret & desæuiret, quod incutia ducis potius, q̃ uirtute aduersariorũ tantam cladem respub. Romana acceperit. Tentabat quidem simulare audaciam, sed redarguebat timor, & quasi speciẽ magnanimitatis prætexere: ut supra erũnã negociorũ mentem haberet: Sed distringebatur animi solicitudine, quẽ demẽdæ ignominiæ belloq; conficiẽdo legeret ducem. Vrgebãt Iudæam ultimæ labis futura excidia, ut Nero regalem personam indueret, & prouidi consultoris uoce, salubrem exprimeret sententiam. Vespasianũ solum esse cui summa militiæ, oriẽtis in partibus iure cõmitteret, uirum ab adolescentia militiæ triumphalis inueteratũ stipendiis, qui impacatas Gallias germanorum tumultu & ferocia geminæ temeritatis in bellum relapsas, pace diuturna composuerat. Britãniam quoq; inter undas adhuc latentẽ Romano imperio armis acquisuerat: cuius triumphatæ opibus Roma ditior, Claudius cõsultior, Nero fortior æstimabatur. Itaq; quarum gentiũ bella nõ uiderant, subiugataq; trophæa celebrauerãt. Sub hoc duce iterum dico, Nero terribilis erat, Nero metuendus, potens foris, tutus domi: æquatis inter se Vespasiani fide ac fortitudine. Quantus iste uir, cuius armis uitia Neronis apud exteras gentes abscondebantur, ut ludibriũ rerum humanarũ, & euiratæ impuritatis opprobrium, triũphis quoq; illustraretur? Cum præliandũ itaq; in ultimis Romani orbis esset confiniis Vespasianus ex omnibus eligebatur. Cum bellum depositũ foret, Vespasianus præ ceteris sociebatur: ne uel publicus supereesset hostis, uel domesticus obreperet insidiator. Dignus qui stipendiis militis regnũ præueniret. Docebat fidem, præferebat uirtutem. Inuitus misit hunc Nero qui sibi auferebat præsidiũ: sed arbitrabatur futuris scelerum suorũ pœnis, ut se tanto dissociatũ comitatu ducis, inermem relinqueret. Nunq̃ ꝓfecto Galba aspirãdi ad imperium studia usurpasset, nisi Vespasianũ absentem comperisset. Sed ꝓcurauit hoc deus, ut in Syriam dirigeret uir, qui & Iudæorum insolentiam supmo gentis excidio, captiuitatisq; dedecore labefactaret, & Nero nem auxilio destitueret: licet nullius uirtus, statutis afferre possit cœlestibus impedimẽtum. Demens tamẽ Nero cum Iudæorũ bello afflictam Romani exercitus ualidam manum cognouisset, aduersus Christianos insurrexit, ut ei debitus finis approqinquaret.

Nero aduersus Christianos insurgit.

Caput .II.

ERant tunc temporis Romæ Petrus & Paulus doctores Christianorũ, sublimes operibus, clari magisterio, qui uirtute suorum operũ, Neronem aduersum fecerant: captum magi Simonis delinimẽtis, qui sibi animũ eius cõciliauerat. Cui adiumentum uictoriæ, subiectiones gentiũ, uitæ longæuitatẽ, salutis custodiam feralibus artibus pollicebatur, atq; ille credebat, qui uim rerum nesciret examinare. Deniq; summum apud eum tenebat amicitiæ locum: qñquidẽ etiã præsulem suæ salutis, uitæq; custodem arbitrabatur. Sed ubi Petrus eius uanitates & flagitia detexit, & species illũ rerum mẽtiri, nõ solidum aliquid aut uerum efficere demõstrauit, ludibrio habitus, & dignio est consumptus mœrore, Et q̃is in aliis terrarũ partibus Petri esset expertus potẽtiam, tamen præueniens Romam, ausus est iactare q̃ mortuos resuscitaret. Defunctus erat id temporis Romæ adolescens nobilis, propinquus Cæsaris, cum uniuersorũ dolore. Admonuere pleriq; experiẽdum utrũ posset resuscitari. Celeberrimus in his operibus habebatur Petrus: sed apud gẽtiles nulla facti huiusmodi deferebatur fides. Dolor exegit remedium, perrectum est ad Petrum. Fuere qui etiam Simonẽ accersendum putarent: uterq; affuerunt. Ait Petrus Simoni: qui se de sua iactaret potẽtia, priores sese pates dare: ut si posset, mortuũ resuscitaret: Si ille nõ resuscitaret, se nõ defuturũ ut Christus opem ferret defuncto, quo posset resurgere. Simon qui putaret apud urbem genti lium plurimũ suas ualituras artes, conditionem ꝓposuit: ut si ipse resuscitasset mortuũ, Petrus occideretur, qui magnã potẽtiam (sic eñ appellabatur) lacessendo iniurias irrogauisset: sin uero prævaluisset Petrus in Simonem, pari genere uindicaretur. Acquieuit Petrus: adorsus est Simon, accessit ad lectulum defuncti: incãtare atq; immurmurare dira carmina, ut cœpit, uisus est caput agitare qui mortuus erat. Clamor ingens gentili um quod iam uiueret, quod loqueretur cũ Simone. Ira & indignatio in Petrũ, ꝙ ausus esset conferre sese tantæ ptãti. Sanctus apostolus poposcit silentium, & dixit: Si uiuit defunctus loquat: si resuscitatus est, surgat, ambulet, fabuleť: Fantasma illud esse nõ ueri

Simõ magꝰ.

De Petro & Paulo

tatem, quod uideatur caput mouisse. Deniq; seperatur, inquit, Simon à lectulo, & tunc ne id quidē ostentui futurum. Abducitur Simon à lectulo, manet sine specie motus ali cuius qui mortuus erat. Astitit Petrus longius, & intra se paulisper orationi intentus cū magna uoce ait: Adolescens surge, sanet te dominus Iesus. Et statim surrexit adolescēs & locutus est, & ambulauit, & cibum sumpsit, & dedit eum Petrus matri suæ. Qui cum rogaretur ut ab eo nō discederet, ait: Non derelinquetur ab eo qui eū fecit resurgere: cuius nos serui sumus. Secura esto mater de filio, non uerearis, habet custodem suū. Et cum populus in Simonē insurgeret ut lapidaretur, ait Petrus: Satis est ad pœnam eius qđ cognoscit suas artes nihil ualere: uiuat, & Christi regnū crescere uideat, uel iuitus. Torquebat magus apostoli gloria. Collegit sese, atq; oēm excitans carminū suoꝝ potē tiam, congregat populum, offensumq; se dicit à Galilæis, relicturum se urbem quam tu eri soleret. Diem statuit, pollicetur uolatum, quo supernis sedibus inuehereturcui quā do uellet, cœlum pateret. Cōscendit statuto die montem Capitolinū, ac se de rupe de iiciens uolare cœpit. Mirari populus & uenerari: plericq; dicentes dei esse potentiā nō hominis, qui cum corpore uolitaret: nihil tale fecisse Christum. Tunc Petrus in medio stans ait: Iesu domine: ostēde ei uanas artes suas esse, ne hac specie populus iste qui credi turus est, decipiatur. Decidat dñe, sic tamē, ut nihil se potuisse uiuens recognoscat. Et statim in uoce Petri implicatis remigiis alaꝝ, quas sumpserat corruit, nec exaīatus est, sed fracto debilitatoq; crure, Aritiam cōcessit, atq; ibi mortuus est. Quo comperto decep tum se Nero & destitutū, dolens tanti casum amici, sublatūq; sibi uirū utilē & necessa rium reipub. indignatus, quærere cœpit causas quibus Petrū occideret. Et iam tēpus aderat quo sancti uocarētur apostoli Petrus & Paulus. Deniq; dato ut cōprehenderet p cepto, rogabat Petrus ut sese aliò cōferret. Resistebat ille dicēs, nequaq̄ se facturū, ut tan q̄ metu mortis territus cederet, bonū esse pro Christo pati, qui p oībus se morti obtu lisset: non mortem illam, sed immortalitatem futuram, tanq̄ indignum ut ipse fugeret passionem sui corporis, qui multos doctrina sua compulerit se hostias pro Christo ofe ferre, deberi sibi secūdum domini uocem, ut & ipse in passione sua Christo gloriam at q; honorem daret: hæc & alia Petrus obtexere, sed plebs lachrymis querens ne se relin queret, et fluctuantē inter procellas gentilium destitueret: uictus fletibus Petrus, cessit: promisit se urbem egressurum. Proxima nocte salutatis fratribus, & celebrata oratiōe, proficisci solus cœpit. Vbi uentū est ad portam, uidet sibi Christum occurrere, & ado rans eum dixit: Domine quo uadis? Dicit ei Christus: Iterum uenio crucifigi. Intelle xit Petrus de sua dictum passione, quod in ea Christus passurus uideretur, qui pati tur in singulis: non utiq; corporis dolore, sed quadam misericordiæ compassione, aut gloriæ celebritate. Et conuersus in urbem redit, captusq; à persequutoribus cruci adiu dicatus, poposcit ut inuersis uestigiis cruci affigeretur, quod indignus esset qui simili modo crucifigeretur, ut passus est dei filius. Quo impetrato: uel quia ita debebatur ut Chtistus prædixerat, uel quia persequutor non inuitus indulget pœnarum incremen ta, & ipse & Paulus, alter cruce, alter gladio necatus est.

Petrus & Simō mortuū exuscitant.

Simon lapidatur.

Simō uolitat

Magna Petri constātia

Chr̄s occurrit Petro urbē egressuro

Petrus īuersis uestigiis crucifigit̄.

Petr⁹ cruce Paulus gladio necati sr.

Caput .III.

SEd ut ad propositum redeamus, turbatus graui nuntio Nero, rebus in Iudæa mi nus prospere gestis, Vespasianum exptum uirum belli, omni militiæ quæ in Sy ria erat, præfecit. Ille propere, neq; differēdi tēpus dabatur, misso Alexandriam filio Tito, ut inde militū qui prætēdebāt patrem aliquā deducerent, ipse transmisso Hel lespontiaco freto, pedes in Syriam cōtendit. Interea Iudæi rebus elati secundis, princi pes militiæ bello legūt. Distribuūt loca quibus qsq; præesset, quæ munia singuli, quos ordines, quid muneris exequerētur, Iosephum Curione gēnitū & Ananum principē sacerdotū, Hierosolymitanæ urbis negociis, & præcipue instaurādis muris præficiunt. Atdebat Eleazarus Simonis aliq̄d sibi publicornm cōmitti munerū, Et licet omnē præ dam, quā de Romano exercitu ceperāt, sub ptātem suā redegisset, ditē pśertim atq; opi mā auaritia Cestii, atq; īmodicis rapinis coaceruatā, tū parādæ magis sibi potētiæ intē tum, q̄ cōi usui ꝓnū arbitrati, declinādū æstimauere. Sed paulatim ābiēdo singulos, dā do & largiēdo efficit, ut reꝝ oīm summa eius arbitrio cōmitteret, Idumæā quoq; Iesus unus

unus de sacerdotibus, & Eleazarus sacerdotis filius militiæ ꝓpositi, tuēdam receperūt. Principi tamē totius Idumææ Nigro de summis rebus prærogatiuam oēm reseruātes. Iosepho Simonis Hiericho obuenit. Manassæ Peræa regio cōmissa trans Euphratē sita: Cui ab eo inditum nomen, quod Euphrates ad eam partem pergentibus trāsmitteret. Iohannes Essæus, alius quoq; Iohānes Ananiæ filius, cæteriq; aduersis attributi ptibus, quas sua tuerentur solicitudine. Itaq; singuli cōmissa sibi munia non deserere, instruere muros, manum legere bellatoriam: ex quibus Iosephus in Galilæam descendēs, muni re castella, instaurare ꝓpugnacula, ualidissimos quosq;, & bello ꝓmptissimos ascisce re sibi impigre curabat: prohibere latrocinia, prætendere quotidie in castris, militē Ro manæ militiæ more exercitare, diuidere ordines, distribuere cēturiones, plurimos præ ficere, quo facilius disciplina ab omnibus exigeretur: ne quis q̄ lateret, quicūq; propria munia dereliquisset: Instituebat etiā ut agnoscerent excitationes tubaꝝ, & repressiones, sequerentur ordinem, aciem dirigerent, clypeos intexerent, ut murali uice si forte ma gna hostium uis ingrueret, sese aduersum incursantes defensarent: subuenire laboranti bus, fessis compati, pericula aliorꝝ in se transfundere, nec solum belli artes ad instar Ro manæ docere militiæ, sed etiam ante bellū qui amplius bellantes iuuarent denuntiare, ut miles cibū sibi & arma portaret, uallo & fossa sese muniret, castrisq; ponendis præue niret hostem, obtemperaret præceptis, furto ac rapinis abstinere asuesceret, lucrum pro prium putaret, si nihil dispendii ruralibus cultoribus irrogaret. Quid enī distet ab ho stibus si ipse hostili modo auferat? nisi ꝙ grauius est sua, q̄ aliena incessere: & socios, q̄ aduersarios spoliare? Plurimū ualere in bello bonam conscientiā, eo ꝙ amplius de diui no auxilio præsumeret, q̄ se nulli affinē crimini recognosceret. Sed his rebus citius sibi apud improbos expertus est nocuisse īuidiam, q̄ apud bonos profuisse gratiam. Nam cum ad. LX. milia peditū, paucissimos equitum congregauisset: eos uero qui bella mer cede tractarent, ad quatuor milia uiros, sexcentos quoq; electos custodes sui corporis, tanta à ludæis pertulit, ut plus ante bellum à suis, q̄ in ipso bello à Romanis perhorre sceret. Omitto quidē seditionis excitatum: quia latrocinio erepta reddere his, qui ami serant suspectabatur, ac maxime Agrippæ & Beronicæ, quibus redibenda iuste forēt, ne regem facerent infestiorem. Et tamen ille quo populi molliret impetū, ad constru ctionem potius muroꝝ, q̄ ad dominoꝝ indemnitatē seruatam pecuniam: Omniaq; illa aiebat, quæ erepta Ptolemæo forent, qui regiū aurū, uestes, cæteraq; munera portauis set, æstimare debere thatcheatas: apud eos em̄ res gerebatur, utrū id instaurationi suo rum murorū reseruandū putarent, an diripiendum latronibus depromeretur. Indignū certe uideri ut eo pœnam exciperet, quia melius consuluisset. Itaq; conuersis illis in sui gratiam, inuidiam simul & periculū euasit. Itez cum gratiā regis Agrippæ Tiberias so cietatemq; depoſceret, ꝓripiens se Iosephus de memorata urbe, Thatcheatarū clausit portas: ne quis nūtius ad urbem Tiberiadem pergeret, & deesse Iosepho auxilia milita ria significaret: Ipse aūt cōgregauit de lacu nauigia piscatoria, quæ in tempore potuit in uestigare, & Tiberiadem remigiis petiit. Sed ubi ad eū locū uenit, in quo cōspicua qui dem in urbe positis foret species nauigioꝝ, deprehendi tamē nequiret, utrum essent ua cua præliatorū: iussit ea dispergi per totum spacium lacus, ut maior numerus æstimare tur: ne quisq̄ uacua potius q̄ referta bellatoribus æstimaret. Quo territi quod aduersus tantam multitudinē infirmos sese arbitrarentur, proiecerunt arma, portisq; reseratis, ef fuderunt se supplices Iosepho, q̄ ueluti dux agminis militaris propius accesserat. Quæ fitū qua tandē uesania discessionē animis induissent, quibus autoribus īpulsi sese aduer sariis traditurī forent, & simul occurrentes sibi iubebat gubernatoribus, ut Tarcheas deducerent, atq; illic trecentos fermè curiales pleroſq; in uincula de plebe rapit. Cly tum quoq; eius facinoris accersitū principem, manibus amputatis pœnas luere iubet, at ꝙ illo rogante, ut una saltē sibi manus relinqueretur, præcepit Iosephus ut ipse sibi quā uellet demeret. Tum ille arripiens dextera gladium, leuam abscidit. Ita recepta Tiberias est. Sed etiam Sephoris tentata discessione, Iosephi tamen uiuacitate inter ludæorum ur bes socias attinebatur, Tranquillioribus enim consiliis sua defendere, q̄ aliena incursare malebat.

Nota ordinē quē Iosephꝰ posuit.

Grauius est sua q̄ aliena inceſsere.

Bona cōscientia in bello ualet plurimum.

Clytus sibi ipsi leuā abscidit.

Caput .III.

Oñe æs qđ erat ī Iudæa publicum

AT uero Perates Niger,& Babylonius Sylas,& Iohannes Eſſæus∗omne qđ erat in Iudæa pubis ualidæ congregantes, Aſcalonẽ petũt, amplam quidẽ & muris ſubnixam ualidis urbem, ſed opis ſubſidiiſq; indigam, quæ ſeptingentis. xx. ſtadiis ab Hieroſolymitana urbe diſcernebaſ, & odiis ingentibus. Propterea Iudæi inimicam ſibi urbem diruere cupientes, collecta manu iuolauere. Præerat urbi Antonius minore numero Romani exercitus, q̃ quo reſiſti poſſe Iudæis æſtimareſ. Sed uir acrioris ingenii, & ex æquo prudens bellator: diffuſos & numero magis q̃ uirtute fidentes, eductis equitibus tranſire ad urbẽ finit: deinde incurſat progreſſos, fatigat ſequentes, cõfertos diſſipat, turbatos fugat, totoq; campo inſectatur palantes, alii uerſa uice urgent ad muros, intercluſa fugæ copia, alii diuerſa petunt, ſed circumuenti ab equitibus obtruncantur. Multi ſupra ſe ruunt, & ſe inuicem impetu ſuo ſternunt, itaq; uſq; ad ueſperum cæſi, amiſere ex ſuis decem milia uiroꝝ, Iohanne & Syla ducibus pariter extinctis. Pauci autem Romanoꝝ eo uulnerati prælio, nec tamen repreſſa eſt Iudæoꝝ temeritas, ſed incanduit: nam dolor audaciam accendit, & labes ulciſcendi cupidinem. Armantur itaq; maiore longe furore, necdum ſauciorum ſanatis uulneribus, & congregatis pluribus q̃ uice priore irruunt, ſed eos diſpoſitis inſidiis exceptos, prius q̃ in manus uenirent, clauſit circumfuſo equitatu Antonius: & circumuentos præcepit ſterni: cæſi iterum nouem milia, reliqui fugati. Niger ipſe elapſus in munimentum ſe contulit. Turris erat ſepta undiq; ualido ſaxo, quam Romani quia excidere non poterant, appoſitis ignibus circũdedere. Ea incenſa in ſpelæum quoddam de turre tranſgreſſus, hoſtem latuit, ignem euaſit: Romanisq; ſecuris quod ipſe ſimul incendio conſumptus foret, poſt tertium diem quærentibus ſuis corpus eius, ad ſepulturam uiuens & uigens reddit. Atq; ita cummagno gaudio Iudæis ſeruatus ab hoſte repreſentatur.

Caput .V.

Antiochia Metropolis Syriæ.

VEſpaſianus interea ſuperato Helleſponto, Bithyniam Ciliciamq; tranſmittens, ubi Syriam attigit, legiones, cæterasq; militares copias quas in ea reperit, Antiochiam deduxit. Vrbs ea Syriæ fine retractatione prima, ideoq; metropolis habeſ: cõdita ab his qui Alexandro Magno bellanti adhæſere, conditoris ſui nũcupata uocabulo. Situs urbis porrectus in immenſam longitudinem: in alto anguſtior, quia prærupto montis a leua arctatur, ut extendi ulterius metandæ urbis ſpatia nequirent. Neceſſitas locum ſignauit, quia per occulta & deuia irrumpentibus Parthis, mons celſior latibulum daret, ex quo ſe inopinato aduentu & promptiore impetu in imparatam Syriam effunderent: niſi ciuitas monti uelut clauſtrum obiaceret, exitusq; obſtrueret aduenientibus, ut ſi quis Barbaroꝝ aſcenderet, ſtatim è medio urbis ſinu proſpectareſ. Deniq; cum ludi ſcenici in ea celebrarenſ urbe, ferunt quendam autorem mimoꝝ eleuatis oculis ad montem, Perſas uidiſſe aduenientes, & dixiſſe continuo: Aut ſomnũ uideo, aut magnum periculum: Ecce Perſæ. Ita mons urbi præeminet, ut nec theatri altitudo ad ſpiciendum, montem impedimento ſit. Fluuius eã medius interſecat, qui a ſolis ortu oriens non longe ab urbe in mare condit: quem de originis ſuæ tractu orientẽ ueteres appellauere, ut uulgo putet locis nomen dediſſe, cum inde acceperit. Cuius fluentis ipſo impetu, frigidioribus & Zephyris aſſiduo per ea locoꝝ ſpirantibus, tota ciuitas momentis ꝓpe omnibus refrigerat, ut orientis in partibus orientem abſcondat. Inde tus dulces aquæ, foris finitimũ nemus intextum cupreſſis, crebris, fontes aquis huberes

Alij propior.

daphnẽ uocant, q̃ nunq̃ deponat uiriditatẽ: frequens & lætior populus, ut pleraq; oriẽtis, facetiorq; ꝓpe omnibus, ſed ꝓpitior laſciuiæ. Vrbs tertio loco añ ex oñibus quæ in orbe Romano ſunt ciuitatibus æſtimata, nunc quarto poſt quam Conſtantinopolis excreuit ciuitas Bizantioꝝ, Perſaꝝ quondam caput nunc repulſoꝝ: prima eñ Roma, ſecũda Alexãdria, tertia Antiochia, quarta Cõſtãtinopolis. De ſitu urbis ſatis dictũ puto. Nec eñ deſcribẽdis eius ædificiis ĩmorãdũ uideſ, cuius à tergo cũ oriẽtẽ dixerĩ, ſatis liquet a leua ad meridiẽ iacere, à frõte Europã occurrere, in dextra ſeptẽtriõales gẽtes degere, Caſpiaq; regna haberi, quæ añ ꝓmptiſſima ad ſcurſandã Syriã erãt. Sed poſtquã Alexãder magnus Caſpiã portã Tauri mõtis ꝓrupto ĩpoſuit, atq; oẽ interioribus gẽtibus ĩtercluſit iter, memoratã urbẽ getã reddidit, niſi forte motus Perſicos ſuſpectãtẽ, In ea urbe Agrippa rex

pa rex cum oñi uirtute ſua expectabat Veſpaſianũ aduenientẽ, nec diutius eo morante comitatui adhæſit: cõiuncto itinere Ptolemaidẽ petere cœperũt. Ad eã urbẽ occurrere inhabitãtes Sephorim, pacẽ cũ Ceſentio Gallo iamdudũ initã, firmari à Veſpaſiano petẽtes. Quoꝝ laudata prudentia, q̃ ſaluti propriæ cõſuluerint, nõ laceſſendo Romanos, atq; accepta fide & in amicitiam recepit eos: & additis peditum equeſtribusq; auxiliis, fouit ſecuritate, ne forte deſtitutionis cõmoti dolore, inſurgerent in eos belli excitatores: cum uelut clauſtrũ quoddam Iudææ, Sephoritanis ſeſe Romano imperio offerenti bus reſolueret, ut in eam peruiũ iter hoſti pateret, quæ ad cuſtodiam totius gentis opportuno quodam in hoſtem obiectu occurreret. Erat enim præter opinionẽ loci munitioris etiam urbs Galilææ maxima, quæ res admonuit ut cum duæ ſint Galilææ, una ſuperior altera inferior connexæ & coniunctæ ſibi, alteram ab altera diſtinguamus. Sed prius de utraq; dicendum.

De duabus Galilæis.

Caput VI.

VTriq; Galilææ Syria & Phœnice adhærent, diſterminantq; eam à ſolis occaſu Ptolemais territorii ſui finibus, & mons Carmelus, qui erat añ Galilæis, nũc uero Tyrioꝝ finibus aſſociatus, cui cõnectit Gabaa ciuitas, quæ quondam Iudæis cauſa grauis exitii fuit: ab oriente eam∗Hyppenæ & Gadara ſuis finibus reſecant. Eadem aũt & Gaulanitidi regioni & regno Agrippæ confinia, præſcripta ueteri æuo fuere: à meridiano latere Scythopolis & Samaria ſuis utraq; excipiunt regionibus, nec ultra fluenta Iordanis patiuntur extẽdi. Septentrionalia eius à dextro latere Tyrus claudit, omniſq; regio Tyriorum, cuius obiectu Galilææ ſpatia definiuntur. Ipſæ autem inter ſeſe hoc diſtinguuntur modo, ut quæ inferior Galilæa dicitur, ab urbe Tyberiade uſq; ad urbem cui nomen Zabulon, ſupra maritima Ptolemaidis extenta longitudine diffundat. Latitudo autem eius à uico Zaloth, qui eſt in campo maximo uſq; ad Berſaben haud dubie deducitur, Vnde etiam ſuperiori Galilææ aperitur exordium, quo ad uici Batathæ fines attingat. Ipſo autem uico etiam Tyriæ terræ fines determinant, longitudinis quoq; eius initium uicus eſt Thalla, finis eſt Rothala Iordani finitimus. Hinc intelligi datur, quantum ſe porrigant ſpatia Galilææ ſuperioris: cuius initium Iordanis eſt, uel eius confinia. Hac igitur ſuæ magnitudinis æſtimatione utraq; Galilæa diſtinguitur. Terra autem pinguis, herboſa, diuerſo culturæ genere nitens, diſtincta arboribus, ut quemuis allíciat ad ſui gratiam, & fugitantem labores ad ſtudia culturæ inuitet atq; excitet. Denique nulla illic uel exigua terræ portio uacat, frequentatur pleriſq; inhabitantibus: crebræ urbes, uici frequentes, multitudo hominum innumerabilis, ut exiguus uicus in ſuo tractu habeat uiginti milia inhabitantiũ. Circũfuſis quoq; natiõibus alienigenis utraque Galilæa circũdatur, & ideo genus hominum bellicoſum, à prima ætate exercitum præliaribus tentamentis abundans numero: audacia promptum, atque ad omnes belli artes paratum. Præſtat tamen magnitudine Peræa regio, quæ unde uocabulum acceperit, ſuprà diximus. Maior hæc, ſed utilior Galilæa, quia tota exercetur: nec ulla pars eius fructibus infœcunda eſt, ſed uniuerſa terra eius opima & ferax: Peræa autem diffuſior, ſed ex maiore parte deſerta ac rigida, quæ manſueſcere arando neſciat, nec aſpiores facilis ſuccos domare. Sed rurſus portio eius mollis ad cultũ, fertilis ad uſum, grata ad aſpectum, mitis ad exercitium, inſitiuis utilis pomis, omnia ferens, ut campos eius diſtinctæ in fronte prætexant arbores, in medio uenuſtent: & plerunq; à nimio ſole uel frigore defendant ſata: maximeq; olea ueſtitus ager, aut uitibus intextus, aut palmis inſignitus. Inenarrabile quanto decori ſit, cum uento impulſi palmarum ordines concrepant, & ſuauiores ſolito funduntur dactylorum odores. Nec mirum ſi omnis ille gratia uiriditatis eſt, ubi amœnis fluuiorum meatibus, ex ſuperiore decurrentium iugo montium, ſuperfuſus ager rigatur, & niueis fontibus ſcatens poſſideatur cum inuidia, deſideretur cum gratia. Longitudo eius à Macherunte uſque ad Pellam, id eſt, à lacu meridiano uſque in ſeptentrionem. Latitudo autem à Philadelphia uſq; ad flumen Iordanem, hoc eſt, ab ortu ſolis urbe Arabiæ, protexitur. In occaſum aũt uſq; ad Iordanẽ fluuium extendi manifeſtatur. Samaritana quoq; regio inter Iudæam atq; Galilæam media iacet, Incipiens à uico cui nomen Eleas, deficiens in terra Acrabathenoꝝ natura

Maior Peræa utilior Galilæa.

Deſcriptio Galilææ.

Samaritanæ regionis deſcriptio.

consimili, nec ullo differens à Iudæa. Vtraq; enim montosa atq; campestris est, pro loco rum diuersitate, neq; tota campis diffunditur, neq; in locis omnibus montium rupibus scinditur, sed utriusq; qualitatis habet gratiam, ad exercitium culturæ solubilis terra, & mollior, eoq; frumẽtis utilis, & propè circa fertilitatẽ soli nulli secunda, maturitate certe fructuum prior omnibus. Nam cum adhuc alibi serantur frumenta, istic metũtur. Spe cies quoq; atq; ipsa frumenti natura haud usquam præstantior habetur. Aqua dulcis, de cora ad speciem, suauis ad potum, ut secũdum elementoꝝ gratiam, æstimauerint Iudæi eam promissam patribus terram fluentem lac & mel, cum spoponderit illis resurrectio nis prærogatiuam. Et utrunq; quidem diuina pietas contulerat, si fidem seruassent: sed infidelibus animis utrunq; ereptum: Hic iugo captiuitatis, illic uinculo peccati. Nemo rosa regio, & ideo diues pecoris, & abundans lactis. Denicq; nusquam sic lacte distenta pecus hubera gerit. Poma syluestria uel insitiua super omnium regionum copias. Re ferta autem utraq; uel Iudæa uel Samaria hominum multitudine, ut mihi uideant hinc illud interpretati Iudæi, quod scriptum est: quia nulla erat in his locis sterilis & infœcun da, cum hoc lex de meritoꝝ fœcunditate præscripserit, & uirtutum fertilitate. Principiũ Samariæ de Arabiæ finibus à uico, cui nomen Iordani, finis ad aquilonem uico borceo, Latitudo autem Iudææ à fluuio Iordane usq; Ioppen. Incipit enim à fontibus Iordanis, & à monte Lybano, & usq; ad Tiberiadis lacum dilatatur. A uico quoq; Artha initium longitudinis eius, quæ usq; ad uicum extenditur Iuliadẽ, in quo Iudæoꝝ paritet & Ty riorum communis habitatio. In medio autem Iudææ ciuitas Hierosolyma, quasi umbili cus regiõis totius, ut prudẽtibus placuit, nuncupat: abũdans regio mediterraneis copi is, nec fraudata maritimis, ga ptendit usq; ad Ptolemaidẽ, & totũ illud mare ptexit litto ribus suis. Multæ urbes, sed inter oẽs Hierosolyma eminet: ita ut quasi caput in corpe nõ obumbret sua membra, sed regat, atq; eis tuitioni sit, & pulchritudini. De Iudæa itaq; & finitimis regionibus, opportuno licet compendio, ea quæ significanda fuerant non prætermisimus.

Hierosolyma caput Iudææ.

Caput .VII.

SEphoritani quoq; ob tributa & subsidia militaria regiones finitimas incursabant, autoritatem latrocinandi liberam, sibi belli specie uendicantes, quod imperio Ro mano à Iudæis inferebatur. Vnde Iosephus acceptæ acerbitatis iniuriam ulcisci gestiens, irruere in urbem Sephorim, sociato sibi plurimoꝝ numero contendit, ut eos aut reuocaret in societatẽ Iudææ, aut resistentes supremo (si posset) excidio labefactaret. Sed utriusq; conatus effectu excidit: quia nec dissuadere potuit Romanæ coniunctio nis electionem, nec urbem euertere, quam ipse talibus munimentis firmauerat, ut a Ro manis quoq; longe præstantioribus expugnari nequiret. Cecinit itaq; classicum, tentata irruptione sine ullo profectu, atq; in totam regionem bellum excitauit. Vastabãt omia, die noctuq; exurentes ædificia, diripientes patrimonia, perimentes quoscunq; bello ha biles comprehendissent, infirmos seruituti subiicientes. Repleta erat Galilæa omnis in cendio, sanguine, latrocinio, nullius immunis miseriæ, & deformi rerum omnium spe cie, cum si quid igni aut neci superfuisset, captiuitati reseruaretur. Cuius mali illa, quæ paulo ante acerbiora æstimata sunt, præferebantur.

Caput .VIII.

Tit⁹ Vespa sianusq; a trox & me morabile cę ptarũt bellũ

HAec prælusio quædam belli facta antequam Titus ueniret, qui simul ex Achaia Alexandriam transmisit, perductis militibus secundum mandatũ patris, ad ur bem occurrit Ptolemaidem, ibiq; connexis ordinibus quinto & decimo, addito etiam quintodecimo qui erant præcellentissimi, congregatoq; uel Romano, uel socio rum exercitu, atrox & memorabile bellum cœptarunt. Nam ubi primis initiis placido duci prospere gestis, secunda in aduersum cessere, profectus in fensior Vespasianus cum filio de Ptolemaidis finibus, in Galilæam sese immersit: Cognitoq; quod pacem abnue rent, quibus obtulerat condemnandæ dissensionis copiam, si sibi consulendum puta rent, Gadaram funditus euertit, uacuam bellatoribus offendens, quod omnes ualidio res diffidentes infirmioribus munimentis, ad munitiora sese contulerant. Repertis itaq; non pepercit, sed omnes necari iussit, nulla ætatis contemplatione, nulla infirmitatis misericordia, quod non tam iure uelli, quàm Cestianæ pugnæ dolore, & effusis in Iudæos

Iudæos odiis exequebatur. Denicq; non solum urbem, sed etiam uicos & municipia exuri præcepit. Nec iniusta erat commotio: quia post tantam insolentiam emendandi erroris facultatem dederat, nec est obtemperatum. Transierat ex ea urbe Iosephus in Tiberiadem priusquam Romanus exercitus appropinquaret: sed plus formidinis ex fuga, quàm fidutiæ dederat ex præsentia: hoc ipso enim territi sunt, quod bello aduersus Romanos gerendo imparem se Iosephus arbitrabatur. Neq; uero aliunde præsumpsit, nisi forte Iudæi studia belli deponerent. Ea erat illi potior sententia: Si bellum eligerent, malle se subeundo periculo fidem ciuibus, quàm declinando præstare proditorem. Nihil enim magis cauere, quàm ne commissum ipsum sibi honorem militiæ turparet. Itaq; scripsit ad urbem Hierosolymam bellum incubuisse, properęq; rescriberent pacem an prælium mallent, consulendum mature. Hæc strictim significauit, nihil propense in alteram partem, ne aut bellator meticulosus, aut pertinax rebellio iudicaret.

Caput .IX.

RVrsus de urbe Tiberiade Iotapatam petit, siue quod munitior cæteris esset, & propterea in eandem plurimi se contulissent bello promptiores: siue quod eò Vespasianus plerosque ex suis direxerat, qui munirent iter quod per montes difficile saxosumq; aspeꝝ peditibus, equitibus autem inuium atq; insuperabile foret. Denique diebus quatuor, ne angustiæ officerent, reserata sunt uiarum strata: compositum iter, quo facilius omnis exercitus transmitteretur. Quinto die transiuit eò Iosephus, deiectosq; Iudæorum animos erexit. Vespasiano quoq; ubi factum indicium, eò Iosephum commeasse, incentiuum celerandi itineris accessit, quod conficiendi belli cõpendium putaret, si dux & populus bello promptior interciperetur. Aduenit itaque cum exercitu, & primo die curandis cibo militibus, ne ex itinere fatigatos cura belli insecuerat, tempus dedit. Sequenti die duplici acie uallauit urbem, & tertio equestri ordine. Quod uidentes Iudæi inclusos se, & obsessos undique, nec ullum refugii locum, ipsa desperatione audaciam sumpsere. Nulla enim res promptiorem bello militem reddit, quàm necessitas præliandi, & præruptum periculum. Vrgebat Vespasianus iaculis, urgebat sagittis, missilibus quoq; plurimi Iudæorum ultra muros progressi, destinata feriendi arte uulnerabantur, manebant tamen impauidi. Tentabat omnia uirtus Romana, & maxime ubi infirmiora aduerterat murorum subsidia, illic maiore incumbebat manu: Pudor hos, illos armabat spes ultima, ferro sibi aperire uiam salutis desiderantes: Grauia tolerabant Iudæi, nec minora referebant tentamenta audaciæ. Peritia à Romanis cum uirtute, furor a Iudæis cum temeritate certabat. Fessis itaque tota die illis pro salute, istis pro triumpho dimicantibus, nox prælium soluit. Sequenti quoque die & tertio quartoq; consimiliter, & quinto præliatum acriter: sed ut solet fieri in talibus præliis, plura uulnera quàm neces inferebantur, licet sæpe & excursus a Iudæis, & Romanis tentarentur eruptiones, quos in iram accendebat pudor, eo quod uictores Annibalis, & Antiochi omniumq; gentiũ Iudaicis præliis immorabantur. Tanta erat Romanæ uirtutis constantia, ut nõ cito uincere pars uicti æstimaretur: sed aduersus naturam magis erant illis, q̃ in hostem certamina. Nam ciuitas præruptis undiq; ppè erat intercluſa rupibus, non uallo & fossa, ut aliæ urbes, sed profundis erat circũuallata præcipitiis, quæ nec usus hominum comprehenderet, nec usus inuestigaret, & horror solicitius intuentem magis magisq; inuolueret: tantum ab aquilone in montis defectu unus ad urbem accessus, arduo tamen ascensu suppetebat. Quem Iosephus muro intercluſit, propugnatoribus sepsit, ut inter murum inferiorem, & urbem superiorem periculosa eruptio fieret obsidentibus, & intuenti esset inæstimabilis cognitio superiorum. Ciuitas enim ipsa in montis supercilio sita, in circuitu finitimorum montium uelut quodam naturali uallo circumdabatur, septo genitali abscondita, ut nemo prius illic urbem esse intelligat, q̃ in urbem ipsam fuerit ingressus.

Necessitas iãdi promptiores bello reddit milites.

Caput .X.

VEspasianus cum uincere naturam nequiret, eam sibi ipse in adiumentum acciuit, ut obsidione diuturna per inopiam cibi & potus cogeret obsessos ad deditionẽ: sed frumenti copia multo antè cõgesta, ppulsabat periculum fa-

mis,

mis. Aquæ erat difficultas maxima, quia neq; ullus in urbe fons, & solēnis siccitas raris per ea locoꝝ imbribus, bibēdi subsidiū attenuauerat. Ductus omnes aquaꝝ obstruxerat ne in urbē mearēt. Augebat inopia auiditatē, repugnabat natura: Commentū Iosephus detulit, ut infusæ uestes muro suspenderent, quo paulatim rorantibus, aquis crederet il lis non deesse ad potum, quod abundaret ad lauacrum uestimentorum.

Caput .XI.

DIectus eo Vespasianus, rursus ad expugnandam urbem accendit, atq; omnē exercitū circà cōgregat: machinis murū quatit, pulsant aries: Nomē hoc speci es dedit, eo q; ualidæ ac nodosæ arboris caput ferro uestit, & quod ut frons arietis ptendit, quæ obductis laminis turgescit, & pminet, è medio eius quasi cornu procedit ferri solidioris. Magnitudo arboris in modū mali nauālis, quā nō uentoꝝ pcel la, nō uelorū sinus flectant. Ea suspensa funibus ad superiora, atq; robusta arborū nexis, multorū manu ualide in murū impellebat. Deinde retrorsum ducta, atq; in stateræ mo dum sustentata retinaculis, maiore impetu destinabat, ut crebris ictibus fatigatum muri latus cederet, cauatumq; ui rupturis fenestram daret, qua Romanis hostibus uia in interiora urbis pateret. Primo igit ictu murus concussus est, contremuitq; omis. Clamor ilico uniuersorū, quasi expugnata urbe trepidantiū, ne repercussus murus fatiscceret. Sed Iosephus saccos paleis repletos, in eū dimitti locū pcepit, in quē aries a Romanis intorquebat, ut laxo saccoꝝ sinu lusa plaga oīs arietis emolliret. Illisa em solidis solida nocēt, solutioribus euacuāt. Deniq; facilius solidiora mollioribus cedūt, q̄ molliora solidiori bus. Nam & aquæ alluuiōe scopuli soluunt, nec ruina rupis ullū est damnū aquarū, & iactis in freta molibus aqua suos usus reseruat: sed petra inter undas reseruare suos nescit. Arenam quoq; marmoris ruina non frangit, & marmor arenæ ruina cōminuit. Re tulerunt tñ etiam Romani quo cōmenta refellerēt Iudæorū, contis falces ligantes ghus dimissos incideret saccos, quo uacuati paleis euitare arietis ictū nequirent. Reparato itaq; impulsu machinæ, cum se Iudæi urgeri uiderent, unus ex his Eleazarus ingentis magnitudinis saxum eleuans, de muro sup arietē elisit tanta ui, ut cōminueret caput machinamenti. Exiliens quoq; in medium hostium rapuit illud, atq; in murum ferebat intrepidus in cōspectu aduersariorū, & patēs uulneri. Deniq; iaculis q̄q; figit, sed nequaq̄ cōuersus ad uulnera, quō ipe saxi ruina hostē uolueret intēdebat. Ascendit itaq; murum & uictor doloris stetit cōspicuus tantæ psumptiōis, ac sup arietē se saxumq; deiecit, & cū eo corruit. Victus quidem morte, sed uictor machinamenti, cum in se solus discessērit patriæ: in machinamenti autem communitione, totam urbem ab excidio seruauerit. Netyras quoq; & Philippus in medium se iecere agmen, ut auerterent quos petierant. Iosephus autem ignibus iactis ut machinamenta omnia exureret, breui consumpsit plurima, sed consumpta reparabantur.

Caput .XII.

Vespasian⁹ in talo uulneratur.

INstabat Vespasianus, urgebat ita ut in talo ferirēt iaculo sagittæ: Turbati sunt Romani cum sanguinem ducis fluere cernerent. Exagitatus filius cucurrit ad patrem. Sed ille supra uim uulneris uirtutem gerens animi, prohibet trepidare filium, magisq; in prælium accendit milites, ut iniuriam ducis ulciscerentur. Ipse signifer reuocabat exercitum, & ad muros cogebat. Ipse in bellum cæteros adhortabatur, alii sagittis, alii telis, alii balistis hostem urgebant. Tanta autem erat huius tormenti uis, quo saxa in hostem iaciebātur, ut percussus unus ex sociis Iosephi, qui propter astaret, comminuto capite rueret, & occipitiū eius usq; ad tertium stadium excuteretur: mulier quoq; aluo grauis pcussa utero, supra dimidiū stadii de ītima sede secreti genitalis, excuteret ifantē. Ad postremum tamen, uictor cum muro Romanus miles succederet & in ipso aditu utrinq; ualida manu decertaretur, sicut erant conferti, oleo feruenti, Iosephus perfundi Romanos iubet, qd facile a uertice ad ima defluebat uestigia. Nec minor incendio flam

Natura olei. cito calescere

mæ candētis, olei feruor omnes artus depascebatur. Succedebant tamen alii: pleriq; etiam sudor pfluus olei uī refrigerabat: Et q̄uis huiusmodi olei natura sit, ut cito calescat, & serius conceptū deponat calorē, tñ uictoriæ studio abscondebant iniuriā. Ardebant animis ut nullum corporis sentirēt incendiū, nec tanti æstimabant pœnæ feruētis dolo

rem, quanti dispendiū gloriæ: si tanquam exortes triumphoꝝ desisterent bello, qui duces fuerant periculoꝝ. Vel sanguine itaq; suo restinguere incendiū olei certabant.

Caput XIII.

HAc mora obsidionis etiam Iaphæ urbis, quæ uicina erat populus insoleuerat, q̄ tamdiu decernebat. Vnde motus Vespasianus, Traianum qui præerat ordini quintodecimo ductoris officio direxit, cum mille equitibus & duobus millibus uiroꝝ militiæ pedestris. Qui sine retractatione profectus, uir acer & bellandi artibus præditus, conuenientem studiis suis euentū belli reperit. Nam cum esset ciuitas, & natura loci septa & gemino muro circūuallata, nō cōtentus tegere se populus eius munitionibus, occurrendū Romanis putauit: Sed pauliſper resistere ausi, intra muꝝ exteriorem recipere sese uolētes, hostem pariter recepere. Nam cum ipsis festinantibus etiam Romani subintrauerunt, cōfugientibus quoq; ad muꝝ interiorē, clausæ portæ, ne rursus Romani pariter irrumperent. Ita auerso à se dei auxilio, Iudæi præliabant, quo antequincere solebant, sed offenderant sceleſtis flagitiis, & ideo ab his pœna debita reposcebat, ut donarent eoꝝ supplicia natiōibus. Deniq; plures propè suis inter se bellis q̄ ab hostibus, obterebant. Exemplo est Iaphæ populus, qui Romanis portas aperuit, & sibi clausit. Nam ut primū murum Romani irrumperent, ipsi patefecerunt, ut secundū murum Iudæi non penetrarent, Iudæi clauserūt. Receptus itaq; hostis est, socius exclusus. Receptus ille, ne pcussor deesset: exclusus iste, ne penitus euaderet. Intra duos itaq; muros cædebant Iudæi, manu cominus, de muro eminus. Pleriq; em Romanæ militiæ uiri cōstricti angustiis muꝝ ascendebant, atq; inde in subiectos tela iaculabant. Itaq; Galilæ suis, q̄ hostibus infestiores: rogabant ut in interioris muri uestibulo reciperent, sed resistebant sui. Dimicabat in portæ limine, Iudæis inter se pugnantibus: Isti irruentē cuneum gladiis excipiebant, illi resistentes moriebant. Sæua imprecantes sibi inuicem, & minora se meritis suis perpeti supremis uocibus attestabant. Itaq; extincta sunt duo milia uiroꝝ omnium præliatoꝝ. Ratusq; Traianus uel nullum iam sibi repugnatuꝝ, uel facilem urbis expugnationē, ueteris uir disciplinæ summam uictoriam Vespasiano reseruauit, misitq; ad eum postulans, ut filiū suū dirigeret Titū, qui finē prælio daret. Quo aduentante facta irruptio, cæsiq; multi mortales, nec sine labore ac periculo uictoria cessit Romanis. Quibus ingressis muꝝ interiorē, obiecerant se quicunq; erant bello idonei, & in angustiis positi, anceps bellum uictoribus effecere: pugnantibus desuper uili ac muliebri sexu, ac sæpe etiam in suos saxa, atq; omnia quæ forte repererant teloꝝ genera iaculantibus. Deniq; sex horis in ipso fine quasi ab exordio pugnatū. Ad postremū cæsis, qui cōstiterant pugnaturi tum in cæteros fine ordine, fine modo, fine misericordia. Senes cum adolescentibus iugulabant, mulieres cum paruulis reseruatæ, nō ad ueniam, sed ad seruitutē: masculi oēs interfecti, nisi quos pueritia, aut infantia defēdit: in prædam ducta sunt duo milia. cxxx. mancipia, domini cum seruulis æqua iam sorte conditionis, quos captiuitas pares fecerat.

Alij duodecī

Caput XIIII.

NEc Samaritæ immunes miseriarum fuere. Nam cum secundum consuetudinem suam ascendissent montem Garizim, qui erat illis consecratus, ubi adorare solebant: unde & in euangelio dicit Samaritana: Patres nostri adorauerunt in hoc monte. Et responsum est ei: Veniet hora quando neque in hoc monte, neque Hierosolymis adorabitis patrem. Debebatur enim ut cessaret superstitio, & uera religio succederet: Euacuaretur umbra, ueniret ueritas. Vt iam non in monte sicut Samaritani, non in Hierosolymis ter in anno, sicut Iudæi: sed in spiritu in omni loco eleuans puras manus, homo omnis adoraret deum, & in nomine IESV genu flecteret. Cum igitur, ut suprà diximus, in monte collecti secundum suos ritus manerent: belli autem minas prætenderet ipsa congregationis species, uel sensus eorum qui nec malis finitimis resipiscebant. Multo autem amplius prosperioribus Romanorum successibus p inuidiam commouerentur, ac prope tumultum res essent: consultius æstimatum est eos præueniri, ne in maiorem pestem erumperent. Vocatóque præfecto ordinis quinti cum tribus milibus utriusque militiæ uiris, cò eum Vespasianus direxit, At ille ascende

Verus modus adorādi deum.

re mon

re montẽ primo exordio piculosum ratus erat, eñ simul iuncta terrori multitudo populi, & præruptũ naturæ circũdedit exercitu montis confinia: & toto die deferri fecit custodiam ne quis aquatum descenderet. Cum igit tantam hoim multitudinẽ uexaret sitis, quæ magis ac magis æstu exardescebat, et plerique seruituti se uel etiã neci mallẽt offerre, ne uel fame uel siti perirent. Cerealis, hoc eñ nomẽ pfecto, ex descedentibus uniuersos esse defatigatos æstimans, cinxit montẽ, ac more militari pollicẽs salutẽ, si arma deponerent, recusantesq; iussit feriri. Itaq; extincta sunt illic milia. xi. sexcenti uiri.

Cerealis pse ctus.

Viginti milia ducẽti uiri hũt alij.

Caput .XV.

De captione Iotapatæ & destructiõe eius

IOtapatæ quoq; quadragesimo & octauo die facta ẽ irruptio primo diluculo: cũ ad huc multo superioris diei fessi labore requiescerẽt, primus oim Titus cum Sabino ingressus, cæteris uiam præbuit. Cõprehensisq; superioribus locis, in angustiis plateæ passim & ignari adhuc factæ irruptionis feriebant. Alii in suis stratis, alii expergefacti, alii uigilantes: sed inedia ac somno soluti pœnas dabant. Adhuc tñ totam urbẽ uis latebat malorũ. Sed ubi exercitus ingressus militari infremuit ululatu, ad solum ferè subeũdæ mortis affectũ surrexerũt. Et si q supiora petere tẽtauerãt repulsi cædebant, et quibus ulciscẽdi uis suppetere poterat, ipa coartatio uidictã ademerat: et si q resistere parabãt, irruẽtibus supra se aliis, bello absc̃debant. Alii multo fessi certamĩe dimissis manibus sese offerebãt uulneri, ut uel morte tã feralibus malorũ suorũ spectaculis eriperent.

Antonius Centurio.

Hac deceptus securitate pereuntiũ centurio Antonius, rogatus à quodã qui ĩ spelæa cõfugerat, ut ei dextram daret, obsidem ueniæ & salutis sequestram porrexit ilico, doli negligens, & uæ miser nimium securus triumphi: sed ille incautum spiculo ferit, & statim trãsfigit, ne ipleta eẽt incruẽta Romanis uictoria. Illo die interfecti oẽs quicũq; inuẽti. Sequẽtibus aũt diebus etiã de hypogeis & cæteris defossis specubus, pducebant, uel ibidẽ extiguebãt, exceptis puulis ac mulieribus. Cæsa per oẽs dies. xl. milia, qui numero comphẽsa sunt: in captiuitatẽ deducti. M. cc. euersa & igni exusta est ciuitas, & castella eius oĩa, anno imperii Neronis. xiii. Iosephus interea inter fauillas urbis in quo dam lacu delitescebat, haud insc̃ius q; quasi dux aduersi agminis studiosius requireret. Egressus die secundo, ubi septa aduertit oĩa, reuertit in lacũ. Tertio die mulier quædam repta, cognitas sibi Iosephi latebras, quærẽtibus demõstrauit, sed in lacũ pariter. xl. uiri, qui eò cõfugerãt, sese tegebant. Qui ubi aduertebãt Iosephũ, primo per Paulinum & Gallicanũ a Vespasiano ad spẽ salutis uocari, postea per Nicanorẽ, qui Iosepho ueteris amicitiæ gratia copulabat, & ideo missus ut dexteram daret, promptius officiũ mandati muneris exequebatur: circũfusi Iosephum talibus adoriebantur sermonibus.

Anno ipatũ Neronis. 13. Iosephus in lacu delitescit.

Caput .XVI.

Oro q̃ Iosepho socĩ sui mortem sua debant.

NVnc maior ludæi nominis tentatur ruina, nunc fauilla tetrior quæ sepelieat & abscondat splendidissimæ disciplinam prosapiæ, atque omne decus subruat, qñ Iosephus ad triumphũ captiuus reseruari iubeẽ. Quid sibi uolũt tam sedula subito inuitamenta hostium? Quid dona salutis spontanea? Rogantibus uitam aliis, non pepercerunt. Iosephus accersitur: Iosephus rogatur ut uiuat. Metuunt uidelicet ne pompam amittant triumphi, ne desit quem spectet Roma captiuum, quem cæteris natũ Vespasianus ante currum suũ dirigat. Ad hæc igit ludibria uis reseruari? Et unde triumphabunt, si dux eorũ defuerit de quibus triumphaẽ? Aut qui triũphus si amicitia datur uictis? Ne credas Iosephe, uita tibi promittitur, sed paranẽ grauiora morte. Viderunt te Romana arma, non capiat fraudulentia. Atrociora sunt dona eorũ quàm ulcerunt te Romana arma, non capiat fraudulentia. Atrociora sunt dona eorũ quàm ulnera: Illa eñ captiuitatem minantur, hæc libertatem reseruant. Inflecteris Iosephe, & animi quadam fractus mollitia uis esse patriæ superstes? Vbi est doctrina Mosi, qui se delibro cœlesti deleri petebat, ne plebi dñi superuiueret? Vbi est Aaron qui inter uiuos ac mortuos medius stetit, ne mors uiuentem populum sæuo cõtagio depasceret? Vbi est regis Saulis & Ionathæ deuotus patriæ animus, & mors illa pro ciuibus suscepta, & fortiter glorioseq; expetita? filius patrẽm exemplo inuitauit, pater filium morris proposito non dereliquit. Qui cum posset uiuere, maluit se interfici, quàm ab hoste triumphari. Hortabatur armigerum suũ dicens: Percute me ne ueniant incircũcisi isti, & percutiant me & illudant me, quia armiger timuit, ipe se gladio transuerberauit. Dignus quem Dauid

Dauid spiritu pphetico uindicaret: quia se degener Amalechita de eius morte falsò iactauerat, & gloriam uiri qui se ipsum hosti exemerat imminuendã putauit, ut à se interfectum mentiretur. Dignus etiam quẽ tantus laudaret propheta, dicẽs: Saul & Ionathas speciosi & charissimi inseparabiles in uita sua, & in morte nõ sunt separati. Sup aquilas leuiores, super leones potẽtiores: Ipse quoq; Dauid cum populũ percuti ab angelo uideret, in se uoluit cœlestem deriuari uindictam, ne pereũte populo reseruaretur. Postremo ubi lex diuina, cuius interpres semp fuisti: quæ pro hac breui uita petpetuã iustis promisit immortalitatẽ? Vbi deus Hebræorũ, qui docet iustos mortis cõemptũ habere? Refugere etiam debere terrenũ habitaculum, anhelare ad supna, ad regionem paradisi, ubi deus ipse pias animas conseruauit. Nunc demũ cupis Iosephe uiuere, quãdo non oportet imò nec licet: imò quod maius est, nõ decet: & carpere desideras lumen illud (ausim dicere) seruitutis, quod in aliena potestate est, ut id quãdo uoluerit Romanus eripiat: qñ uelit, carceris tenebris obducat: ut optes hinc fugere, nec liceat mori, & quo pudore ad eos ibis, quibus persuasisti pro patria mori? Quam excusationẽ habebis quod tamdiu resederis? Expectant quid agas, dicẽt profecto: Quid moratur Iosephus, qui præuenire debuit? cur tam sero sequit? cur discipulos suos quibus p libertate moriendum suasit, imitari recusat? Perferemus certe nos, quod seruire elegeris assertor libertatis, quod mancipium te Romanis addixeris, q captiui tatẽ libertati præposueris? Sed esto, uelis uiuere, quomõ hoc impetrabis ab his, aduersum quos toties pliatus es? Quomodo te intuebuntur, quibus oculis, quibus animis? Quomodo iratis dominis & si liceat uiuere uoles? Aut quis proditorem patriæ nõ credet fuisse, cui mercedẽ solutã proditionis uidebit? Vtrum mauis elige, horum alterũ sit necesse est. Vita tua aut præmium pditionis erit, aut seruitutis supplicĩũ. His dictis intentarunt gladios, addentes: si acquiescis mori, quasi amici ministeriũ præbemus: Si recusas, qnasi proditi ultionem exigimus.

Caput .XVII.

AD hæc Iosephus refert: Et quis uelit esse tantæ mortis supstes? Quis eligat fieri hæres doloris? Quis aĩam suã nolit ex ipso corpore mortis si liceat absolui? sed nõ licet soluere, nisi ei qui ligauerit. Naturæ uinculo coniuncta est anima corpori. Quis autor naturæ nisi omnipotens deus? Quis hoc animæ & corpis nostri, deo placitum contuberniũ interrũpere ac dissociare audeat? Si quis imposita manibus suis præcepto hærili uincula, sine arbitrio domini sui detrahat, nónne is gtaui pulsasse iuria suum dominũ cõdemnabitur? Dei possessio sumus, deo seruitium debemus, qua si serui expectemus imperia, quasi uincti reseruemus uincula, quasi fideles bonũ depositum custodiamus. Nõ recusemus uitæ istius munus quod dedit nobis, nõ refugiamus donum cœleste. Si hominis data reiicias, cõtumeliosus es: quanto magis seruare debemus, quod à deo nostro accepimus? Ab ipso itaq; accepimus quod sumus, ipsius quoq; debẽt esse, ut q̃diu uelit, simus. Vtrũq; eñ ingrati est, & citius discedere q̃ uelit; & diutius uiuere q̃ uoluerit ipse, qui uitam donauit. Nunquid ante festinauit exire Abraham? Nunquid ante ascendit Abarim Moses q̃ diceretur ei, ascende in montẽ Abarim? Sed dictũ est ascẽde, & ascẽdit, & mortuus est, quasi bonus seruulus. Expectauit dñi pceptũ, Ipse Iob qui dixit: Pereat dies illa in qua natus sum: tñ in uulneribus & doloribus posi-
tus, uitæ huius uincula non disrumpebat, sed ut liberaret rogabat dicens: Vt quid datum est in amaritudine lumen, uita aũt in dororibus animæ? Laudabat itaq; mortem cũ diceret: Mors uiro requies: tamẽ nõ præripiebat, sed postulabat ut scriptũ est: Concutior omnibus membris: & quia sum impius, quare nõ sum mortuus? Cur de uentre matris nõ in sepulchrum decidi? Aut nũquid breue tempus uitæ meæ? Dimitte me requiescere paululũ. Alius quoq; sanctus dicit: Educ de custodia animã meã. Petit euadere: petit ex hoc corpore quasi de quodam liberari carcere: nullus tñ sanctorũ necẽ sibiipsi usurpat, nullus præripit. Si lucrum est mori, furtum est ursurpare ante expectatũ: Si bonum est uiuere, sacrilegium est repudiare anteq̃ reposcat. Sed gloriosum putatis in bello mori? Nec ego abnuo bonũ esse p patria, bonũ pro ciuibus in bello mori. Sed belli lege offero iugulũ, si hostis petat: si mucronẽ demergant Romani, quibus de nobis deus uictoriam dedit, quibus propter peccata nostra nos adiudicauit. Nec mihi blandior q

Respõsio Iosephi.

Moses morituus in mõte Abarim.

parcendum spondeant. Vtinam fallant. Vel hoc lucrum feram, ꝙ me sic timuerunt ut fallerent, uel hanc ultionem referam quia frangunt fidem. Malo illorum latrocinio peri re q̃ meo. Latrocinium meum est, si mihi ipse itulero manum: si hostes beneficiũ. Ergo illud cum beneficium dare possent interimendo, seruandum putauerũt quod in pote state habebant, ut captũ occiderẽt latrocinati sunt. Sed pollicemini mihi manus uestræ ministerium, reuera percussor nobis defuit, ut nostro scelere pereamus. Nolo meo, no lo uestro scelere perire, quod plus est q̃ meo, nolo mutuo. Hoc est enim unumquenq; nostrum sibi manus inferre, uicariæ necis mercedem soluere: ut iam nõ solum pro suo quisq;, sed etiam pro alterius sanguine scelus debeat. Verum regis Saul exemplum pro mitur, eius certe qui aduersus uoluntatem diuinam rex postulatus est, & offensam me ruit dei. Vnde etiam cum uiueret successorem accepit. Egregium exemplum uiri, cui defuit dei gratia, & tamen uoluit mori, quia iam non poterat uiuere. Voluit tamen & ipse ut eum socius occideret: sed ille scelus putauit, recusauit ministerium. Non igitur usus consilio, sed destitutus ministerio fecit, ut ipse gladium in se conuerteret. Si timens fecit ne sibi illuderetur, quid laudas quod timoris est? Si non timuit, cur primo aliud elegit? Ego nec illudentes Romanos timeo, nẽc mentientes. Saul tantum se solus peremit, non Ionathas, non quisq̃ alius in nostris scripturis. Quid mirũ si potuit se peri mere, qui potuit etiam filium occidere? Aaron inter uiuos ac mortuos stetit, & hoc uire tutis est, non temeritatis. Non eñ morrem sibi inrulit, sed mortem non timuit. Qui cã corpore suo repulit, & serpenti in omni obstaculo fuit. Non ego quidẽ Aaron, sed ta men non degener ab eo, offero manus, feriant ut uolũt. Si possum eorum manus time re, dignus sum qui manibus peream meis. Si pereunt illi aduersario, cur ego non pere am mihi? Si quæritis cur pacere uelint, & in hoste uirtutem mirantur: Tanta est enim uirtutis gratia, ut frequenter etiam hostem delectet. Nostis etiam ipsi quanta intulerim exitia Romanis, quo modo uictores omnium gentium, Iotapatæ ignobilis urbis diutur na obsidione, ab Hierosolymitanæ urbis excidio auerterim. Breui dãno totius belli ale am lusi. Didicerunt cæteri meo periculo pacem optare. Fortassis ad hoc reseruamur, ut non deterreantur cæteri, sed prouocent. Sed suaue asseritis mori pro libertate. Quis ne gat & illud? tamen dulce uiuere pro libertate. Nam cum amicitiam offert, libertatem p mittit. Quod si seruitutẽ inferat, tũc erit certe opportunior moriendi uoluntas, si opor tuerit mori: Nunc autem uitam offerunt, nolunt occidere. Timidus autẽ est & qui non uult mori, quando oportet, & qui uult quando non oportet. Quis enim ignorat fœmi neæ timiditatis eẽ, et muliebris formidis, ne moriare mori uelle? Deniq; pauidæ mulie res ubi aliquod iminere sibi periculum cognouerint, solent se præcipitio dare. Angu sti eñ animi, molẽ formidinis & metũ mortis sustinere nequeũt. Vir aũt patiẽs q̃ præ sentia non timet, & futura cogitat, nescit trepidare, ubi non est timor. Deniq; scriptum est, quia animæ effœminatorum esurient, quæ cibum utiq; uirtutis non habentes esuri unt: ideoq; ad mortem ante tempus festinant. Neq; enim repletus cibo gratiæ spiritalis, sibiipsi manus irrogat: cum scriptum sit: quia os imprudentis mortem inuocat. Et ite rum dicit scriptura: Et qui nõ curat seipsum iu operibus suis, frater est eius qui seipsum exterminat. Condemnatur ergo qui seipsum percusserit. Quid enim tam contra legem naturæ? Quid etiam tam contra naturam omnium animantium? Quibus libet feris licet atq; agrestibus, insitum est se amare. Naturæ eñ lex ualida est uelle uiuere, nec sibi mor tem ascíscere. Deniq; ferro in se armari, omnia genera animãtium nec si uelint possunt. Informem leti laqueum homines inuenerunt, feræ nesciunt, Sed morsus ferarum arma sunt, dentes eorum gladii. Quando tamen quisq̃ audiuit, quod sibi aliqua fera proprio morsu mẽbrum ademerit? aduersum alios fauciũ suarũ armis utunt, aduersum se oscu lis. Nobis quoq; quid tam dulce q̃ uita? Quid tam inimicũ q̃ mors? Deniq; q uitã pro texerit, patronus est: qui mortẽ appetere tẽtauerit, insidiator est. Quod ergo in aliis ex ecramur, si nos appetamus, ipsi nobis uolumus inferre, quod ab aliis pro pœna exigi mus, hoc ipsi nobis irrogamus pro gratia: & gubernatorem si cõmissam sibi nauẽ saxo il lidat, persequimur, nos in cõmissum nobis nostri corporis gubernaculũ ferro extinguí mus, & uoluntario naufragio addicimus? Sed obiicitis mihi mortẽ maturam, cũ in pote

Vita nihil dulcius.

statem hostiũ fuero deductus. Quid ergo luctifaciam, si quod ab hoste metuo, hoc ipse mihi inferam? cũ possit accidere, ut quod suadetis mihi facere, nõ faciat inimicus? Hu iusmodi istud est, acsi uidens gubernator tempestatẽ futuram, tempestatis gratia decli nandæ nauẽ fluctibus immergat. An quia grauiora supplicia exacturus est aduersarius, ideo præueniendũ putatis? uel quia strenuum arbitramini ut in nos ipsi ferro utamur? Sed id imbecillitatis suffugium est, nõ uirtutis trophæum, captare lucrũ suppliciorum. In hoc igitur inhæremus, ꝙ nec insignia habeat fortitudinis, nec profectum utilitatis. Quid autem attexam uiolati depositi religionem? Deus omnipotẽs thesaurum nobis optimũ dedit, atq; inclusum in hoc uase fictili, & consignatum cõmisit nobis custodien dum quoad ipsi placeat reposcere. Nónne in utroq; crimen est, uel reiicere depositum non reposcenti, qui dederit: uel reposcenti negare? Si hominis depositum uiolare pœ na infamiæ est, quanto magis uiolare depositũ dei? Depositum dei aĩa est in hoc corpe, anima quæ mortis istius capax nõ sit. Non eñ ullo mortis uinculo astringitẽ atq; alliga tur, sed uidetur mortẽ operari, cum soluitur corpore, atq; de cõmisso sibi cõtubernio se iungitur. Cur igitẽ ante repetitũ depositũ mortem irrogamus, & aĩam quasi inutilẽ no bis remittimus, atq; è domo nra excludimus, & corpus sine decore & gratia sui in terrã resoluimus, cur exeundi hinc præceptum non expectamus? Miles tesseram expectat, seruus imperium. Si quis horũ sine præcepto exierit: alter desertor, alter fugitiuus est: Qui hominẽ fugit, pœnæ est obnoxius, quamuis improbũ fugerit dominũ: nos opti mum oĩum fugientes, possumus non astringi impietatis flagitio? Num etiã illud præ terit nostram opinionẽ, ꝙ apposuit deus angelum in circuitu timẽtium eũ. Est ergo q prohibeat nisi præceptum acceperit? Si nullũ præceptum, nullũ uiaticum? Et quomõ perueniemus sine uiatico? Quis nos recipiet in illum purũ & secretum locũ? Quis nos admittet ad illa sanctaꝝ animaꝝ consortia? Adam latebat quia præceptum dei præuari catus est: exclusus est de paradiso, quia nõ seruauit mandatũ. Dicitur ei: Adam ubi es? Quasi ei qui fugerit, quasi ei cuius apud deum nõ est præsentia. Nónne & mihi dicetur ubi es? qui præter præceptũ uenisti, quem ego naturalibus uinculis nõ relaxaui? Tolli te eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & stridor dentiũ & dolor. Hæc non solum moribus hominũ, sed etiam legibus interdicta accepimus: Nanq; alii insepultos proiici iubent eos, qui in se ferrum deiecerunt. Dignum est eñ, ut qui patris impium non ex pectauerunt, priuẽt quasi quodam matris gremio, terræ sepulchro. Alii dexteram ma num abscindunt defunctis, ut separẽt à mẽbris sui corporis, qđ aduersus corpus suum uesano militauit furore. Sed hunc exitum sacrilegi ferunt, aut proditores, uel percusso res parentum: qui uerum patrem non agnouerunt, nec sese cognoscunt. Ideo aut peni tus sepeliri prohibentur, aut non toti sepeliuntur. Animas quoq; eorum nõ paradisus recipit, sed inferorum tenebræ, sæuaq; supplicia. Hæc mihi reputanti, quanq̃ omnia ere pta sint: sola tamẽ terrori ac fotmidini sunt: nec mihi ipsi inferam quæ nec hostis pote rit inferre: & illa paradisi eripiam, quæ Romanus adhuc non potuit eripere. Certe ac celerare potuit, non poterit auferre, quæ sola impatienter desidero. Non eñ uitæ huius ulla cupiditas tenet, in qua nec apud ciues, nec apđ hostes cepi, quod delectaret. Isti mi hi pacem negarunt: illi patriam eripuerunt. Inter tot mala, quid potest suauitatis in hac uita superesse? Tu modo omnipotẽs parer, qui naturæ autor atq; arbiter es, honestum largire exitũ, tu rumpe naturale hoc uinculum: redde aĩam meam secretis suis. Extin ctus sit populus, ereptũ ius, libertas infracta: nõ ꝑuaricabor tamẽ legẽ tuã ut moriar in iussus. Expecto ut iubeas, expecto ut uolentẽ liberes. Multos habes tui executores, à te expecto imperiũ, ab executore ministeriũ. Bonũ est mori; sed moriar ut Hebræus, nõ ut latro, nõ ut carnifex, nõ ut hostis. Victus sim licet bello, manebo tamẽ qđ natus sum, ut Abrahæ patris hæreditatẽ nõ deseram. Non trãsibo in numerũ hostiũ, ut ipse meus percussor sim. Offerre me hosti percutiendum sine pietatis possum dispendio: manus meas mihi in hostem conuertere sine scelere non possum. An uero metus est, ne nõ li ceat nobis secundum legem uiuere? Re uera nunc magna libertas est, quibus non licet secundum legem mori.

Pulchra cõparatio

Depositum dei aĩa est in hoc corpore

Christianissima sñia hois Iudæi.

Pia oratio ad deum.

Caput .XVIII.

HAec Ioſephus allegabat, quo euacuaret uolũtariæ mortis affectionem. Sed illi, qui ſemel ſeſe morti deuouerãt, quia uerbis reſiſtere nõ poterãt, gladiis quaſi feriturí ilico uiã circũſtetere: niſi acquieſcendũ putaret. At ille circũdatus, alium ducis reuocabat autoritate, & uirtutis cõſtãtia, aliũ ſeuero obtutu cõueniebat. Huius reuocabat dexteram, illius inflectebat iram, mulcebat cõſilii ſalubritate. Diuerſis modis unicuiq; irrationabilẽ extorquebat furorẽ. Etẽm q̃is ultima ſors uicti dignitatem extorſerat, non penitus tñ aboleuerat reuerentiam. Paulatim itaq; deponebant manus, recondebant gladii, tñ intentio perſeuerabat. Cum uideret unũ à pluribus ſe obſeſſum teneri, ſiue caſu quodam, ſiue conſilio cõmentatus eſt, ut minueret numeꝝ repugnanti um. Cõmittamus, inquit, ſorti moriendi ordinẽ, ut ſe nemo ſubtrahat, cũ ſors cõueniat uniuerſos. Iſtiuſmodi cõditio ſit ſortis, ut is qui ſortẽ exierit, ab eo qui ſequit, interimat. Itaq; fore, ut ſors unũquenq;, nõ propria uoluntas morti adiudicet. Stet igit unuſquiſq; ſub ſorte iudice, & exors ſceleris, & liber captiuitatis, ut non alieno arbitrio celeret, nec declinet ſuo, mortẽ futuram. Nemo recuſare poterit euentũ, quẽ uel caſus intulerit, uel uoluntas dei ſignauerit. Fidẽ fecit oblatio, & uniuerſoꝝ aſſenſus ſorti acquieuit. Quiſq; ſorte eſt deſignatus, paratam ſequẽti necẽ præbuit. Itaq; accidit, ut interemptis reliquis, Ioſephus cũ altero ſuperẽſſet neci. Manebat neceſſario, ut aut ſorte cõdemnaret, aut certe ſi exitio ſuperẽſſet, ſanguine ſocii cõtaminandus foret. Suadet ut ſorti renũtiaret. Sic domeſticũ euaſit prælium, & per Nicanorẽ ad Veſpaſianũ deducit. Fit concurſus ad eius aduenientis ſpectaculũ, Romanis ferè oĩbus confluentibus, alii uidere deiectũ, deſiderabant, quem pauloante in ampliſſimo honore poſitũ, ſummæ rei præeſſe intuebantur, alii certabant capto illudere, alii uices rerum humanarum tam uarias atque flexibiles mirabant. Pleriq; cõſultius ingemiſcebant, qui in alienis caſibus ſibi poſſe eadẽ accidere putabant. Titus præ cæteris mouebat, ingenita animi manſuetudine: illũ dudum bellatorẽ ſupbum ſubito ptãti addictũ hoſtiũ, alieni motus ſortẽ opperiri, uitæ nauſragum, exulẽ ſpei, incertũ ſalutis. Tm̃ ualere momẽta in præliis, ut breui caſu diſpares ſui reddãt, cũ aut potẽtes deiiciunt, aut afflicti leuant. Itaq; pars melior eoꝝ ſcilicet qui honore potiebant, mitiora cõſilia dabãt: maxima tñ portio ſalutis apud patrẽ Ioſepho Titus fuit. Veſpaſianus eum aſſeruari præcepit, ne forte elaberet.

Sortis moriẽdi conditio.

Ioſephus p. Nicanorẽ ad Veſpaſianũ deducitur.

Titus p̃ cæteris mouebatur.

Titus fuit Ioſepho apud patrẽ maxima portio ſalutis

Caput .XIX.

INde paucis poſt diebus Ptolemaidem repetit, atq; inde Cæſaream contẽdit, urbẽ ludææ maximam, ſed magis gẽtilibus refertam inhabitantibus: unde cũ plauſu & lætitia ſuſcepere exercitũ Romanũ, non ſolũ Romanæ ſocietatis exoptata ſibi gratia, ſed inſito quoq; odio plebis ludææ: cuius principẽ Ioſephũ oportere puniri maximis clamoribus uociferabant. Quam Veſpaſianus, ut uulgi iram ſine iudicio cõceptã, ſilentio diſſoluit. Et quia ad hyemandũ, & tp̃s opportunũ, & ciuitas erat: duos ordines in Cæſarea cõſtituit, decimũ quoq; & quintũ ordinẽ ĩ urbe Scythopoli, ne Cæſarea totius onere exercitus attereret. Ideoq; urbs memorata Dianæ Scythicæ conſecrata, tanq; à Scythis condita, & appellata ciuitas Scythar, ut Maſſylia Græcoꝝ: ſitus loci declarat ingenitam duritiam cõditoris, patẽtia magis campoꝝ, q̃ cõducibilia habitatiõis uſui deleſſe. *Nanq; aperto & aſpero hyemis, & feruẽti tpe æſtatis plus laboris habent quàm delectationis: qm̃ & hyeme plus frigoris patent, & grauior in his locis æſtatis flagrantia eſt, in quibus ſolem totum recipiunt ſine ulla arui uirentis amœnitate. Itaq; campeſtris & maritima regio memoratæ urbis, etiam æſtu maris amplis uaporabat.

Deſcriptio Cæſareæ

Alia lectio, nãq; aprta et aſpa hyems & feruẽti tẽpore æſtatis

Caput .XX.

NEc tñ à negociis bellicis Veſpaſianus uacuus erat: Cognito etem̃ diuerſis ex locis ad urbẽ Ioppen ſeſe contuliſſe plurimos: eamq; ſibi opportunam ad excurſus piraticos, reparatis ædificiis, quæ à Ceſtio deſtructa fuerant inſtaura uiſſe: qm̃ uaſtata regione ſubſidiũ alimoniæ mari quærebat, diligẽter explorauit omĩa. At illi ſtatuẽtes hmõi nauigia, quæ uſui prædonũ accõmoda forẽt, ſpeculati cõmeantiũ tranſitus, uniuerſa, ppè Phœnicis atq; Aegypti cõmercia populabant, adeo ut crebræ pẽdatiõis terroribus oĩe illud mare clauderẽt, atq; indubii periculi metu nauigandi uſus interciperetur. Quo comperto, pedeſtris militiæ manum, & equitum pleroſq; pergere iubet

re iubet, & nocte Ioppen ingredi. Quod facile factu fuit, cum cuſtodia nulla ciuitati prætenderetur: qm̃ euerſæ urbis fama, nullas excitatura Romani curas ducis æſtimabatur. Præſentes tamẽ erant, ſed nõ auſi reſiſtere, atq; ingreſſum negare Romanis aduenientibus, nauigiis aſcenſis ultra iactum progreſſi ſagittæ in mari pernoctauerunt. Res poſtulare uidetur, ſitum littoris eius, quo prætexitur Ioppe breuiter exponere, ut, quẽ admodũ ſine ullo prælio, prædictæ urbi ſecunda clades fuerit, liquido manifeſtetur. Im portu eſt natura ciuitas, cuius ab ora maris littus aſperum directúmque: ſed cornibus utrinque leuiter inflexum, in quibus profundæ rupes, ſaxaq; ingentia, quæ mari prominent. Et cum de imo maris ſurgant, in mare excurrũt tamẽ: unde etiam Andromedã illic fuiſſe cũ ceto obiectaretur, formæ locorum atq; ipſæ reꝝ ſpecies prodere uidẽtur, nõ mediocrem uetuſtis fabulis fidem accõmodantes. Cædentibus itaq; littus aduerſis Boreæ flatibus, immane, quantũ undæ attolluntur: quæ ſcopulis illiſæ fragorem ingẽtem excitant, atq; in fluctus relapſæ, inquietũ illum maris ſinum reddunt, ut plus periculi in portu, quàm in deſerto ſit. In eo igitur fluctuantibus ſcaphis, quas ex Ioppe urbe productas ſuprà diximus, ad matutinũ flatus uehemens ingruit, quem Meläborium pelagus Ioppe a furi damẽtis exciſa. ea locorum nauigantes uocant, ſtatíq; inter ſe undis impellentibus ſcaphas miſcuit atq; inuoluit: Aliàs ruptis anchoralibus egit in petram: aliis cũ in aduerſum mare uiolenter ſubrigerẽtur, ſaxoſi littoris periculũ, uel à Romanis clades occurrit, undaqué præcelſa mole ſupereminẽs oppreſſos demerſit. Confugiẽdi nullus erat locus, nec manẽdi ſpes, cum uentus de mari expelleret, Romani urbe excluderent. Grauis erat nauigiorum ſonus, cum inter ſe colliderẽtur: Intollerabilis hominũ gemitus cũ frangerẽtur. Qui ubi uacillantibus alueis uidebant mare irrũpere, alii ſe præcipitabãt natãdi peritia: alii dũ in appropinquantes exiliunt ſcaphas, in mare lapſi, concurſu alueoꝝ proterebãtur. Pleríq; cũ ipſis in profundo fidebant myoparonibus, quos enatãdi fiducia deſtituerat, minore tamẽ cruciatu, quibus ars deerat, uel ſpes ulla tẽtamẽtorũ. Qui ſe circũfuderant littori nautis fugiẽtibus, idem & littoris periculum & à Romanis cladem, mors tranſfige bat. Cæterum natare adorſos, couulſa nauiũ fragmẽta crebris quatiebant ictibus, lateri buſq; illiſa miſeros artus fœde mulctabant, aut ſcopulis impulſos intet ipſa amplecten di littoris uota, mors ſequebatur: qualecunq; tamẽ habẽtes ſolatium in terris periiſſe. Miſeranda itaq; facies erat, cũ excuſſo infelicium cerebro cautes aſpergerent, ſanguine maderent littora. Cernetes infectũ cruoribus mare, repleta omnia cadaueribus. Et ſi q forte euaſerant, appropinquantes littori interficiebantur: æſtimãtibus Romanis q̃ nõ ex locorũ aſperitate, uſuq; uentorũ, in illis locis deſæuiret procella, ſed diuina indigna tione præter ſolitũ cõſpirantibus uẽtis mare inuolueretur, ne ludæi euaderent: & ideo metuẽtibus eis parcere, quibus deus nõ pepercíſſet. Fuere qui ſe ferro interficerẽt, tolerabilius rati ferro, q̃ naufragio perire. Alii qui contis protrudere uolentes, nauigia per forauerũt: nõnulli qui lapſos in mare, ſi forte orarent ut à nauigantibus eleuarẽtur, remis repellerẽt, aut telo ferirẽt. Quod ideo non p̃termiſi, quo clareat ab ipſis ſibi ludæo rum populis, q̃ ab hoſte periculum maius fuiſſe, qui ſeipſos interimebant: quaſi exigua eſſent ad eorum exitium: ĩfeſta ſimul omnia, cœlum, hoſtis, mare, rupes. Quatuor itaq; milia quingẽtaq; defunctorũ numerata corpora, quæ deſpuerat mare: ſine bello capta urbs, & excíſa à fundamẽtis. Sic in breui tẽpore ſecũdo Ioppẽ Romana manus diruit. Quod iure Veſpaſianus præcipiẽdum putauit, ne iterum illic piratica conderentur habitacula. Vnde & æquitatũ eò loci, illíc cũ peditibus paucioribus licet proficiſcens, reliquit, ut pedites in loco manerẽt, ne quid auderet prædonum manus aſſueta latrociniis: eqtes autẽ percurſarãt finitima regionis, uicoſq; & oppida, quo penitus oĩa (ne cõſpirarẽt in aliquos auſus) diruerent.

Nec fugiẽdi erat ullus locus.

Caput .XXI.

DVm hæc in Ioppe gerũtur, quamuis procul Hieroſolymitani degerent, nec ſic quidem à cõſortio cladis feriabantur. Auditis em̃ quæ geſta à Romanis fuerant in ludæa, & maxime quia Ioſephũ interfectum cõpererant: primo quia de locis ad eos index nullus aduenerat, non credebant: deinde ducem tantum nõ teme re in manus hoſtium incidiſſe arbitrabantur. Et reuera nullus nũtius tãtæ cladis ſuper-

fuerat,& hoc ipm supremi excidii fama,quia nullus iudex supererat , astruebat periisse omnia,nihilq; resedisse,uel ad indicium rex gestax: Manebat opinio quouis maior relatu, ꝙ ipsa incertos dum tenent silentia,credebanꝫ omnia quæ timebanꝫ:tantumq; aberat,quo uerius aliquid nuntiareꝫ,ut etiam quæ gesta non fuerant,adiicerenꝫ. Nam Iosephum quoq; interfectum fama asseuerabat,idq; dolori maximo fuit uniuersis. Sed ubi eum apud Romanos degere compertum, tanto odio persequebantur, ut cuius primo mortem dolebant,eiusdem uitam uel ignauiæ , uel proditionis indicem detestarentur. Hinc maior in Romanos commotio ut se de Iosepho ulciscerentur. Et quo magis eorum res inclinabaꝫ,eo amplius in bellum accendebantur. Vbi finis esse debuerat,inde exordium maloꝝ capessebaꝫ. Nam sapientibus aduersi exitus rex,ad cauendum magis documento sunt,ne rursus eadem accidant,quæ iam male cesserunt: Imprudentibus autem incentiuum miseriaꝝ. Debuerat ergo Hierosolymitanis causa sobrietatis esse socium periculum;sed quia noluerunt intelligere ut bene agerent,in exitium uertit.

Caput .XXII.

VEspasianus tamen ut & ipsa mora in melius consulerent sibi, & à labore exercitus paulisper requiesceret , roganti cessit Agrippæ , ut in urbe regni eius Cæsarea Philippi uiginti ferè interponeret dies, simul ut ægra partium eius à commotionis & discordiæ furore resipiscerent, qui se interuentu regis suscipi posse, si conuerterentur agnoscere deberent , cum tam sedula officiorum fœdera inter regem & Romanos interuenirent. Denique Tiberias proxima Cæsareæ remedium non abnuit.saniratem inuenit. Nam & ipsa graui morbo dissidentis inter se plebis exæstuabat. Vnde Vespasianus tres ordines ualidiores acciri, & Scythopolim petere, directo in negocio filio decernit.Ea erat decem urbium maxima uicina Tiberiadis. Inde appropinquare muris Valerianum cum quinquaginta equitibus iubet, qui pacifica suaderet, & ad fidem societatis clausos uocaret, ut congregati exercitus terror, auersos percelleret, nuntius pacis uolentes inuitaret. Valerianus prope muros equo desiliit, eadem fecere etiam ii,qui simul propius accesserant . Quos pro numero spernendos arbitrati,Iesus prædatoriæ manus princeps,cum suis qui pariter incessere ausi, repentina eruptione deturbant loco,cædentesq; simul quos deduxerant equos;inuolauere demẽtes qui non aduerterent,consultius Valerianum cessisse insolentiæ, quàm spolia de his qui pacem offerebant usurpauisse. Deniq; seniores offensi facinoris acerbitate,urbem relinquentes,ad Vespasianum precatum uenere: ne paucorum insolentia uniuersæ plebi ascriberetur. Vespasianus ilico ad urbem Traianum direxit,ut exploraret si populus in sidiatorum temeritatem auersaretur. At ille conuenientia populi studia seniorum precibus annuntians,fidem legationi accumulauit. Ita petentibus uenia data: maxime quia solicitum regem pro totius urbis statu Vespasianus intuebatur, Cuius fide interposita, nihil tale ausuros postea delicti gratiam uolens cessit.

Caput .XXIII.

INde Taricheas solicito atque instructo agmine petit, eo quod plurimum ad ipsam urbem propter munitionem loci con fluxerat multitudinis: & quia muro eam uallauerat Iosephus, nisi quà pedestribus inuia Genesari lacus fluctibus alluebatur:ideo nauigiis congregatis,anceps bellum fremebat. Si terrenum inclinaret aduersum se prælium,ad naues confugerent: si nauali certamine cederent,urbem reuiserent, murisq; sese ambientibus defensarent. Consimilia utrobique præsidia, uel in urbe Tiberiade, uel Taricheis . Sed Taricheis perniciora ingenia: muris ualidior Tiberiadis. Sed & Taricheorum furor promptior,ut si necesse esset miscerent omnia, naualia terrenis certamina,terrena classicis. Denique circumuallati aduersa acie , cum maiora auderent uiribus,nec aduersus dispositionis Romanæ moderamina, ueterani quoq; exercitus uirtutem quicquam temeritas promoueret,priusquam aliquid exitii subirent, uersi in fugam, ad naues cõuolauere. Quibus confertis tanquam densata acie præliabantur, ac si in terris manu res gereretur. In campo etiam multitudo innumerabilis hostem præstolabaꝫ. Eo cognito filium cum delectis equitibus Vespasiauus direxit. Qui ubi se ingentibus circumfusum copiis uidit, ad patrem quidem retulit maiorem esse hostium multitu

multitudinem,quàm opinio comprehenderat,sed conuocatis quos secum deduxerat, bellandi incentiuum hmõi alloquio infudit.

Caput XXIIII.

VIri,inquit,Romani,meminisse eñ uestri uos nominis et generis præliatutos decet,quoꝝ manus nemo effugit qui in orbe Romano est. Vnde eñ hoc nomen uniuersis terris nisi uincendo dedistis? Meminisse etiam loci oportet in quo nunc sitis,& aduersum quos Romani bellum geratis. In extrema enim parte orbis terraꝝ consistimus. Tanta ergo terrarum spatia transeuntes,nihil alienum uidistis. Quid enim uobis alienũ quorum in possessiõe orbis terrarum est? Quicquid ubiq; est, ius uestrum est: quicquid incolatus uniuersorum tenet, possessio uestra est. Currebat is bene, qui statuit uestros orbe toto currẽtes triumphos,quos non Hasdrubal Pœnus,nõ Pyrrhus Aeacides,nõ Brennus Capitolinis uestibulis incumbens,non Persarum cateruæ, nõ Aegyptiæ phalanges statuere potuerunt. Hos statuit rebellis Iudæa ineruditam præferens bellandi temeritatem,rixæ quàm pugnæ aptior. Neq; enim est quod uereor,sed plenũ uerecundiæ arbitror,qđ nos uincendo defatigamini. Illi autem quoties uincuntur audaciam sumpsere,& lassati uos rebus secundis: cum illi aduersis duriores sint. Attollite igitur animos Romani uiri,& aduersus cateruas hostiũ freti patria uirtute exurgite. Neq; uos numerus moueat plebis Iudææ,cum illos tot uestræ uirtutis insignia nõ deterreant, quæ longe numero ualidiora sunt. Neq; enim ulla in Hebræis uel rei militaris scientia,uel præliandi peritia,uel moderandi gratia,nullus disciplinæ usus,nulla tolerandi patientia: Solum in prælium deferunt mortis contemptum,sed nemo unquam moriendo uicit hostem,sed perimendo. Illi nesciunt arma nisi in bello,nos in pace armis exercemur: ut in bello, casus belli dubios non sentiamus. Insuetis enim euentus dubii, ueteranis solẽnis triumphus. Quid enim aliud agimus quotidie, nisi ut nobis uana nũquam prælia sint? Vnusquisq; domi quasi in prælio exerceꝫ,ut in prælio meditatio quædam certaminis sit. Deniq; non errauerit quisquam asserens quod meditatiões nostræ, bella sine sanguine sint,bella nostra meditatiões sint. Progredimur in bellum muniti undiq;,tegitur galea caput,lorica pectus,totumq; clypeo corpus: ubi feriat hostis Romanum militem reperire non potest,quem ferro septum circũspicit. Aliis talia arma onerosa sunt,nobis integumento,quia usu leuantur. Aduersum inermes igitur ac nudos prælium nobis est. An uero metuimus ne numero circũueniamur? Primum liber in præliis equitatus est,cedendo atq; insequendo bellum proludit. Et quamuis maximas acies circũcurrat,et quibus libitum fuerit spatiis excedit. Deinde in ipso pedestri certamine, non tam numerus plurium conficit pugnam quàm uirtus paucorum. Multitudo enim disciplinæ insolens,ipsa sibi est impedimento: in prosperis ad uictoriam,in aduersis ad fugam. Virtus uero patiens & secundis ualescit,nec usque ad finem labitur in aduersis. Accedit illud,quod assuetudo uictoriarum incentiuum nobis sit præliandi. Nam & si illi pro patria,pro liberis dimicant,non ideo promptiores eos esse quàm nos oportet. Neq; eñ minus est,imò haud scio,an etiam amplius nobis q̃ pro nostris decernere. Pro nobis præliamur: & cũ præliamur ꝓ gloria,ne minores simus eo ꝙ sumus. Quis ergo dubitet plus esse ꝓ gloria decernere q̃ pro salute? Nobis aũt bellum hoc pro existimationis est periculo,ne ius partũ intercidat. Periclitamur etiam uictores gentiũ & principes orbis terraꝝ: Iudæis pares uideri,quos ex æquo nobis in aduersarios constituimus, si nõ aliter nisi pari nũero congrediamur. Maiores nri magnas hostiũ copias parua manu frequẽter fuderunt. Et quid nobis conferũt quotidiana exercitia? quid diuturnus labor,si pares ad ꝓliũ uenimus? Nuntiauimus quidẽ de nũero patri,quia nõ licebat aliud, sed aduertat nos nõ de periculo metuisse,sed reuerentiam belli arbitrio reseruauisse. Licet ꝓlibare bellũ,tenere hostẽ,rapere uictoriam,dũ adiumẽta ueniũt: ne non tam superatos aduersarios cõmuni robore,q̃ ꝓtectos nos uirtute sua iactent q̃ uenerint. Quo igitur ore in cõspectum pris ueniemus,si bellũ incipere timuerimus? Quo pudore degener filius subibo oculos tanti uiri,q̃ nesciat militẽ suũ nisi uictorẽ uidere? Quõ eius memilitẽ ꝓbabo & filiũ,cũ ille sp triũphator;ego etiã meo qđ grauius ẽ,uictus iudicio,q

Orõ Titi ad socios hortãs eos ad ꝓliũ.

cesserim? quid uobis fiet condemnato duce, quem uobis pater securus cõmiserit? Sed malo de uirtute ducis uos, quàm de ignauia causas dicere. Proruamus igit in aduersarios, propereremus, proteramus hostem. Primus in periculũ excurram, uos sequimini, ut depositum patris custodiatis, & cõmissum patris reseruetis. Ego autẽ non periculi socios exigo, sed consortes uictoriæ. Vos tñ cauete ne oblatam uobis palmam triumphi, aliis reseruasse uideamini, uobis eripuisse. Certe si secus cesserit, malo me filium pater in uulneribus meis recognoscat: si in militibus suis non recognouerit. Ponamus tñ offendi patrem prælii aggressione. Quid igit tolerabilius præripuisse uictoriam, an deseruisse? In præripiendo properatio fortitudinis est, in deserendo culpa ignauiæ. Condemnet certe uictores pater, reatum hmõi non reformido: malo reus esse triumphante republica, quàm læsa innoxius. Vtinam Manlii Torquati filium, uel in solo mihi liceat imitari periculo, quẽ securi pater iussit feriri, ꝙ contra imperium patris exercitũ in hostem produxerat. Stabat hostibus cæsis adolescens, amictus adoreis triumphalibus, sub carnifice mortis securus: qm̃ beatissimũ putabat in uictoria mori. Quid enim illustrius quàm uitam triumpho claudere, nec ad incerta rerum seruari post certam uictoriam? O expetendum prudentibus crimen uictoriæ. Vtinam & nobis hoc obiicjat ꝙ uicerimus. Certe illo exemplo solus ego periclitabor, uos triumphabitis. Et tñ nõ prohibuit nos pater pugnare: sed iussit, quos ad pugnã direxit. Vnde magis indignatus arbitror cessisse nos ludæis, cum possemus uincere, quàm pugnauisse.

Manlij Torquati filius.

Caput .XXV.

HAec dicens, primus equum in hostem egit, & clamore magno sequuti cæteri toto campo extendebant, quo etiam plures æstimabant. Traianus quoq; cũ tercẽtis equitibus missus à Vespasiano, iam progrediente Tito superuenit. Nec diutius resistere potuerunt ludæi, cum uirorũ contis, & fremitu equorũ perturbarent, Conuersi itaq; in diuersa alii, plerique urbem petebant. Emicat Titus, & alius à tergo fugientes opprimit, alios cædit, palantes uniuersos præuerso itinere à muris repellit, & obuius recurrentibus fugam intercludit. Rursus tamen dum alii sternuntur, elapsi alii quibus urbs refugio erat: sed illis quoq; acrius prælium. Nam qui de locis finitimis afluxerant, à principio pacem præferebant, sed populus superueniens inuitis bellandi studia extorserat. Inde intra urbem dissensio, & tumultus grauis, quo strepitu excitus se conuertit ad milites Titus: Hoc, inquit, est tempus sanctissimi commilitones, quod expetebam. Inter se hostes intra urbem tumultum serunt, foris cæduntur, intus digladiantur. Festinemus itaq; dum adhuc dissidẽt, ne forte periculi metu in gratiam redeant. Itaq; ascendit equum quo desilierat, muris proximus, & conuersus ad lacum per fluctus aquæ urbem petebat, primusq; in urbem irruit, & postea cæteri. Statimq; omnes qui interius erant disperſi in fugam, alii prosternebantur, alii ascendentes nauigia in lacum demergebantur, cæsi intus multi mortales. Sanè qui de agris erant, offerebant sese Romanis alienos culpæ asserentes, quibus pio moderamine Titus parcendum putabat, solos urgens rebellionis autores. Misit itaq; ad patrem equitem, qui nuntiaret euentum uictoriæ. Quo delectatus Vespasianus, & maxime filii triumpho, qui maximam portionem totius belli confecerat, quod aduersus Iudæam gerebatur, eò contendit, & iussit obseruari urbem diligentius, ne quis elaberetur, eo quod uniuersi pœnæ deberentur. Alio tñ die ppter eos qui in scaphas sese contulerant, rates fieri iussit, quæ fine mora factæ, qm̃ & syluæ finitimæ, & operarii plerique accelerandi muneris facultatẽ dedere.

Caput .XXVI.

NAnq; lacus ipsius uelut quodam maris ambitu sinus amplissimus, in lõgitudinem. cxl. extendit stadia, latitudine. xl. diffundit, crispãtibus aquis aurã de seipso sibi excitãs. Vnde & Genesar dicit Græco uocabulo, quasi generãs sibi aurã, aquæ dulcis, & ad potãdũ habilis. Siqdẽ nec palustris uliginis crassũ aliqd aut turbidũ recipit, qa ab arenoso undiq; littore circũuenit et tẽperatior ẽ fluuialis aut fõtis rigore. Frigidior tñ placidæ paludis æquore, eo ipso ꝙ nõ in stagni morẽ sternit aqua, sed profusa spatia lacus frequẽtius auris spirãtibus agitat; unde & purior hausturis eius ac

Descriptio loci Genesar

mollior est ad usum bibendi, & siquis naturali gratiæ studium adiungere uelit, ut æstiuis suspẽsam, ad auras noctibus more incolarum potui patet, haudquaquam à niuis ritu distare arbitretur. Genera quoq; piscium gustu & specie quàm in alio lacu præstantiora. Res exigere uidetur, ut Iordanis ortũ, quem alibi promisimus, aperiamus: Nam superioris æui dubio, utrum de lacu Genesar flumen, cui nomen Iordanis, exoriretur. Philippus tetrarches Trachonitidis regionis falsam opinionẽ redarguit, erroremq; absoluit, mittens paleas in Phialam quas in Pannio fluuius ebulliuit. Vnde liquet nõ exordium esse Iordanis in Pannio, sed fluentũ. Non enim ibi fons eius est, ut ab eo cæteroꝝ usus fluminũ cœperit, sed de Phiala eadem subterraneis deriuat meatibus: ibi iterum quasi fons scaturit, atq; emergens prodit. Est aũt Phiala in Trachonitide terra, centũ uiginti interiacentibus stadiis, usq; ad urbẽ Cæsaream. Phialæ aũt nomen spẽs dedit, quasi rotæ qualitatẽ exprimens, ꝙ ita iugiter plena est aquaꝝ, ut neq; superfluant, nec rursus aliqua deriuari minutione intelligant. Inferius itaq; mensura quadam labit aqua, & ubi Panniũ est rursus ebullit, ut paleis resurgentibus manifestatũ est. Ita ibi Iordanis repio eadem Pannii, nisi sola naturalis gratia: sed regalis Agrippæ munificẽtia ornatus loco huberior, splendidiorq; aditus, quo spelæum decore admirabili, per quod sese attollit Iordanis, extructum uenustatumq; accepimus. Vnde non latenti iam, neq; abdito pcauos terræ meatus, sed uisibili per terras atq; aperto flumine incipiẽs, superfundere se Semecho nitidem lacũ paludesq; eius intersecat. Inde quoq; cursus suos dirigens, centũ uiginti stadia, fine ulla interfusione progredit usq; ad urbem, cui Iulias nomen: postea lacum istum, qui Genesar dicit, medio transit fluento, quibus ex locis plurima circũuagatus deserta, Asphaltite suscipit lacu, atq; in eum condit. Itaq; duos lacus uictor egressus, in tertio hæret. Prætendit aũt regio Genesar, eiusdem nominis lacũ, de quo & ipsa uocabulum assumpsit, mirabili naturæ gratia, & specie pulchritudinis. Nam & spontaneos fructus soli hubertas ministrat, & nemoꝝ ferax in uniuersa genera sponte se subrigit: arborum pomiferaꝝ & culturæ solertia imitata naturam, in quos uoluit usus, opimæ fœcunditatis deflexit gratiam, ut nihil sit illic quod natura negauerit, nihil qd cultura præterierit: ita aptus oñibus, nec ullis unquam alienus fructibus. Cuius tanta temperies, ut omnium nascentium cõueniat diuersitati. Illic & quæ frigore alunt, sese multipliciter effundunt, & quæ æstu fouentur. Illic æstiua hybernis mixta simul aspicias, arctoas nuces, & dactylos, nisi locis feruentioribus generari nescios. Quid ficus aut oleas loquar, quas cœli mollior alit tractus? Nec tamen æquantur illis superioribus: Illi eñ principales Palæstinæ, & quidem domestici fructus eoq; huberiores: hi suppares, & licet longo interuallo, sed tamẽ proximis, dicas naturæ, & temporum iucundam contẽtionem. Illa quasi mater fœcunda oñia creat, horum temperies quasi bona nutrix, molli fœtu uniuersa educat. Itaq; non solum, affatim generantur pomorum diuersitates, sed etiam conseruantur, ut aliqua genera maxima parte anni non deficiant: reliqua omnia, tota anni ætate usq; ad finem superfint. Nam & uuæ & ficus, quæ sunt in insitiuis, regalis cuiusdam gratiæ, decem mẽsibus sine ullo defectu redundant, & reliqui fructus ramorum, quos uel uiolentia rura sponte propria procreauerint, uel ingenerauerint industria humana, ministerium suum nisi nouis succedentibus, usu quodam administrantium deserere non norunt. Ad hanc naturæ fertilitatem, & aëris temperiem accedit & fontis gratia, qui memoratam regionem genitali quadam irrigat infusione, Capernaum nomen ei, quam Nili fluminis uenam haud superfluò quidam æstimauerunt. Non solum quia irriguis arua opima, uerumetiam quia huiusmodi creat piscem, ut coracinum putes, qui in Alexandrino lacu ex Nili infusione reperitur. Locus quoq; de nomine lacus dictus. Prætenditur in longitudine triginta stadiis, in latitudine uiginti. Quoniam de natura loci diximus ad cõsummationem prælii regrediamur. Præparatis itaq; rabus, secundũ præceptũ suum, manũ militarẽ imposuit Vespasianus, qui insectaretur eos, qui nauigioꝝ effugio pestem euaserant. Quid igit facerent, non reperiebant. Nullus in terris salutis locus, circũfusa hoste oĩa, nulla í aquis fugiẽdi ptãs: utpote lacu clauso, & undiq; Romanis circũdato, Nulla etiã in exiguis myoparonibus resistẽdi fiducia.

Descriptio Genesar regionis

Quid

Quid ẽm pauci aduersus plurimos facerent? Ratibus appropinquantibus tardior quidem hꝛa appulsus, & efficacior excursus nauigiorꝫ, sed sine ullo sui uulnere soli clypeorum repercussis spiculis crepitus audiebant. Appropinquare nõ audebant Iudæi, nec impune quisquam scapha ꝓpius accesserat, cum de proximo facile uel telorꝫ figeret ictibus, uel ratibus demergeret. Et si quis enare uel emergere tentauisset, sagittæ iaculo insertus, miserabilẽ in fluctibus uitam deponebat. Nec diutius resistere potuerũt, cum diuerso genere minuerentur. Nanq; paulatim concurrentibus plurimis ratibus, ad littora cogebant Romani maximũ numerum nauigiorum. Illi uero coarctati aut in terram resiliebãt, ibiq; à Romanis interficiebant, aut cædebant ab iis, qui de ratibus urgebant, aut cõcursu ratiũ ꝓterebant, aut ipsi se in lacũ deiiciebãt, cũ in scaphas eorꝫ hostis insiliret. Cerneres mixtas sanguine aquas, plenum cadaueribus lacũ. Nulli ẽm parcebat quicunq; occurrerat. Grauis odor, teterrimus fœtor locorꝫ. Sex milia ludæorꝫ cũ superioribus tñ & septingenti eo interempti prælio. Victor Vespasianus Taricheas reuertit, illic regionis populũ ab urbano discernere parabat, ut qui nõ fuerant autores seditionis reseruarent. Sed plurimorꝫ cõsilio, qui tantam superesse multitudinẽ, quæ posset recidiua plia resuscitare, paci aduersam, & inutilẽ locis arbitrarent (ubi ẽm cõsisterent patria excussi, quibus se alimoniis sustentarẽt exortes oĩm nisi rapto uiuerent) sniam flexit, & spe parata uenia mortis præcepit, ut egrederent ea porta, quæ esset è regiõe Tiberiadis, atq; ad eam urbẽ contenderẽt. Facile crediderũt qđ exoptabant. Cœperunt egredi, sed præoccupato itinere, cõmeãtia ludæorꝫ oĩa clausere agmina, atq; in urbis stadiũ introduxere. Ingressus itaq; Vespasianus, spectata ætate uel robore omniũ, quos sibi statui præceperat, elegit sex milia iuuenũ ualidiorꝫ, quos Neroni in Isthmon direxit. Senes autẽ & inualidos mille ducentos iussit necari, reliquorꝫ .xxx. milia, quadringentos uendidit. Vniuersos autem quicunq; de partibus regni Agrippæ reperti sunt regi donauit, quos æque rex accepto pretio in seruitutis obsequia transmisit. Præterea populus alius Thrachonitidis regionis et Gaulanitidis & Ioppeni & Gadaritæ tanq; belli excitatores, & ꝓturbatores concordiæ deserentes ꝓpria, incursantes aliena, qui sumptis armis pacẽ uiolassent, iustas & debitas pro flagitiorꝫ meritis pœnas dedere.

EGESIPPI DE EXCIDIO HIEROSOLYMITA. VRBIS HISTORIAE LIBER QVARTVS.

Caput .I.

Descriptio ciuitatis Gamalę.

EXtinctis Taricheis maxima ex parte, Romani Galilæis urbibus & finibus potiebant, nisi q̃ Gaulanitidis regiõis urbs Gamala, cõtumacis populi alebat spũs, locis nixa asperioribus. Nanq; ea in mõte est sita, dextra leuaq; ꝓruptis circũcisa rupibus, ad summũ arctat, à frõte abscindit ꝓfundo hiatu, in posteriora aliquãtũ diffundit. Abea quoq; pte angustoq; difficilisq; accessu, ut caudæ simile iter iudices, ad urbẽ meantibus: à summo uertice collũ in ĩmẽsum extendẽs, ut arcẽ tanq; caput ꝓferat, atq; in sublimem erigat altitudinẽ: exilis à principio, & tanq; sinuato cliuosis anfractibus solo, atq; ĩ profundũ demerso. Dein quasi montẽ quendã ceruicis medio attollẽs, cætera ꝓrupta atq; inuia. Vnde pleriq; à superioribus Camalã uocitatã putãt, q̃ formã Cameli ꝓferat, sed corrupto incolarꝫ usu Gamalæ nomẽ urbi ĩhæsisse. Iã si cõtexta ædificia spectes, suspẽsam urbẽ arbitrere, & maxie septẽtrionalẽ eius ptẽ pẽdere existimes, reflexa paulisp meridiana. Addiderat quoq; huic urbi munitiões Iosephus, q̃bus freti et cõfluentis eo multitudinis numero, regis Agrippæ per septẽ mẽses obsidionẽ luserant. Nam & ipa & Sotanis & Seleucia regni eius portiões erant. Seleucia iuxta amœnissimũ illud & celebre p Syriã daphnes nemus, cypariss arboribus intextũ, scatẽs fontibus, q̃ bus ꝓtermeãti fluuio loci, quẽ minorẽ Iordanẽ uocãt, nutrimẽta quædã lacteis huberibus in-

Gamala prius Camela uocitata.

bus infundit. Ea tamen ciuitas, & Sotanis superior, Gaulanitidis portio, inferior Gamalis. Vnde & studiis dissonantibus illæ societatẽ Romanam elegerãt. Hæc rebellabat adeo pertinaciter, ut cum rex propior muris eos alloqui uellet, fundæ iaculo sauciaret. Cuius iniuria Romani accensi, uehementius incũbere obsidioni cœperunt: Conflictũq; promptissime à parte utraq;, qm̃ à Iudæis quoq; qui regem propriũ uiolauissent, utilia suadentem, sine ulla uenia se futuros æstimantibus, si uincerent, totis uiribus decernebatur. Agrippa itaq; saxo dextrum percussus cubitũ, bello excessit, Romani urbem irrupere. Cessit ẽm hostis missilibus, murus arietibus. Nam & illi qui machinas impediebant, nequaquam diutius resistere potuerunt: Et murus trino ariete conuulsus, peruium obsidentibus in obsessos iter præbuit. Sed ea res festinationis impatientia non mediocrẽ uictoribus cladem inuexit. Nanq; ubi sese infudere domicilliis: dum perscrutant, uel præceptum ire spolia contendunt, cedentia domorꝫ angusta ponderi nutantibus fundamentis, ruinam traxere: & proxima quæq; proximis illisa excidio erant. Multi Romanorꝫ illis inuoluti casibus, in uictoria pestem incidere. Pleriq; præiacentes se lapsis ædibus oc rupabant, alii lacero corpore, uix semineces seruabant. Plerosq; puluis necabat, cædebãtur angustiis arctati, desuper quoq; mulieres & inualidi senes, & qui de iunioribus refugerant saxa in subditos deiiciebant, uel quæcunq; genera telorꝫ occurrerant. Caligo infuderat omnia, prospectum eripuerat, mentẽ confuderat, ignorantia quoq; exitum non reperiebat. Vix itaq; subtrahentes se periculis urbis, excessere. Vespasianus interea dũ urget hostem, in interiora urbis concesserat, mediusq; inter agmina circũfusa, hostium bellum accendebat. Neq; ẽm hosti terga dare tñ conueniebat uiꝝ, neq; tutum putabat: In Syriam direxerat filium suum Titum, excitauit notæ uirtutis constantiam, & sese in arma colligens, consertis clypeis, cum paucis quos præsentes habebat, imperterritus stetit, quasi in quos sese excuteret considerans: cuius impetum formidantes Iudæi, minore ui insistere cœperunt, & metuentes sibi quisq; laxare aciem. Ita Vespasianus hosti aduersus, paulatim gradum retulit, præliantibus sibi magis similis q̃ cedentibus. Illic cũ de cẽ primis excidit Butius, multis antè bellis probatus, & apud Iudæos notæ uir experitiæ & ualidæ fortitudinis. Centurio quoq; cũ decẽ aliis Syris rẽ egregiam fecit ac memorabilẽ. Nam in ipo tumultu, cũ Romanos urgeri cerneret, in abdita cuiusdã domus se cõtulit, atq; ibi inter cœnandũ cũ Iudæi colloquerent, quæ Romanis machinati forẽt, nocte intẽpesta oẽs eos interfecit, & cũ militibus Romano sese exercitui repsentauit.

Vespasianus medius inter hostiũ agmina.

Butius mltis ꝓbatus bell.

Centurio rẽ memorabilẽ fecit.

Caput .II.

VEspasianus autem ubi mœstum exercitum aduertit, plurimorꝫ amissione, & maxime deserti ducis pudore, q̃ eum solum intra urbem hostiũ reliquissent, cũ summa eos gratia cõsolabat, dicẽs: Si mei fors periculi, uerecũdiæ uobis ẽ, nec ego sic ad bellum processeram, ut declinarem pericula sed superarem: sin uero, quia & de nostris pleriq; interfecti, nequaquam mirandum: quando enim uictoria ulla sine sanguine est? Habent prælia suos euentus. Etsi spectata uirtus præminere soleat in bello, solet tamen aliquid licere casibus. Sed prudentis est in aduersis lapsum corrigere, in prosperis moderationem tenere. Contrà autem rudis cuiusdam atq; inerud̃iti ingenii, secundos semper successus præsumere, quasi non aduersum uiros certamen sit: Infirmi autem lapsu aliquo summæ rei diffidere, cum exiguis momentis subito inclinent omnia quæ in bello gerunt. Itaq; ille præstantissimus, quæ inter aduersa sobriis colluctat casibus, & supplantat superiorem: secq; reparare, & corrigere proprias quærit prolapsiões. At uero incuriosior suis sæpe motibus cadit, & dum irruit incautus, impetu suo fusus procũbit. Qđ si hoc sæpe accidit, ubi nuda uirtus, quãto magis in bello, ubi diuersi gñis cõserta decernũt agmina? nec unũ consiliũ, nec cõsors snia est. Locus aduersus, difficiles asperitates, iniqua in angusto decernẽdi cõditio, plurimis aduersum paucos: cũ & ipsa multitudo sibi oneri sit, & pauci in pluribus minus frustrent. Sed hæc ad momentũ sæpe obrepunt, quæ nõ ex uirtute ueniunt, sed casu accidũt. Vnde nihil est, angere qđ uos debeat cõmilitones: quia nõ per infirmitatẽ aliquã manus uestræ, neq; per fortitudinẽ ludæorꝫ uersæ res, sed difficultas locorꝫ nobis ad uictoriã impedimẽto fuit, illis ad differẽdũ moræ, Neq; q̃q̃ est, qđ argui possit, nisi incõsultus ĩpetus atq; ĩcreditus. Etem

Cõsolatoria Vespasiani oratio

dum ad

dum ad ſuperiora urbis illos ſecutiſtis, atq; irruiſtis in domos eoꝝ, ipſi uos piculis implicauiſtis. Quoꝝ ſucceſſiſtis hoſpitia, ſuſcepiſtis pericula. Tenebatis urbē, quis uos coēgit introrſus pergere? Deſcendere ad uos hoſtis debuit, non uos intēperantes ad uictoriam, immemores uitæ ac ſalutis cōtendere. Reparate ergo animos, & de uirtutibus ueſtris non ſolum conſolationē, ſed etiam quod eſt amplius uindictam præſumite, me certe habebitis præuiū pugnæ. Eſtote parati, armis, animis, pericula uos fortiores fecerint, non timidiores: facile eſt iniuriam ſoluere, ſi uirtus ſe recognoſcat.

Caput .III.

Chares examinat⁹ ſonitus terrore.

Titus urbē ingreditur.

His dictis accēdit militū fortitudinem, quibus reparantibus uallum, plericq; per prærupta ſubtraxere ſe obſidioni. Nam iam & alimoniæ inopia inceſſebat, & infracta muri ceſſura machinis arbitrabant. Vnus deinde fons intra urbem, & ipſe muris, pximus erat, quæ res eos in ſummo timore poſuit, ut frequentiſſimi dilaberē tur. Qui uero permanendū putarūt, pertinaciter præliabant. Interea Romani turrem altiſſimam ſuffodientes, ui maxima ſubruerunt. Quo caſu cōcuſſa ciuitas, perturbati oēs totius urbis pauentes ruinas. Vnde & Chares æger corpore, tanti terrore ſonitus exanimatus, mortē impleuit. Romani tū patefacta urbe, ingreſſu abſtinuere, donec Titus ingreſſus eſt, qui dolore paterni periculi excitus, cum paucis in urbē irruit, & maximam Iudæis cladem inuexit. Tantum qui in ſuperioribus erant ſaxa uoluentes, acceſſu prohibebāt Romanos: Spicula torquebant, ſagittas iaculabant. A Iudæis impulſa facile in pronū ſaxa deuoluebant, miſſilia perueniebant: deſcendebant ſagittæ non ſine eoꝝ periculo, quos offenderant. Romanis aduerſum editiora montis iactus ineffícax, conatus irritus, atq; ipſis periculoſus: cum ſubito orta uenti procella, Iudæoꝝ retorquebat ſagittas, repellebat ſpicula. Quæ uero Romanus exercitus iaculabat in hoſtē, ferebat: ita elementoꝝ ipſoꝝ repagulis, & uentoꝝ turbinibus oppreſſi, ſupremo excidio captæ urbis, uniuerſi quicūq; illic reperti ſunt interiere. Quatuor tantū milia à Romanis interfecta, quinq; milia præcipitio periiſſe accepimus, nulli ætati uenia data.

Caput .IIII.

Iohānes indigena ppⁱ lues

Vespaſian⁹ Titū filiū cū mille equit⁹ dirigit

Galilæa adhuc ſola de partibus Galilææ, in ſe hoſtem non conuerterat, qm̄ incolarū eius quietiora ingenia, utpote plebis agreſtis contenta ſuis fructibus, nihil belli conferebant, ſed multoꝝ coalitu, qui latrocinio uitam exercerent ſuā, etiam mitioꝝ ſtudia prauis moribus corrumpebant. Erat præterea uir leuis Iohannes nomine indigena, populi lues, dolis nulli uerſutoꝝ ſecūdus, improbitate parem neſciens, cui nunquam defuerat nocendi affectus, aliquādiu tñ fuerat inopia exercēdæ iniquitatis impedimentū. Quid tñ diſſimiam haud liquido ſcio, utrum eum indigētia texerit an repreſſerit: doli callidus, fallendi artifex, doctus mendaciis fidem quærere, & credulitatem compoſitis aſciſcere, qui fallaciam uirtutē putaret, & elegantiæ duceret, & chariſſimos circūueniret: promptus ad conſpirandū, uehemens ad audendū, acer ad efficiendum, conturbator in ocio, deſertor in periculo, aſſuetus latrociniis, bello inſolens, qui cum perſequi nequiret, ſereret tñ parandæ cauſas dominationis. Huic igit animus inquietus, prompta audacia, quam proceſſus alebant, opeſq; ad conſociandam perditorū manū. Vnde cū eius factione, memoratæ urbis populū excitari ad bellum Veſpaſianus comperiſſet, ne totū exercitum defatigaret, filium Titum cum mille equitibus direxit; quibus comitatus ad urbem appropinquauit. Sed ubi muros populo uidit refertos, mirari ſe ait, quod eoꝝ exemplū ſequerent ad rebellandū, quoꝝ excidio reſipiſcere debuiſſent. Eſto tñ ut primo tentamenta habuerint aliquid præſumptionis, quid uniuerſorū exitia ſpei ferrent? Veniabilis certe fuerit in principio ſpes libertatis. Inexorabilis tñ eſt in ultimis & deſperatis rebus perſeuerantia. Nam qui nō exemplo humanitatis, nō ſedulo uerboꝝ monitu flectunt, aduerſum eos non uerba, ſed arma neceſſaria ſunt. Muris fiditis quaſi aduerſum Romanoꝝ uirtutem ullos protexerint. Quid aliud pſit clauſi præferre, circūſepti prætendere, niſi q̄ in captiuitate audaces ſint? Nemini erat loquendi poteſtas, occupauerat enim oēm muroꝝ ambitum prædatoria manus: Cauebat Iohannes ne quis colloquio familiari Romanos inuitaret. Itaq; ipſe ꝓripuit ſermonis relationem dicens: libēter ſe tractatum ſuſcipere de rebus cōmunibus, nec experiēdi uſum declina

declinare, ſi forte ipſe utilia ſuadeat, aut his quæ referuntur acquieſcendum ſit: ſed prohiberi ſe lege patria, cum ſuperſit hedomadæ ſacræ dies tractare de pacis cōditionibus. Siquidem ut mouere arma interdictum, ita etiam illicitum cōſulere de pace feriatis diebus. Etenim de negocio uerbis ſaltem decernere, & illis ſacrilegium qui cogerentur, nec illis inultum qui cogerent: Veniam ſe unius diei poſcere, dilationē tam exiguam ne quaq̄ impedimēto futuram: Neq; em̄ circūfuſo hoſte, effugium clauſis liberum, offerri ſibi arbitria pacis, tam æquali optione formidinē obeſſe: urgeri ſe interim nō oportere ad pacis conſulta, quibus religioni eſſet contra legem patriam non præuaricari: cōuenire aūt tam liberali pacis oblationi, ut qui præter ſpem ſponte offerat pacem, ne quis peruicli tetur, euaſuris etiam leges ſuas reſeruet. Hæc ſine dolo Titus allegata arbitratus, receptui cecinit: & reuocauit à muris quos ſecū deduxerat. Ita Iohannes fugiēdi adeptus copiam, nocte intempeſta cū pleriſq; abſceſſit. Sequebāt etiam mulieres proficiſcentē. Sed quo ulterius progrediebantur uiri, eo plures mulieres uel paruuli relinquebātur, deſertæq; à ſuis ſpectabant pauidæ uiam fœminæ. Et cū iam uiros proprios è cōſpectu amitterēt, hoſtem adeſſe arbitrabātur, ad omnē tremētes ſonum. Si quis cōcurreret mi ſere cōuerebantur ſeſe peti, ſibi catenas iniici trepidātes, quaſi iam præſentes eſſent, qui timebantur. Titus itaq; iuxta conuentum iam ſole infuſo, ad urbē cū exercitu contēdit, aperiuntur portæ, egreditur populus cum exultatione, & Romanos cū leticia ſuſcipit & alacritate: abeſſe gaudens peſtilentē uirum, fugiſſe per noctē, ſibi liberam facultatem datam: Orare ſe ueniam ne fraudi ſibi eſſet eius fuga, quē tenere ſine ſuo exitio nō poſſent. Ille dilatione uindictæ conſolatus, cōſummati negocii celeritate, ad cōprehendendum Iohannem è ueſtigio plurimos miſit, ſi forte eum cōſequerētur. Ipſe urbē ingreſſus minis magis, q̄ ſupplicio affeciſſe cōtentus pacis ꝓturbatores, remiſit omnibus ne qs uel odio, uel domeſticis excitatus negociis, inoxios in inuidiam deduceret, & grauiſſimi criminis pulſaret atrocitate: cū multo tolerabilius ſit id qd̄ icertū eſt formidini partis cōſcientiæ derelinquere, quàm cōdemnare innoxium. Sæpe em̄ reū corrigit metus, pœna autē innocentis ſine ullo remedio correctionis eſt. Iohānes itaq; nō eſt reptus ab his quos direxerat Titus, ſed reperti q ſequebātur eum, paruuli uel mulieres ad duo milia ferè interfecti: tria milia autē infirmæ ætatis & ſexus, ubi ſatietas necandi facta, captiuitati adiudicati ſunt. Cuſtodiam militarem ciuitati impartiuit. Itaque Galilæa omnis in poteſtatē Romanam deducta. Nam & Thabirius mōs, cuius altitudo triginta ſtadiorum, uertex autē ipſe campeſtris. XX. & tribus ſtadiis iacet. Penuria aquæ ab aliis deſertus, ab aliis orata uenia Romanis traditus: licet uirtute quoq; & induſtria Placidi, cui id negocii à Veſpaſiano cōmiſſum fueraot, mnis cōuenarū turba, dum cedentē ſeqtur, & arte reuocantē gradum, perurgeret, campi medio circūfuſa refugium amiſerit, peſtē inuenerit.

Iohannes nō cte itēpeſta abſceſſit.

Caput .V.

Adoriē ea q̄ Hieroſolymis geſta ſunt.

Hactenus circūuagari licuerit, dum templi ſancti à maioribus conditi, & ſacræ legis cōtagia refugientes, circa alias urbes ſtilū occupamus: ſed tempus eſt iam ut quæ Hieroſolymis geſta ſunt adoriamur, nō ingenio freti, ſed ne patriæ legi ueteriq; cultui, noſtri doloris uideamur negaſſe miniſterium: fuerit in illis licet umbra non ueritas, ſed tamē umbra deſignat ueritatis ueſtigia. Habet enim picturæ liniamēta umbra, fulgorē non habet, nec ad ſummaā perfecta eſt manū, ſed diligenter intuētibus futura exprimit: & ideo minus delectat figura, plus illicit gratia. Vnde placuit rerū arbitro abolere uetera, noua condere: ut ueritatē ſequerēt, q per anguſtias infidelitatis imagines nō ſequebātur.

Caput .VI.

Fugiens (ut ſuprà diximus) de Galileæ partibus Iohannes, ad Hieroſolymitanā urbem ſe cōtulit, & quaſi quædam peſtis, inficit animos cōpluriū, qui ex diuerſis regionibus principes flagitioꝝ, eò quaſi in ſentinam confluxerāt. Hoc em̄ illi urbi maioris cauſa excidii fuit, quia quod ſceleribus ſuis deferebant perditi, ut eò conuenirent. Pleriq; ubi uel tutiores ſe fore crederent, uel inſolētiores ad flagitia coacerbandi fidei deferre æſtimabant. Recipiebantur itaq; paſſim, quaſi pio tēpli amore deſēſum uenirent. Hæc prima labes malorū: Hinc oppreſſa eſt paucorū manſuetudo per plurium inſolentiam; hinc itum in cædes, cū minus parceret alienus; hinc conſpiratum,

ut legis solennia negligerent, sacerdotia à bonis ad improbos deriuarẽtur, q̃ hominibus nõ solum à pio cultu, sed ab ipsa legis cognitiõe peregrinis, quod sanctũ esset ignorabatur. Vincti sunt primo regali genere uiri, qui resistebãt, quo cæteri metu cederẽt: deinde necati, & ut flagitium uelaretur, quos sine iudicio peremerant, missis in carcerẽ ficariis, eosdem affícto crímine proditionis interemptos, emẽtiebantur. Pertracti itaq; uniuersi metu, quod homines potẽtes atq; innoxii Antipas, Lebias, & Phoras tam facile oppressi forent, q̃ nec iam audebãt resistere. Hinc eò processum, ut ignobiles atq; indignos substituerent sacerdotũ príncipes: ut quibus nulla emerẽdi honoris gratia sufragabatur, contra meritũ suum adepti sacerdotía, ad omne nefas cõferẽtiũ arbitrio sub iícerentur: sed cũ obuiarent sacerdotales uiri, & maxime Ananus cæteris senior, ne per gratiam donaretur summi nominis prærogatiua, sortitò creari principẽ sacerdotum expetunt, in quo nihil gratiæ, sed diuino iudicio cõmitti sortis euentus æstimaretur: & reuera prætẽdebant ueterem cõsuetudinem, qua substituẽdos in sacerdotii prícipatum mos erat ad sorrem uocari: euidenter autẽ solutionem legis operabantur. Cum eñ lex sacerdotalis successionis uiros ad sortem legeret, illi ad speciem de sacerdotalibus tribus, unũ (Emachim nomine) præsentem statuunt, & sortem agi præcipiũt. Tunc Phanis quidam sorte exiit filius Samuelis incanus uir, cui non modo per príncipes sacerdotum ducta successio nulla suppeditaret, sed ne ulla quidẽ scientia muneris sacerdotalis, eo quod ruri uacaret: & ideo quod esset princeps sacerdotũ, incognitũ habebat. Deniq; attracto ex agris, & reluctanti quasi in scena alia persona imponitur, induit̃ quoq; sacratum ueteri more amictum uestiũ. Docetur in tempore quid eũ facere oporteret. Ita sortis euentu exposita est nequitia seditiosoꝝ, ut ad imperitum & agrestem, tanti sacerdotii functio deduceretur. Sed illis ludibrio erat circũscriptio ueteris solẽnitatis, sacerdotibus dolori: qui irrideri legem à perditis, flentes ingemiscebant. Ipsi tamen freti pietatis autoritate, & bonorum indignatione cõgregant seſe, & super pturbatores itruũt. At illi cum & causæ, & numero diffiderẽt, ad templũ quasi in arcem confugiẽtes, uelut castrum quoddã sibi constituerũt ad repellendam itruẽtis populi multitudinẽ: ac primo ante fores templi, atq; in ipso uestibulo siti, aduersum populum prælíabãtur: si quis uulneratus fuerat, interiora templi petebat, illic sanguinẽ suum fundẽs interno límini, & cruenta pauimentis sautiosiora detergens hulcera, fibræq; patẽtis uulneris, uestibus his, quas nõ liceret illis cõtingere fouebantur. Bellum erat intra urbẽ, bellũ intet ciues, bellũ ante templũ, ne hoc quidem reueriti latrones, cũ à populo instantius perurgerẽt, intra ipsum tẽplũ seſe receperũt, & clausere ilico fores: Quo obiectu reuocatus est Ananus, ne uideretur bellũ tẽplo inferre, & sacratas religione maiorũ perrumpere fores tẽpli, reflexit impetũ plebis, & sex milia uirorũ in porticibus cõstituit, qui muniti armis prætenderẽt solicitam adhibentis custodiã. Paulatim tamẽ molliuit animũ ut paci cõsuleretur, eo studio maxime, ne templũ sanguis ciuiũ cõtaminaret: suaderet quoq; mittendam legationẽ, pacis sequestram, ut bellũ intestinũ deponeretur. Ascíscit lohannes ad exequendã legationẽ suspectæ fidei uir, & affectandæ potentiæ succẽsus cupídítate: sacramẽtum petiũ, non abnuit, ne damnũ periurii patereẽ, si negasset. Simulabat se plebi fauere, ut circũscriberet. Quid plura? Pergit, de pace pauca p̃mittit, plura subtexit, ad belli incentiuũ: dicẽs noſe pacis, bellum inuolutũ, latere insidias, Ananũ Romanis urbem tradere, quo solẽnitas ueterum dissolueretur, legis abrogarẽtur p̃cepta, cõponens ẽ diuerso omnia: atq; inuídiã in príncipẽ sacerdotũ referẽs eoꝝ, quæ ipse meditaretur. Callide etiã quos sciebat illorũ, qui cõclusi erant esse præsules & factionis príncipes incitabat, parere mortis formidine, asserens q̃ ipsis specialiter Ananus exitiũ cõposuisset: ueníisse se, ut fraudem manifestaret. Mature subsidia quærẽda, priusq̃ ab eis pœna reposceretur. Quid plura? pacis medius bellũ accendit. Eleguntur qui Idumæos ad pliũ rogent: genus mobile, inquietũ, insolẽs, promptũ ad discordías, reꝝ mutationibus lætũ, periculi improuidũ, præceps ad prælíũ. Itaq; sine mora flexi ueniũt, cõgregantur, XX. milia uiroꝝ, utpote nullis intenta terraꝝ cultibus, sed parata latrocinijs. Nec latere potuit Ananũ aduentus Idumæoꝝ. Deniq; portã claudi iubet, ne cũ tumultu ingrederẽtur, sed si fieri posset ueritatem cognoscerent, bello renuntiarent.

Phanis agrestis in sacerdotem cõstituitur.

Vndiq; bellum.

Reuocatur Ananus.

Asciscitur Iohãnes suspectæ fidei uir

Caput

Caput ·VII.

Ascendentes itaq; príncipes sacerdotũ muꝝ, Idumæos de turre alloquebãtur: maximo esse miraculo sibi, quod tam cito irretiti mendaciis causas, quas nondum cognouerant, armis persequerent: cũ oportuerit eos prius disceptatores esse negocioꝝ, q̃ bellorum prælíatores: & præ cæteris merita cognoscere, q̃ arma sumere: & arma aduersum uiros sui generis, sui cultus, suæ solẽnitatis, nullis amplius íroga tum iniuriæ q̃ Idumæis, qui ad societatẽ flagitiorũ tam grauiũ concitarentur. Quid eñ aliud ab his nisi paricidiũ aduersum ciues, sacrilegium aduersus templũ depoſceretur? Non solere diuersa inter se studia, diuersosq̃ mores cõuenire. Similitudo eñ moꝝ, facit uoluntatũ societatẽ, & cognata studia sibi nectit. Nequissimos homines qui latroci nio sumptũ exercerent suum, arrogasse sibi ut Idumæos sibi socios accersirẽt: tñ abhorrentes ab eoꝝ proposito à quibus rogarentur, ut illi patriæ suæ bellum intulerint, uos uero obsecrauerint, quasi alienam urbẽ defensum uenire. Nihil uobis cõmune innoxiis cum prædonibus: nihil cõmune sobriis cum se inebriãtibus: Vtinãq; uini esset illa ebrietas, & nõ furoris. Qui ubi se flagitiis ingurgitarunt, dissipãdo proprias successiones, dirípiunt aliena, & male parta nequius dissípant, deterius effundunt. Nullus rapiendi finis, quia nullus abliguriendi modus. Vbi se uino infuderint, & impleuerint ebrietate, publicoꝝ eructant crapulam negocioꝝ, ut nostro rursus sanguine inebriẽtur, & sanctæ illudant religioni, quæ uobis semper ueneratíoni atq; reuerentiæ affuit. Fugite igit̃ cœtus paricidales, & ausus sacrilegos deſtuite, deserite latronũ cõciliabula. Vocati estis ad cõsortiũ sceleris, uenitis ad remedium patriæ. Videmus ornatissimũ populum, quẽ uenire decuit publico rogatum consilio, ut urbi ludæoꝝ præstãtissimæ (quæ totius gentis metropolis habeatur) aduersum hostes auxilio foret. Sed & si nos defuímus petitiõi dum pacem sperauimus, & fatigare uos ꝓpere uoluimus, qui excitatoribus belli pacem offerabamus: tamen uos quasi diuino arbitrio ueneritis, consulite in medium, & exhibete partis utriusq; arbitros: Quærite unde cœperũt exordia tumultus, qui cecinerint los bellum parabamus, & hos iam hostes patiebamur: quorum igit̃ cũ Romanis suspecta gratia eoꝝ, qui Romanos uindicant, an eorũ qui Romanos repellũt? Grauiora hæc certe nobis, q̃ Romanorũ prælia: ab illis eñ pro libertate morímur, ab istis quasi ꝓ sceIere iugulamur. Simulantur innoxii criminũ proditionis, & post mortem calumnia cõponitur: cum cognitio pœnã præuenire soleat, nõ pœna cognitionẽ. Quid eñ prodest defuncto absolui, cũ iudicio iam nihil debeat? Suscepimus tamen etiam sortem huius modi, ut post necẽ de innocẽtia quæratur, & líbẽter apud uos quoq; causam agimus nostræ defunctorũq; integrítatis, qui statis armati ꝓ aduersariis: ita nulla argumẽta calumniantibus suppetunt, ut apud uos quoq; grauiorẽ causam habeant, qui tam cito credidistis: bonus eñ iudex circũseptum se esse mẽdaciis dolet, & eo est fallẽti infestior q̃ appetitior. Quod temere se impulsum, ut falsis crederet, ulciscendum arbitrabatur. Igitur nobis integrũ examen seruate, & colligite ueritatem, nõ ex contexione uerborum, sed ex serie negociorum. Primo omniũ, cur Romanis proderemus patriam, quos potius mus & nõ lacessere, & forte oportuit fieri, ut nõ excitaremus uniuersarũ uictores gentium: sed hoc non est iam præsentiũ partium deliberare. Superioris fuit temporis elige re, quid sequeremur: nũc oportet pro libertate occũbere. Præstat eñ pro patría mori. Cõmodius fuit ante bellum, pacem morti p̃ferre: Sed quía bellum in ceruicibus, multi iam ex fratribus capti: alii necati, aliis dolor ex mortuis, gemitus ex reuinctis: elígenda magis libera mors, q̃ uita captiuitatis. Suppetit tamẽ morituris, falsi criminis abolere infamiam proditionis. Apud uos Idumæi causam agimus, prodantur cõscii, deducantur in medium nuntiorũ interpretes: Si tenẽt, uindices ꝓdant: si nõ tenent, quid accusant, & uanis insimulant suspicionibus, quas ipsi sibicõposuerint? nõ debẽt arguere, q̃d non possunt probare. Sed quía accusare non audent, dissipare per uulgus desiderãt: & ideo ad bellum profiliunt, ne in iudicium uocentur. In bello eñ contentus furor est, in pace ueritatis examinatio, Adsumus en primis suppliciis, nos spõtanei offerimus, si tamẽ ali

Similitudo morum.

Eligẽda magis libera mors q̃ uita captiuitatis

quis accusator prodeat: aut si in populum inuidia torquet, quærite diligentius quid eō
filii fuerit in cœtu publico. Nónne ut bello instructa pararentur agmina, aut pro liberta
te unusquisq; patriā iuuaret? Aduersum ipsos certe latrones quid deliberatū fuerat, ni
si ut pax conueniret? Exasperauerat publicam indignationem dolor singulorum, inno
centum sanguis, mulierū gemitus, paternorum statutorū præuaricatio: increpuit gemi
tus uniuersorum, quia unusquisq; sibi similia pertimescebat. Ad indignissimos facere
dotia deferebantur, peti cœperūt uocibus: illi lapidibus plebem cædere, telis necare, ex
arsit publicus dolor: illi in templū latronum sibi receptacula constituerūt. Itaq; pacis lo
cus reuerendus etiam gētibus, & domiciliū sanctitatis factū est prædonum conciliabu
lum, & quò ex omnibus terrarum partibus confluebatur, ad cultum festæ celebritatis, ibi
nūc stabula quædam ferarū sunt, humano cruore madētia: licet nobis hæc quærere, uel
armatis sine lege belli. Tamē fuit plerunq; inter arma iudicium, & iustitia deposuit bel
li instrumēta, compescuit turbas æquitatis sentētia. Potestis hæc arma ad defensionem
urbis conuertere, quæ sumpsistis ad euersionem: Licet etiā introire sine armis, audire, &
perconctari omnia: si quod remissum aduersum hostem reperitis, proditionem putate.
Quod si neq; uindices uos, neq; arbitros exhibere uultis, quid miramini, si portæ arma
tis non aperiuntur? Non iste aduersum cognatus, sed aduersus arma clausæ sunt. Bellū
deponite, & portæ patebunt.

Caput .VIII.

HAec ubi sacerdotes locuti sunt, & maxime Iesus cæteris senior post Ananū, tā
tum qui secundo loco fungebatur, indignātibus Idumæis quod non continuo
urbe recepti forent: Simon unus de ducibns Idumæorū, minime (inquit) si ci
ues sæuiunt, & clausos tenēt, qui nationi sociæ portas clausere, & non patiūtur consor
tes & principes suos ingredi, nobis de muro loquuntur, & quasi aduersarios muris re
pellunt, quos amicos habebant? Quis dubitet, q; parēt suscipere Romanos, & fortè co
ronare portas quando illi ingredientur? quæ maior iniuria? Patere nēpe omnibus ho
minibus ista ciuitas solet, causa cultus & obseruātiæ: nobis solis intercluditur, quasi ho
stibus, soli abdicamur, soli repellimur. Simulāt se nostrum petere iudicium, quos ne li
mine quidem dignos urbis putarunt. Lateant quæ aduersum illos gesserunt, nostræ ini
uriæ testes & iudices sumus. Aduertimus quid clausi patiantur, quando nos arma iu
bemur deponere: & credibile esse potest, quod eorum expectetur sententia, quorū spe
cta est fides. Festinemus itaq; eripere clausos, quibus templū carcer est factum, ne ser
uentur usq; ad aduentum exercitus Romani, & captiui tradantur Vespasiano. Aufera
mus à templo obsidionē, custodes deterrimos remoueamus, qui neminē uel ad purgan
dam aluum egredi sinunt. Si quis introferre cibum clausis desiderat, prohibetur: si quis
exire, ad mortem rapitur: crimen factum est cultus religionis.

Caput .IX.

HAec audiens cessit Iohannes, considerans auersa dei uoluntate frustra sese obni
ti: quando quidem domi foriscq; hostilia streperent agmina, & gemina ex parte
ciuitas oppugnaretur. Fremebant Idumæi quod excluderentur. Machinaban
tur in templo siti, quomodo iungerentur Idumæis: hos angebat metus, ne Idumæi ani
te effectum abirent: illis extorquebat pudor propositū regrediendi. Et iam penè obre
pserat diffidētia, cum subito nocte orit procella intolerabilis, tēpestas atra, fremūt uē
ti, cœlū inhorrescit, uis imbriū multa infunditur, terribiles chorusca tiones, tonitrua in
mania, terræ mugitus, ut soluī mūdus æstimaretur. Quis crederet plus nouasse istud
intra urbem positis, q̄ extra urbem degentibus? cum utiq; hi tectis muniti forent, illi ob
secti ad imbres: sed amplius terruit iniuriæ metus, q̄ ipsa iniuria. Deniq; illi q nulla ha
bebant refugia tectorū, clypeis sese tegebant manentes in officio, nec dilabētes: isti cir
ca domos suas, quisq; dispersi locū dederūt, ut ab his, qui intra templū erant, portæ api
rentur: Anceps tū & diuersa populi sentētia: Alii deū summū indignanter Idumæis, tē
pestates mouisse arbitrabant, q; aduersum principes suos armati uenerant: Ananus & p
fundiora seniorū ingenia, cōiectabant Idumæos iniuria sui amplius excitari in sociorū
perniciem. Deniq; solicitior cæteris noctibus, Ananus illa nocte nō fatigatione corpis,
sed animi magis desperatiōe ac resolutiōe cessit, rebus aduersum se fluctuātibus, &

tantibus in excidiū suum mūdi procellis: nec reuisendas putauit custodias, quasi daret
autoritatem delabendi quò cuiq; esset sentētia. Quam occasionē nacti qui in templū re
fugerant, surgētes secuerunt uectes portarum. Cooperatus est illis fragor cœli, ut sera
rum sonus nō audiretur, & tumultus egredientiū. Deinde ueniētes ad murum, portā
quæ uicina erat Idumæoꝝ, cœtibus reserauere. Vltimus ille dies uniuerso populo fuit
set, si nō ad templum, q̄ ad urbis signum dirigendū putassent. Sed quia metuētes sibi q
intra templū clausi tenebantur, ne cognito ingressu Idumæoꝝ, in ipsos circumfusæ ple
bis impetus fieret, ut uindictam morituri exposcerent, rogauerunt ut ipsi primitus cla
di eximerentur: tunc postea liberatis ipsis & coniūctis uiribus, in populū effunderētur.
Deflexere ad eos qui legatos miserant oratum auxilia saluti, simul ut insperatæ merces
irruptionis autoribus eius, hoc munere potissimū repēderetur. Quod ubi processit ex
sententia, simul omnes à templo quasi quodam castro effusi, extenta acie quoscunq; re
pererāt dormientes, alios perterritos, alios totis cædebant uiis. Nihil proderāt preces,
nil lachrymæ, nil insignia honoris, nullorū meritoꝝ gratia, omnes passim iugulabātur.
Deniq; uidentes bestialem in persequētibus immanitatē, quod nulli parceretur, ipsi se
se illaqueabant miserabiliore (ut mihi uidetur) exitu, q̄ si ab hoste perimetent: quia uo
luntaria mors immanitati ascribitur, informis laquei nodus etiā pbro datur. Sed quis
consilio locus, ubi tantus erat metus suppliciorū, cū metueret unusquisq; nō mortem,
sed cruciatus ante mortē, quibus mors remedio foret? Redundabat undiq; sanguis, &
maxime circa templum, quia ibi congregati erant qui clausos custodiebant. Reperta ita
q; illo die cæsorum. VIII. milia quingenti uiri. Inde conuersi ad urbē, sicut gregem quē
dam pecorum, ita homines quoscunq; obuios habuere interimebant. Erat miserabile
spectaculū intra urbem, omnibus ante reuerendam, bellū geri, perniciem iniustā pau
peribus ac debilibus inferri. Sane iuuenes ac ualidiores in carcerem retrudebant, quos
factioni idoneos arbitrabantur: sed magna uirtute plerique omnia supplicia malebant sub
ire, quàm ut perditis sociarētur. Nec modus erat ullus, nec pudor: ita furebat rabies im
manitatis. Pòst ubi defurere uisi, processu tēporis causas sibi simulare cœperūt perimēdo
rum, quo ad iudicia reos ducerent, nō ut requireretur iustitia, sed ut crudelitas excitare
tur.

Caput .X.

ERat in ciuitate Zacharias qui odisset improbos, nec se miscere flagitiosis, diues
opum, quarum illi abundantiam, uel ad dissoluēdam factionē suam efficacē opi
nabantur, uel ad prædam sibi huberē: hunc proditionis crimine accersendū pu
tarunt. At ille ab huiusmodi integer cōscientia, adesse sibi cœpit cum libertate, ut nō so
lum dilueret obiecta, uerūetiam reos ipsos maximorū astrueret flagitiorū, apud septua
ginta uiros dicebatur negociū. Absoluunt omnes, quia nihil quod affine esset sceleri, p
ferebatur. Verum illi irruentes & ipsum p̄cipitant in profundum, & perturbāt iudices,
non solum cū iniuria, sed etiam cū periculo: ut eorum exemplo cæteri in reliquū caue
rent, cōstantiam in iudicando aduersa eoꝝ uoluntate assumere. Rursus tamē ne quis ab
solueretur, ipsi irarū suarum exequutores, quos libitum erat sine iudicio necabant. Cæ
sus Gorgon uir gratus & amabilis, Niger quoq; Paragites, qui inter propugnatores lu
dææ ad tuendā rei summā fuerat electus, bellator uir, ut etiam uulnerū cicatricibus uir
tutis insignia præferret, rapitur ad mortem: & cū se extra urbē duci uideret, nō iam pro
uita, sed pro sepultura cœpit rogare. Ac ne huius quidē tam miserabilis petitionis, re
sponsum accepit cōueniēs, misericordi, æfingebantur calūniæ. Si quis se redimebat, in
nocens erat: qui nō offerebat pecuniam, tanq̄ reus feriebatur.

Zacharias

Cæsus Gorgon uir gratus & amabilis.

Caput .XI.

DVm hæc Hierosolymis agūtur, Vespasianus interea partes alias gētis Iudææ
debellabat: Peruenit ad eum, quæ seditio esset Hierosolymis, quas domesticis
prælíis neces sibiipsi irrogauissent, quæ supplicia ciuiū exacta à ciuibus, horta
ti plericq; ut eò pergeret, ne quid triūpho Romano & suæ gloriæ decerperetur. At ille
moderatus & prouidus uir, qui non id ex usu uulgi accōmodum existimaret, sed quod
altiore cōsilio rei summæ cōducere arbitraret, referre illa suadētibus cœpit: Non semp
prælíis iuuari rempu, sed plerūq; etiam armis depositis laudē parari, & debitū patriæ

Vespasianꝰ moderatꝰ & prudus uir.

solui. Quid interest quomodo uincat hostis, nostróne an suo ferro? nisi quod suo fine Romana inuidia prosternit. Non enim possunt de nobis queri, cum se ipsi consautiauerint, simul q̃ iusta nobis bella mouerint, significant, quando nec ipsi sibi parcunt. Vindicta hanc de cœlo uideri, ut furore insaniãt qui Romanos lacessiuerint. Sed si quis derogari aliquid gloriæ nostræ asserit, cognoscat præponderare sæpe remedium cum silentio, q̃ prælium cum periculo. Deniq; noster Maximus cunctando magis fregit Annibalem, q̃ præliando. Etsi Scipiones subegerunt Africam, tamen communis bellorũ cũ multis uictoria: Maximo soli datum q̃ cunctando restituerit rempubli. Plus itaq; est seruasse Romanum imperium, quàm propagasse. Aequemus tamen merita uirtutũ. Non minora utiq; in ipso bello sapientiæ commenta sunt, quàm insignia fortitudinis. Pereant ergo suis armis, nihil laudis diminuit, & plurimũ uictoriæ nostræ adiungit. Nesciunt suos seruare, quibus nos parcimus. Quid, q̃ si imminere cœperimus, fortasse inter se resipiscant, atq; in gratiam redeant? Quod non uereor, sed aduersus uestram sententiam profero; aut si pmaneat seditio, uideant ipsi sese expugnasse, nihil Romanũ egisse exercitũ, manus nostræ ociosæ fuisse, uictoriam non uirtute nostra, sed hostili internitione inter se paratam. Itaq; hoc prudentius consilium, ut absentibus nobis sæuiant in exitium sui, ne quis putet eos nostris magis, quàm suis exercitos factionibus. Tunc melius appropinquabimus, ubi uictor supfuerit, qui nostro accedat triumpho. Certe ueniant ad nos qui fugiunt suos, inueniant apud nos salutem sibi, quos suos pestis exagitauerit.

Fabius Maximus cũctãdo uicit Annibalem.

Caput .XII.

NEc fefellit opinio Vespasianum: nam qui poterant pretio se redimere, ut dimitterent, ad Romanos confugiebant. Repleta erant dilabentium strata uiarũ omnia, omnes semitæ, relaxabant diuites: pauperes interficiebant, quibus pecunia deerat ad redemptionem. Multi etiam extra urbem insidias & latrocinia pertimescebant, & maxime inopes, quibus comitatus deerat. Pari itaq; foris & domi ppositi sibi periculo; utroq; pnicioso. Pleriscq; tñ patrii spe sepulchri, mors apud suos tolerabilior æstimabat.

Caput .XIII.

VBi strage maxima populorũ, metus in omnes sparsus, subditos factioni fecit uniuersos, non contentus communem cum principibus exercere factionis Iohannes potentiã, tyrannidẽ affectare occœpit, & parem indignabat destruere. Itaq; aliorũ statuta, nihil nisi quod sibi libitum foret, ratum habere: paulatim sibi asciscere stipatores, artifex dolo quos uellet & fraude circumuenire, obligare pecunia, terrere potentia, quibus artibus plurimos sibi associauerat. Rursus non deerant qui uel pericu loso studio seruitium detrectarent, cum præsertim dñatione assueti, tolerare seruitutem nequirent. Decernebant itaq; in una urbe tria genera exitialium calamitatum: tyrannides, bellum, seditio, quarũ unaquæq; non unam, sed plurimas urbes deleret. Ex tribus tamen leuius bellum erat, & iustus hostis tyranno, aut factione tolerabilior uidebatur. Accessit his quartum genus sicariorũ, qui occupatã tyrannicis motibus, aut seditionis tu multibus urbẽ uidentes, uicina omnia populabant, & asportabant omnia. Mulieres & paruulos qui laborem itineris, uel sexus uel ætatis infirmitate ppeti non poterant, necidabant. Septingenti itaq; numero pempti, conuectatum in castella frumentũ. Irruebant agris, urbibus, templis, prædas agebant, necandorũ occasio non ptermittebat: agminis specie latrocinium excitabant plures, quàm usus habebat latrocinandi. Latrocinii sæuitia bellum aceruabant, sine uenia deditionis, aut susceptionis indulgentia.

Tria gña exitialium calamitatum,

Genus sicariorum.

Caput .XIIII.

ROgat itaq; Vespasianus ut ad remedium ueniat, à quo excidium metuebatur. Contendit Gadarã, ubi opulenti plurimi, qui patrimonii sui causa, magis magisq; latronum insidias & incursus pertimescebant, & ideo ad Vespasianũ occulte miserant, ut ad se appropinquaret, quo ciuitas à latronibus erueret. Affuit exercitus Romanus, quem uidentes Gadarenses cõfugiendi uotum habebant: sed qua uia inexitiabile id sibi afforet, non reperiebant, ne in discedentes insurgeret factio, atq; uniuersos deleret. Non præterit tamen legatione Gadarensium inuitatum Vespasianum, eiusq; legationis conscium, utpote urbis primorem nomine Dolosum, quem capientes interemerunt, atq; ulti iniuriam, egressiq; urbem in abdita & munitiora sese contulerunt. Gadara Romanis tradita: cum ingenti plausu susceptus est Vespasianus. Is continuo ad persequendos, qui refugerant, Placidum direxit; ipse reuertit in Cæsaream.

Caput .XV.

PLacidus præmissis quingentis equitibus, fugientes insecutus, coëgit eos in uictos, qui proximus erat, concedere: in quo electorũ pube iuuenum reperta, audaciam sumpsere ut insurgerent in Romanos. Quæ res illis cladi fuit. Nam circunfusis equitibus, à uico excluſi, sine ullo cædebant impedimento. Et dum alii conferti sese recuperent, ante limina portarũ trucidabant. Cæsorũ cadaueribus aggregata moles, adæquauerat murorum altitudinem. Romani alios sagittis figebãt, alios sautiabant diuersis missilibus: ad postremũ castellum expugnauere, ibiq; omnes, nisi quibus elabendi facultas fuit, interfecti. Alii fugientes, ingentem famam Romanæ uirtutis, suis sermonibus exaggerabant, maiora sibi quàm hominum uisa corpora, nullam resistẽdi cuiquam aduersum inuictos fiduciam. Vnde perterriti omnes fugere ilico, nec solum uicina & finitima, sed etiam Hiericho urbs, quæ propter incolæ multitudinis agmina, spem cæterorũ fouebat, reliquebatur. Placidus rebus ex sententia fluentibus, eos quoq; per equites insectatus, alios confertos, alios palantes sternit usq; ad flumen Iordanem: maximũ quoq; numerum ad ripam fluminis reperit impeditum transitu: tunc forte prædictus amnis imbribus auctus, aut resolutis niuibus intumuerat. At illi, ubi Romanos adesse uiderũt, parant sese, & ad fluminis oram stipant. Necessitas intercluso fugæ subsidio, remedium in manus uertit, & impetu facto multi supra pauciores equites arietantur: illi arte nota & ueteri militiæ more, inter equitantes dissecare hostium cuneum, dissoluere glo bos, fessos urgere, cedentes sequi cœpere: hinc alii ferro hostiũ, alii suo, quod conferti, in unum atq; in se relisi incurrerant, interficiebantur. Alii in flumen ruebant, quod ipsa sui ruina, & alius alio impliciti demergebantur. Pleriq; etiam æstimantes quod possent prætergredi, sese fluuio dabant. Quos paululum progressos sorbebat gurgitum uis, aut fluminis ictus abripiebat. Et siqui natandi usu super aquas processerant, ac fluentis subter labentibus se suspenderant, aut arborum ramis impediti qui fluuio deducebantur, aut ipsis caudicibus oppressi, animam ponebant in flumine. Sæpe etiam nandi indoctus, ubi natantem apprehendisset tenebat, ut ipse pariter euaderet, & astrictum brachiis defatigabat, donec uterq; mersus, alter alteri exitio foret. At siqui forte secundo amne decurrens euasurus æstimaretur, irruebat sagittis, ac subito resupinus, cessantibus brachiorũ remigiis, interibat. Fuere etiam qui natare nescii, dum expertem doloris mortem requirunt, edito riparũ toro, in fluuium se excuterent uoluntarii: Alii arenoso ingressi littore, merso uestigio deprimebantur: pleriq; etiam saxorum teretium lubrico, aut uadosis offensi locis, instabili fluctuantes gradu fluentis sequentibus obruebantur. Cæsa ferro tredecim milia: innumerabilis autem multitudo fluuio consumpta, præda ingens de ouium gregibus, & camelorum atq; asinorum & boum parta: quæ licet strages hominum maxima fuerit, tum uero maior æstimabatur, quia non solum regio omnis, repleta erat cadaueribus humanis (cum dispersi ac palantes quibuscunq; in locis comprehensi fuerant, interimerentur) uerumetiam ut Iordanis ipse defunctorum corporibus obstructus, cursus proprios dirigere non posset. Asphaltites quoq; lacus cruore & uisceribus defunctorum mutaret naturæ suæ speciem, in quem omnia quæcunq; Iordanis attraxerat inuehebantur. Deniq; nonagintaduo milia, & ducenti illa die Iudæorum perisse æstimati, à quingentis tantummodo equitibus, & tribus milibus exercitus pedestris. Progressus quoq; ad ulteriora Placidus, Abilam, & Iuliadem, & Betesmon, & omnes uicos loci ipsius, usque ad Asphaltitem lacum Romano imperio restituit. Scaphis quoque imposuit milites, à quibus uniuersi, qui in lacum memoratum confugerant, extinguerentur.

Cæsa ferro tredeci milia.

Nonagintaduo milia & ducẽti Iudæorũ una die periere.

Caput .XVI.

ITaq; & hæc omnia usq; ad Macheruntem recepta: Vespasianus tamen tempus prælii opperiebat, quo metropolim totius Iudææ, exercitu Romano adoriretur: interquæ occupato rebus sibi creditis, motus ex Gallicanis partibus insinuantur, quod à

Nerone potentes quidam Romanæ militiæ uiri desciuissent. Quo comperto, cupiens intestina bella ac summæ rei, totiusq; Romani imperii periculum, confecto in oriente bello tumultu, leuare: ut rerum secundarum nuntiis, motus omnes Italiæ uel comprimeret, uel præueniret: ubi primũ sæua hyems temperata ueris principio, cum maiore parte exercitus de Cæsarea iter mouit. Excepit eum Antipatri nomine ciuitas appellata. Inde procedens exurebat uicos, necabat eos quos reperiebat alienos: ac maxime Idumæis uicina quæcunq; offenderat, depopulabat: q̃ inquietum genus hominum potius bellis, q̃ ocio uel quieti amicum foret. Duos quoq; Idumææ uicos *Lygarũ & Capartorẽ, eorumq; incolas comprehendens, maxima strage labefactauit. Siquidem supra decem milia uirorum peremit, mille captiuos abduxit, reliquum uulgus expulit, ut ibi constitueret manum suorum: quia montana locorum regionis eius latrociniis infestabant. Ipse cum exercitu Amathunta repetit, quæ de aquis calidis uocabulum sumpsit, quod aquarum uapor Syro sermone Amathus appellari ferẽt. Thermæ ergo græce dicũt, eo quod calidũ fontem habeat intra muros. Deinde per Samariam iuxta Neapolim in Hiericho contendit, ubi occurrit ei Traianus multam manum agens, ex his qui ultra Iordanem siti Perææ regionis populi, in ditionem Romanam uicti reuerterant. Nuntio itaq; aduentus Romani exercitus, plericq; ex urbe Hiericho, quod eam intutam uiderent, in montana Hierosolymitanæ regionis sese contulerant. Residentium turba omnis consumitur. Neq; enim difficile fuit urbem properato capi, quæ nec naturali fulta esset munimine, & à suis esset dilabentibus deserta ac destituta. Vrbs condita in campo, cui supereminet mons diffusior, & nudus gignentium. Nanq; secundum septentrionalem plagam, usq; ad Scythopolis urbis terram extendit, ex parte meridiana usq; ad regionem Sodomitanam, & Asphaltitis fines diffusus habet. Aegrum autem & ieiunum solum, & ideo desertum ab incolis, quod sine ullo usu esset cultoribus naturali sterilitate. Aduersus huic mons supta Iordanem, cuius exordium à Iuliade, & plaga septẽtrionali assurgit: ipse aũt prætendit in meridianum usq; ad Sobaros, Arabiæ Petreæ conterminos, ubi etiam mõs est, usu uetere, ferreus nuncupatus. Inter hos duos montes campus iacet, quem propter magnitudinem, quod in multa spatia porrigat (ueteri usu) incolæ Magnum appellauerunt, cuius longitudo trigínta & ducentorum stadiorum, latitudo centum uiginti. Exordiũ à uico Gẽnabar, finis usq; ad Asphaltitẽ lacum. Iordanis eum medium intersecat campum, non solum inoffensa, sed etiam adiuncta gratia uiridantibus ripis fluminis alluuione, & succedentibus Asphaltite & Tiberiade unius fontis, & utroq; diuersæ qualitatis lacu. Nanq; alterius aquæ sapor falsus, & sterilis usus, Tiberiadis autem dulcis atq; genitalis. Sanè in diebus æstatis immodicus per spatia campi exæstuat uapor, unde & coalescẽte uitio nimiæ siccitatis, atq; humi arido corrupto, aër miserandas accolis conficit ægritudines. Arida sunt enim omnia præter oras fluminis. Deniq; in remotioribus ægrescit & fructus arborum, siquidem & copia huberior, & fructus palmarum opimior est, qui supra ripas Iordanis fluminis gignit, alius longe exilior.

In Ioseph. li. bel. Iuda. c. ca. 4. Begabri Caphartophrã legitur.

Amathus ab aquis calidis

Vrbis descriptio.

Mons ferreꝰ

Mons Magnus.

Asphaltitis & Tiberiadis discrimẽ.

Caput .XVII.

Est etiam iuxta Hiericho urbem, fons abundans, atq; idem huberior ad potum, pinguior ad irrigandum, quem Iesus Naue natione Hebræus, manu ualidus primũ genti eripuit Chananæorum. Is ĩ principio corruptior habitus, ac sterilis adgenerandum, potantibus & usui parum salubris. Vnde rogatus ab incolis Elisæus prophe-
ta, idemq; Eliæ discipulus, & tanto successor nequaq̃ indignus magistro, ut hospitalitatis suæ mercedem relinqueret, quos uisitauerat locis, & corruptelam aquarum leuaret: remedium dedit, sicut regnorum uetus scriptura edocet, præcipiens uas fictile cum sale deferri sibi, quod accipiens deiecit in fontem sal, & dixit: Sanaui aquas, & non erit in his moriens, neq; sterilis ab eis: & sanatæ sunt aquæ secundum uerbum, inquit, Elisei prophetæ. Ex illa itaq; benedicti salis infusione temperatæ aquæ, reseratáq; ora fontis, sanctificati sunt aquarum meatus, ut dulciores potus uenarum scaturigo effunderet, & omnis illa dulcesceret aquarum amaritudo, huberiores fructus terra daret. Generandæ quoq; sobolis opima successio, largam posteritatis copiam subministraret, nec deficeret genitalis aqua: cum diuina gratia pro iustorum fidelibus studiis, tanti prophetæ benedictionibus aspira

Iesus Naue.

Elisæus propheta aquarum dedit remedium.

aspirauisset. Conuertit itaq; naturam aquarum ad preces prophetæ, cœlestis oraculi resultatio, continuoq; sterilitatem depulit, fœcunditatem infudit. Cœpere illic crebrescere generationes hoim, fructus terrarum, succusq; aquarum, antè ieiunus & amarus interne-
care solitus fata, tristiaq; bibentium ora torquere, fertilitatem solo, potantibus suauitatem infundere, ut si breuiter culta contingat, plus prosit, quàm ubi diutius irrigauerit. Est enim noua gratia, ut pfectus redundantior sit ubi usus minor, & ubi amplius quisquam usus fuerit, ibi minor fructus sit: eoq; plus cæteris fontibus rigat, quia uel exiguum eius abundat ad hubertatem. Deniq; campus eum circumiacet septuaginta stadiorum in longitudinem, uiginti in latitudinem patens. In eo mirabilem hortorum gratiam cernas, uaria palmarum genera, tantamq; dactylorum dulcedinem, ut mella defluere putes, haud cæteris inferiora. Sunt etiam illic præstantissimi apum fœtus: nec mirum, ubi tam diuersis inhalantes floribus, paradisi suaues fundunt odores. Illic opobalsamum gignit. Qđ ideo cũ adiectione significauimus, quia agricolæ cortice tenus uirgulas incidũt, eas in quibus balsama gignantur, ut per illas cauernas paulatim distillans humor se colligat. Cauernas autem Græco nomine ὀπτὰς dicit. Illic cypreum, illic myrobalanum nasci ferunt, & alia istiusmodi, quæ in aliis locis haudquaquam reperiuntur. Aqua ut cætera fontiũ, illic tamen pstantior æstate frigida, hyeme tepens. Aër mollior, ut summa hyeme lineis incolæ exuuiis utantur indumentorum.

Balsama q̃mõ gignant

Caput .XVIII.

Nvnc Asphaltitis lacus qualitatẽ spectemus. Melius est em̃ in locorum ueterum descriptionibus, uel cæterorum elementorum miraculo, quàm in Iudæorum seditionibus stilum occupare. Siquidem ista flagitia mentem exasperant, illa demulcent animum dum recensentur, & ad ueteris historiæ reuocant cognitionem. Nobis autem quibus incultius ingenium est, cordi est, patrum ex Aegypto regredientium, usq; in terram repromissionis repetere uestigia, ut si cui forte nostra in manus ueniant, non nostra legat, sed patrum relegat. Dulce est enim inter maiorum uersari habitacula, & ueterum dicta factaq; recensere memoria, atq; eorum inhærere gratiæ. Sed iam siue naturam, siue qualitatem aquarum exprimamus, ne noster quoq; in eo lacu proiiciat stilus, ex quo omnia quæcunq; mergenda putaueris, uiuentia tamen resilire opinio est: Et q̃uis uehementer allisa statim excuti: aqua ipsa amara & sterilis, nihil recipiens generis uiuentium. Deniq; neq; pisces, neq; assuetas aquis, & lætas mergendi usu patet aues. Lucernam accensam ferunt aquis supernatare, fine ulla cõuersione extincto demergi lumine: & q̃uis demersum arte quod uiuat, difficile in profundo hærere. Deniq; Vespasianum ferunt præcepisse nandi ignaros, reuinctis manibus in profundum deiici, eosq; omnes ilico supernatasse, quasi spiritu quodam uenti leuatos, & ad superiora ui magna repulsos resiliisse. Multa fabulosa de hoc lacu plerique æstimauerunt, quæ nobis inexpertis ueritatem rei promere nunquam consilium fuit. Mutare etiam ter in die colorem aquæ, & ad radios solis uarie refulgere: non placuit pro uero locare, cũ sit ipsius aquæ lacus obscurior cæteris aquis, & quasi adustæ præferens similitudinem. Certe si ad radium solis & ipsa resplendeat, nihil nouum & quasi pro miraculo promendum: cum hoc commune sit aquis omnibus. Vagari super aquas bituminis glebas certũ est atro liquore, quas scaphis appropinquantes colligunt, quibus id muneris est: hærere sibi fertur bitumen, ut ferro haudquaq̃ uel alia præacuta metalli specie recidatur. Sanguini sanè cedit mulierum, quo mẽstrua soluentes leuari feruntur. Cuius attactu uel urina (ut allegant quibus experiendi usus fuit) interrumpi prodit: utilis autem ad compagem nauium fertur, & corporibus hominum salubris admixta medicamentis. Longitudo lacus eius usq; ad Zoaras Arabiæ dirigitur, stadiis quingentis octoginta: latitudo stadiis centum quinquaginta, usq; ad uicina Sodomorum: qui quondam huberrimam regionẽ inhabitabant: habundantem fructibus, distinctam quoq; urbibus splendidissimis. Nunc autem ea locorum deserta, atq; exusta sunt incẽdio. Nam cum omnia illis deus suo contulisset munere, arua frugũ feracia, & uineis cæterisq; fructuosis arboribus rus cõsitum: ingrati, nec præoculis habentes potentiã dei summi, quasi non oia cerneret, oia prospectaret flagitia, nihilq; esset quod illum latere, aut præterire posset: ita intemperãtiæ suæ probris miscere

Asphaltitis qualitas.

Mirãda hĩc narrãt de lacu asphaltite

Bitumĩs glebæ in aquis natantes.

Sodomorũ species

uniuer-

Quíq; urbes ex diuina ultione incẽsæ.

uniuerſa, ac polluere cœpere, quibus diuinam traxere offenſam, & pro ſcelere pretio, de cœlo deſcendit ignis qui regionem illam exureret. Quinq; itaq; urbes incenſæ, quarum umbra quædam & ſpecies in fauillis uidẽt. Arſere terræ, ardent aquæ, in quibus cœleſtis ignis reliquiæ recognoſcuntur, atque adhuc manent. Spectes illic ad ſpeciem poma uiridantia, formatos uuarẽ racemos, ut edendi generent ſpectantibus cupiditatem. Si carpas, fatiſcunt ac reſoluunt̃ in cinerem, fumũq; excitant, quaſi adhuc ardeant. Hæc ꝓpter ſupplicia impiorẽ de Sodomitano territorio cõperta, ſilentio obducere non oportuit. His em̃ decurſis, remunerationem piis fore dubitari non poteſt.

Caput .XIX.

VEſpaſianus itaq; proxima quæq; Hieroſolymitanæ urbis caſtella, uel urbium munimenta, diſtributo exercitus Romani uel ſociorum ſubſidio replebat, ut aduerſa ſibi omnia cognoſcerent, quæ ante conſpiratura ſecum ad bellum cõtra Romanos gerendum arbitrabantur. Nihilominus Lucio Annio Gereſam deſtinato, inſidiis urbem cepit: mille etiam iuuenes interfecit, quibus præuẽtis exempta eſt fuga. Captiui abducti plurimi, atq; uniuerſa eorum patrimonia à militibus inuaſa. Præcepto ducis poſſeſſiones quæ repertæ fuerant, exurebant̃, rapinæ exercebant̃ licentia. Vaſtabant Romani montana atq; campeſtria, quibus Hieroſolymitana ciuitas circufuſa bello undiq; ardebat. Nec feriati erant Hieroſolymitani à ſuorẽ ſenſu periculorẽ, quibus oñes interclauſi erant exitus, ne quis fuga periculo eximeret̃. Intus malum inteſtinũ, foris clauſa omnia, neq; manendi uoluntas, neq; fugiendi erat copia. Etſi qui à Romanis ueniam transfugio ſperauerant, à ſuis egredi prohibebant̃.

Caput .XX.

Nero cæſus. 13. ꝑ ſui anno.

REgreſſus erat Veſpaſianus in urbem Cæſaream, ut inde collectis omnibus uiribus adoriretur Hieroſolymitanæ urbis obſidionem. Nuntiuſq; aduenit cæſum Neronem tertiodecimo exacto imperio ſui anno, cum iam de anno ſequenti octauum diem degeret. Dignus ea pœna, qui non ſolum fidem ſacrilegio: pietatem, paricidio: pudicitiam inceſto uiolauerat, ſed ipſam quoq; poteſtatem Romani imperii, cuius uel officia, uel negocia improbiſſimis libertorum commiſerat. Cum eiꝰ ipſe nulli fidem ſeruaret, omnes ſuſpectos habebat: Et ideo nequiſſimis ſe Nimphidio & Gemellino præcipue credendum putauit, quos uilis conditio obnoxios fecerat. Sed & ipſi exemplum crudelitatis eius aliquando exhorruere. Et quia chariſſimos ſibi quoſq; interemerat, cauendum in ſe rati, præuenire uoluerunt quod metuebant. Itaq; facta cum cæteris conſpiratione, paricidam deſerunt. Cui enim parciturus æſtimabatur, qui matri non pepercíſſet? Deſertus ergo ab omnibus ſuis, fugit ex urbe cum quatuor libertis ſuis. Et cum ſe urgeri imminentibus coniuratis, atq; agmine aduerſo uideret, in ſuburbanum rus clanculo conceſſit: diſciſſus & dilaceratus ſentibus, dum formidat à quoquam uideri ne prodereť: deinde cum ſe circumſeptum intelligeret, ne graues pœnæ exigerentur, maganum quoddam ſibi de ligno parauit, & manibus compoſuit ſuis, quo ſe necaret. Et ad libertos conuerſus, qualis, inquit, artifex moritur? Itaq; acerbiſſimus paricida dignum meritis ſuis uitæ exitum tulit, ut qui matrem ac ſuos occiderat, nec ſibi parceret. Vere bonus necis ſuæ artifex, qui commentus eſt ut ſic periret, ne uel mors ſuo ſcelere uacaret.

Nero matri ño pepercit.

Magano perit Nero

Caput .XXI.

FAma itaq; interfecti Neronis præuenerat more ingenii humani: cui ſatis eſt, ubi cupita acceperit, cætera non requirere, ſed ſtatim diſſipare, atque inexploratum in uulgus mittere quod delectauerit. Nec multo póſt tamen Galbam Romano imperio præeſſe ínotuit. Vnde ſníam noui principis de bello Iudæorẽ ſciſcitari, Veſpaſiano cõſiliũ fuit, miſitq; Titũ filiũ, & regẽ Agrippam. Titus de Achaia reuertit, cõperto ꝙ etiam Galba ſeptimo menſe ac die aſſumptæ poteſtatis exutus ſignibus, pœnas luiſſet in medio urbis ſinu, id eſt, Romano foro: & Otho potiretur rebus ſecũdis, ac ſucceſſu imperiali, Agrippa Romã cõtendit, ut apud nouũ principẽ locaret grãm: Tito pluris uiſa eſt paternæ pietatis reuerẽtia, q̃ principalis ptãtis, qđ incõſulto patre ſi prætẽderet, ne ipſi qdem principi placituꝝ putaret, Certe exercitus docuit, opportune eũ rediſſe ad patrem

Galba Romano præeſt imperio.

Otho rebus potitur.

patrem, rebus nouis & incertũ quò uergerent. Deniq; etiam Veſpaſianus anxius de totius imperii Romani ac patriæ ſtatu, bellum ſuſpendit, atq; imperiũ tenuit ſuum. poſthabitis quæ in Iudæa gerebant̃, præ totius ſummæ cura & pia erga patriã ſolicitudine.

Caput .XXII.

SEd Iudæa non feriabat̃, quæ grauius bellũ inter ſuos q̃ aduerſum externos gerebat. Nam cum Iohannis factio eſſet intolerabilis, inſurrexit præterea Simon, infeſtior quidem morẽ improbitate, ſed forma corporis magis fretus ad omne audendum nefas. Et latrociniis aſſuefactus, ad uſum & tentamentum flagitiorẽ. Ciuis erat Geraſenus robuſtus iuuenis, quem princeps ſacerdotum Ananus perculerat ꝓpter nequitiæ commenta, pulſumq; eo quem inhabitabat loco, in alias regiones concedere coẽgit. At ille cui nullus inter quietos & modeſtos locus, contulit ſeſe ad conſortia latronum, ipſis quoq; in principio ſuſpectus, ne eos factione circumueniret, facile poſtea morẽ ſe tere non præſumebant, ſed quaſi in foueis latitantes inſidiabant̃ prætermeantibus fine ullo excurſu, quaſi domeſtico latrocinio contenti. Id Simon animi immodicus tolerare diu nequiuit, breuiq; multorum quæſiuit manum, pollicens ſeruis libertatem, liberis præmia, perditis remunerationem. Ita confluentibus plurimis ad deprædandi licentiam, expugnare munitiones, occupare urbium populos auſus, terribilis omnibus erat, receptaculum ſibi in uico, cui nomen Aiacis muris, parauit. Iamq; uiginti milibus armatorum ſtipatus incedebat, cum ſubito metuentes Hieroſolymitani quotidianos eius proceſſus, & aduerſum ſe futuros rati ſi diutius adoleuiſſent, ſuccidendos putarunt, repentinoq; excurſu armati Simonem adoriuntur. Nec ille incautus atque imperatus inſidiis patuit, ſed excepit aduenientes, & pleroſq; fudit, alios coẽgit in urbem ſeſe recipere bello fugatos.

Simon

Geraſenus & uis.

Caput .XXIII.

IDumæis quoq; cõgreſſus æqualis receſſit, & quaſi uictus, quia non uicerat angebatur. Rurſus cum congrediendum foret commodius arbitratus dolo experiri, repperit ſpontaneum fraudis miniſtrum. Nanq; intellectum eſt, quid iſte affectaret, lacobus unus ex principibus Idumæorẽ, uafer & callidus ad huiuſmodi negocia uenit ad Simonem clanculo, & obtulit patriæ ſuæ proditionem, ut fidem daret, ꝙ uniuerſos Idumæos circumueniret, poſtulataq; mercede futuræ ſocietatis: quo potiſſimus & apud eum fidiſſimus foret, pollicetur uniuerſorum proditionem conuiuio fœderata gratia, promiſſiſq; ingentibus Simonis firmata inter utrũq; eſt pactio. Vbi ad ſuos reuertit Iacobus, iactare primo pauciorib⁹ cœpit, exploratum proceſſiſſe uires aduerſariorum, uidiſſe ualidam manum, expertos belli uiros, multitudinem maximam, & bello inſuperabilem: Inferre paulatim ſermonem iſtiuſmodi principibus. Poſtremo infundere per numeros ipſum Simonem admodum ſtrenuum, qui regio more exercitum iſtituiſſet, & ordines ſeruaret, numeros diſtributos haberet, ductores idoneos præfeciſſet, conſulere ſibi Idumæos, oportere, ut talẽ uirẽ amicũ potius q̃ hoſtem experirẽtur. Certe ſi in congreſſu ſuperiorem uiderent, cederent ſine periculo, cauerent prælium. Vbi pluria morẽ inclinata in ſententiam ſuam ſtudia cognouit, edocto Simone ut in aciem ꝓdiret, ſecurus futuræ diſperſionis Idumæorẽ: ille non diſtulit, hic uelut anteſignanus cum ſuis, & quaſi ad præliandum promptior: ubi ferentariis tentatum prælium uidit, priuſq; in manus ueniret̃ conuerſo equo fugæ dedit ſe: idem ſui fecere. Ita conuertit, diſperſitq; acies uniuerſas, & uictoriam Simoni ſine certamine belli tradidit. Simon uero potitus tantæ gentis triumpho, inſolentior in cæteros factus, Chebron uetuſtam urbem celebrẽ populis, opum diuitem, ante expectatum cepit, multamq; in ea ꝑdam reperit, diripuit fructus huberrimos. Ferẽ enim antiquiſſima non ſolum Paleſtinæ urbiũ ciuitas, ſed etiam oĩm quæ ſunt in Aegypto à uetuſtis condita: ut etiã Mẽphim quæ antiquiſſima habeť: poſteriorem pleriq; exiſtiment. Fuere etiam qui habitaſſe in ea patrẽ Abrahã dixerunt, poſtea q̃ de Meſopotamia Syriæ ꝓfectus Aegyptum petiit, filioſq; eius illic ſepulchrum habere pulcherrimo extructum marmore, & opere elegantiſſimo, ſeptimo à ciuitate ſtadio, Terebinthus illic magna arbor à conſtitutione mundi fuiſſe aſſeueraťNunc

Iacobus unꝰ ex pricipibꝰ Idumæorũ uafer & callidus.

Chebron urbs uetuſtæ & celebris.

Memphis.

Terebinthꝰ a cõſtitutiõe mundi

Ioſephꝰ li. 6. belli Iudaici ca. 7. hãc hiſtoriã ad Iorgũ ꝓſequit̃, ubiuicũ, quẽ hic Egeſippus Aiacis, ille Aim appellat.

Nunc tñ utrñ adhuc maneat incertum nobis est, inde ꝓgrediens uastabat territoria, expugnabat urbes, congregabat populos. XL. milibus armatoꝝ stipatus, exinanibat oīa, quocunq; uel quasi amicus & socius accesserat. Quis enim locus tantoꝝ suppeteret alimētis? Solo pedñ uestigio in modum pauimenti ꝓterebañ uniuersa, in quibus tantus constiterat numerus præliatoꝝ. Nec solum quicunq; erat fructus auferebaṫ, quasi quibusdam exesus locustis, sed etiam in posteꝝ protrita humus fructus negabat. Terrebat Iohannem quod Simonis augebaṫ potentia, & totius factionis socii quatiebañ. Volebant perditum, sed bello non audebant lacessere. Iteꝝ insidias parant, & obsidentes itinera, uxorem eius cñ omni comitatu muliebri, & paucis uiroꝝ ꝓsecutoribus rapiunt. iactabant se quasi omnē confeciſſent uictoriam, ac uelut ipm Simonem captñ tenerent, supplicatuꝝ sibi arbitrabañ. At ille durus, immitis qui nullius affectu commoueret, nihil sanctum charúmue haberet, inflammaṫ quasi accepta iniuria potius q̄ erepta gratia, multoq; sæuior grauiorq; grauibus excruciabat, quos reperiebat, tormentis. Plerisq; manus incidebat, quos ad hostem truncato corpore remittebat, ut eius annuntiarent crudelitatem, insinuarent minari quod muros subuerteret, urbem excideret, nisi sibi ocyus uxor propria restitueretur. Similiter manus & uiscera truncaturum omnibus, qui intra urbem degerent, nisi mature consuluissent. Ita perterriti facti, uxorem eius ad eum dirigunt: quo mitigatus furor eius, aliquantam requiescendi copiam clausis dedit, ut non urgeret obsidionem ciuilem.

Caput .XXIIII.

NEc solum Galba interfecto, sed etiam Othone extincto Vitellii ducibus congredientibus, quem Gallicanus exercitus creauerat imperatorē. Et primo quidem certamine superior Otho uisus est: repetito post diem prælio, cum cōperisset Otho Valenti & Cecinnæ Vitellii comitibus uictoriam cessisse, plurimos quoq; suoꝝ interfectos, Brixiæ positus, uoluntaria nece eripuit se ludibrio, duobus diebus & tribus tñ mensibus reꝝ potitus. Victor itaq; Vitellius, cum eo qui utriq; superfuerat exercitu Romam contendit.

Caput .XXV.

Vespasianꝰ deuastat Idæam

VEspasianus tunc tēporis profectus ex urbe Cæsarea uastabat Iudæam, montana oīa finitima et munitiones debellabat. Interficiebat resistentes, ꝑcantibus impertiebat ueniam salutis. Fugabat aduersarios, constituebat suos: Cerealis quoq; dux Romani exercitus cñ equitatu percurrebat oīa, extinguebat alios, alios subiiciebat. Captiuoꝝ cogebat agmina, omnia circa Hierosolymam exurebañ, ne ullum lucis esset perfugium. Sic intercluſi añ obsidionem uniuersi Iudæis exitus. At illi non solum non consulebant sibi, sed etiam domestico inter se decernebant certamine: Iohānes interior tyrannus, Simon extramuranus hostis: qui recepta uxore, pauliſper excurrens Idumæam depopulatus, ualidior redit, & Hierosolymitanæ muros urbis armis circūsonabat. Iohānes intus positus, suos ad bellum uitiis exercebat data criminum autoritate. Feruebant studia rapinaꝝ, probroꝝ cupiditates, luxuriæ effusiones, unguentoꝝ odores, calamistris crispabant capillos, stibio oculos depingebant, muliebrem amictum induebant. Nec solum ornatus fœminaꝝ, sed etiam muliebris mollitia affectabaṫ, & illicitas libidinum passiones, uiri muliebria exercere, effeminare uocem, & fluxu corporis sexū dissoluere, pascere comam, uultum dealbare, pumicare genas, uellicare barbulam, & in hac dissolutione sæuitiam crudelitatis exercere intolerabilem. Deniq; fracto gressu incedebant, & subito momentanei bellatores reconditos sub conchyliatis chlamydibus gladios occultantes, cum repente nudassent quæcunq; repererant diloricabant. Qui Simonem euaserat, à Iohanne interficiebaṫ. Si se intra urbem recepisset, qui Iohannem fugerat, captus à Simone añ muros immolabaṫ. Erat dissensio grauis. Idumæi quærebant tyrannidem Iohannis extinguere: inuidebant eius potentiæ, & oderant eius crudelitatē. Congrediuñ aduersum satellites tyrannidis, auertunt eos, infectañ eos usq; ad aulam regiam, quam condiderat genere proxima regis Adiabeni, irruunt exclusis propugnatoribus, templumq; occupant, diripientes spolia tyrannidis, qm illic Iohannes opum suarum condiderat receptaculum. Grauis incesserat metus, ne per noctē Idumæi de templo urbem introgressi, ferro plebem interimerent, incendio urbem delerent. Quo metu territi, de consilii sentētia dum unum tyrannñ ferre nequeunt, alterum introduxere. Et Iohānes fraude irrepserat in tyrānidē. Hic Simon rogatus quasi remediñ salutis daret, dominatum inuexit ciuibus, urbi tyrānñ. Missus est Matthias princeps sacerdotñ, ut eius ingressum obsecraret. At ille superbe satis dominari abnuit, & quasi grauareṫ cōcessit ambitus, ut se in urbem cñ omni sua uirtute infunderet. Aperuere portas manibus suis, ut pernicioſiorem introducerent, cñ infirmiorē execrarētur. Itaq; Simon ex sentētia ingressus, æque se hostem exhibebat uniuersis: ut & illos qui uocauerant, & illos aduersum quos eius auxiliñ postulatum fuerat, cōmuni omnes odio persequeretur. Vrgebat Iohannes fraudibus suis, fluctuabat ciuitas. Certamē erat inter Iohannē & Simonē, quis amplius suis noceret.

Matthias princeps sacerdotum.

Caput .XXVI.

SVb ea tempestate cōualuit rumor ciuilium bellorꝝ in exercitu Romano, de Galbæ, & Othonis nece manifestatus, & imperio Vitellii, qui nequior superioribus quasi fex resedisset. Cōferre secum ueteris militiæ uiri cœpere, & indigne ferre, tātum usurpare prætorianas Romæ legiones, ut cñ iam bellorñ desueuissent experiri piratorem: & in sua manu rerñ Romanaꝝ legendum arbitrum cōstituerunt: Deinde, huiusmodi exemplo in Gallia positos milites aspirauisse, ut Vitellio imperium darēt, incōsulto senatu & populo Romano, se iterea quasi mercenarios haberi, qui aliena arbitria sequerentur: primos ad periculum, ad honorē ultimos, tanto tempore bellum gerere, triumphis quotidie crescentibus, & ab inferioribus dominos accipere, & ne eos quidē utiles, sed uel ignauissimos quosq;, uel uentri deditos & turpitudini: pergendñ obuiā & remouēdam iniuriam. Esse sibi uirñ strenuñ Vespasianum, quē legi decuerit ab omnibus imperatorem, cui maturñ ad cōsulendum, ualidiorē iunioribus ad præliandum, properandñ maturius ne prius ab aliis eligeretur: & his cum quibus in militia cōsenuerit, triumphando esset despectui. Quando opportunius tempus, quo digna merces laboribus eius repēderetur? Vitellianam uoraginē priuatorum dedecus (nō dicam imperatorum) nō diutius hoc toleraturñ senatum, nō populñ Romanum, ut opprobrium uitiorum diutius in culmine maneat imperii, cuius res Romana ad sumptñ non suppetat. Quis em̄ ferat tyrannñ regnare, cñ habeat in exercitu dignñ Ro. impii gubernatorē? Quæ uero gentes luxui se subiiciāt, & uitiis dedāt, cñ belli incētiuñ sit ignauia imperatoris, & cōtra firmitudo pacis, in hoste uirtus, sobrietas in reipublicæ moderatore? Quis nō suspiciat in Vespasiano adhuc priuato, regni decus, & Ro. īperii autoritatē, cui tot militares nūeri præstō sunt, & oīs Romani exercitus, ualidior manus? Quid expectamus? An ut nostris fultus uirtutibus aliis debeat ꝙ imperator est, & nos aliis cedamus ꝙ in iure nostræ potestatis est? Certe si honorare nolumus, nō derogemus. Nec faciamus hanc iniuriā, ut nostro iudicio repudietur quasi indignus imperio, quo dignus habetur Vitellius. Postremo cñ in Italia sint frater eius & filius Domitianus, uerēdum profecto est, ne quis suis ornamēto esse iamdudñ debuit & sit periculo: aut si illi, ut arbitramur, tyrannñ urgere cœperint, huic fraudi sit, quod & frater & filius rebellauerint, & incipiamus reum spectare, quē uidere noluimus imperatorem. His secum milites uociferantes, adoriuntur Vespasianum, rogant ut Romani imperii suscipiat gubernaculum. Ille añt abnuere ac se indignñ dicere, esse iam cōstitutñ imperatorem, refugiendñ ciuile bellum: Illi instare promptius, ille resistere perseuerātius. Postremo reluctantem armati circūsistunt gladiis mortē minantes, qui aduerterent sibi crimen manere, & graue periculum si refugisset: ita cessit potius imprimētibus, q̄ recepit uoluntarius, quod ambire alii solent. Vrgebant milites, suadebant duces: curam prius q̄ honorem induit, festinauit in Aegyptñ, sciebat em̄ maxias uires illic eē Romanæ reipublicæ, unde alimonia ministraretur, subsidiñ sibi quærēdum, si uinceret: aut refragiñ Vitellio, si trahēdñ diutius bellum putaret. Esse etiam illic duos ordines militariñ uirorñ, quos sibi adiūge re properauit, ut urbs maxia, & plutimis naturæ munimētis circūdata, in suo potius iure, q̄ in alieno maneret, ad utrunq; belli euentum satis utilis. Ideoq; de locorum situ, ac potissimum de ipsa urbe metropolitana, uel pacis dicendum rati.

Vespasianꝰ inuitus suscipit gubernaculū qđam ambire solēt alij

Ignauia imperatoris est in cētiuñ belli.

Caput .XXVII.

De situ Alexandriæ.

VRbem Alexandriam cõdidit Alexander, cui ob uirtutẽ inditũ magni ducis cognomẽtum. Ea inter Aegyptum & mare quasi claustrum interiacet, ciuitas importuosa ut ferè pleraq; Aegypti, & ab externo difficilis accessu: cũ sit in remotioribus Asiæ partibus iacens. In Europa qua ipsa Aegypti aridis Lybiæ cõterminat: meridiana aũt eius superiora, quæ disterminãt ab Aethiopibus Sienen, & innauigabiles Nili fluminis cataractas. Ab oriẽte refundit mare rubrũ, Clitro tenus, qui locus extremis ultimus terris, peruiũ ad Iudæos aperit iter nauigaturis. Septa igit ex una parte feruẽtibus incẽdiis solis, Indico inde atq; hinc Aegyptio mari, uno tantũ muro septentrionali innitit terræ, qđ ducit in Syriam. Cætera itercluſa undiq;, & naturæ subsidio uallata: diuiduũ tamẽ septẽtrionalis plagæ eidem munimẽtum, & gemino quodã limine patens, quo uel peregrinæ ad eã per maria Aegyptũ deuehuntur copiæ, uel liberior ad terras usus diffundit. Terra iacet in infinitum modum. Nã inter Sienẽ & Pelusium lõgitudo uniuersa stadiorũ duũ milium, si fides assertis adest, & ab Plinthine, usq; Pelusium stadiorũ itẽ trium milium sexcentorũ: inassueta imbribus regio, nec tamen pluuiarum indiga, cui Nili irrigua, spontaneos imbres ministrant. Vtrinque ei Nilus est, cœli hubertas, terræ fœcunditas, arua temperat, solũ opimat, nautis & agricolis iuxtà usui: hi nauigant, illi ferunt, isti circũuehuntur per sua rura nauigiis, illi excolunt sine aratro serẽtes. Viantes sine carpento, distinctam cernas fluẽtis, & quasi quibusdã excelsam mœnibus, nauigiorum totis domicilia, terris uagantur quæ Nilo circumfluit. Est em̃ nauigabilis usq; ad urbem (ut appellant) Elephãtinorũ: ulterius nauem procedere cataractæ, quas diximus, nõ sinũt: nõ defectu gurgitis sed totius fluminis præcipitiis, & ob quandam aquarum ruinam. Portus urbis, ut pleriq; maritimorum locorũ aditus, difficilis accessu, & longe difficilior cæteris, quasi ad formam corporis humani, in capite ipso & in statione capacior, in faucibus angustior: qua meatum maris & nauium fuscipit, quibus quædam spirandi subsidia portui subministrantur: ubi quis angustias atq; ora portus euaserit, tanq̃ reliqua corporis forma: lta diffusio maris longe lateq; distendi tur. In dextra uero portus, insula est breuis, & in ea turris maxima, quam Pharũ in cõmune Græci ac Latini, ex ipsius rei usu appellauerũt, eo quod longe uideatur à nauigãtibus, ut ad priusquam port ũappropinquent, nocturno maxime tempore, terram finitimam sibi esse flammarum incendio cognoscant: ne decepti tenebris, in scopulos incidant, aut uestibuli limitem non queant cõprehendere. Sũt itaq; illic ministri, per quos subiectis facibus, cæterisq; lignorum struibus, adoletur ignis quasi terræ prænũtius, & index faucium portuẽsium, demõstrans ingrediendi angustias, undarum sinus, uestibuli anfractus, ne præstringatur tenuis carina caute, & in ipso ingressu offendat inter opertos fluctibus scopulos. Itaq; directum cursum paulatim inflecti oportet, ne cæcis illisa saxis ibi incurrat nauis periculũ, ubi speratur effugium periculorum: Angustior em̃ aditus in portũ, quia à dextra parte latere arctatur, à leua rupibus quibus obstructum est sinistrũ latus portus. Circa insulam quoq; instructæ ingentis magnitudinis moles deiiciuntur, ne assiduo assurgentis impetu maris insula, cedant fundamenta insulæ, atque ui nimia soluantur. Vnde fit ut illudentibus sese in partem insulæ fluctibus, & recurrentibus in aduersum inter scrupeas rupes, molesq; constructas, canalis ille medius semper sit inquietus, atq; exasperato transitu periculosus fiat nauigiis ingressus, amplitudo portus stadiorum .XXX. statio tuta, placiditas maxima quauis tempestate: quia memorati oris angustiis, atq; obiectu insulæ repellit à se undas maris, & fit intus tutissimus portus, compensatione quadam ingressus periculosi: quia per easdem portuensis oris angustias, totius portus defenditur sinus, & summouetur à tempestatibus, placidatur à frigoribus, per quos ingressus exasperantur: Nec immerito uel tutamẽ, uel magnitudo portus huiusmodi est, cũ in eum, quæ ad usum totius orbis proficiant, cõuectari necessarium sit. Nam & populi innumerabiles eorũdẽ locorũ, ad usum sui expetũt totius ut bis cõmercia, & frugum regio ferax, cæterorũq; terræ munerũ uel negociorũ abundãs, totum frumento alit atq; instruit necessariis mercibus orbem terrarum.

Aegyptus inassueta imbribus regio

Portꝰ descriptio.

Pharum turris maxima.

Caput .XXVIII. Compo

COmpositis itaq; erga se rebus in Alexandria Vespasianus, & studiis omnium qui rem militarẽ gerebant, circa suum imperiũ conspirantibus, securus absentiæ, reditum in Syriam maturat: cõuento mandatis tamẽ Tiberio Alexandro, qui tunc Aegypto præsidebat, ut eius exercitus, q̃ tum in superioribus ptibus erat, gratiam sibi consociaret, ipse quoq; necessitatem imperii Romani, quibus posset adiuuaret uiribus. Quæ sibi imposita forẽt, Tiberius per epistolam ,puincialibus & militibus insinuauit, idq; ab omnibus cũ lætitia susceptũ, fides promissa, effusus fauor. Vespasianum Cæsar suscipit: Inde Beritos, legationibus urbium cũ summo gaudio cõfluenti bus. Illic etiã Iosephus solui præceptus uinculis iussu imperatoris, adiuuit Titus ut frãgerentur potius, quàm soluerentur catenæ. Quod si frangerentur, ita esset quasi non fuisset ligatus. Placuit patri securim deferri, iussit frangi catenas, ut aduerterẽt Iudæi sibi quoq; ueniam nõ negãdam, si cõuerterẽtur & pacem rogarẽt: simul quia non alieno eũ arbitrio iam reseruabat, cũ ad se rerum omniũ delata arbitria forent.

Tiberius Alexander Pfes Aegypti.

Iosephus uinculo soluitur fractis potiꝰ q̃ solutis catenis.

Caput .XXIX.

VEntũ Antiochiam: ibi tractatu habito, unde oporteret ad Italiam transmittere: quia tuta in Aegypto, uel Alexandria omnia cõsiderauerat. Consultum celeritati. Dimittit itaq; Mutianũ cum parte multa equitũ, & exercitus pedestris, ut præueniret in Italiam aduentũ imperatoris. Is prolixæ nauigationis reuocatus fotmidine, per Cappadociã & Phrygiam iter direxit. Antoniũ quoq; præcepit præfectum tertio ordini militari, qui erat in Mysia, in imparatã se Italiã effundere, priusq; Vitelliani sese mouerent. Nam Vitellius quasi crapulatus, & somno demersus cõuiuii rẽgeri existimans nõ imperii, in tantis positus negociis dormiebat. Deniq; uix tãdem excitatus nuntio aduenientis Antonii, dirigit Cecinnam cũ exercitus parte, & periculi sui summam alieno arbitrio cõmittit, fretus Cecinnæ uiribus, q̃ Othonis manum fuderat: ille circa urbem Cremonẽsium Antonio occurrit aduenienti, explorat omnia, cognoscit prævalidam manũ è diuerso affore, strenuã bellis, exercitatam triũphis: se contra nec uiribus æquis, nec numero pares posse decernere aduersum ualidiores: cõuocatis centuri onibus, suadet bello desistere: q̃ eẽnt numero inferiores, & gloria ĩperatoris præponderaret, satis in bello ualere famã ducis rem summam gerentis: Vespasianum in Gallica nis partibus, & Britanniarum uictoriis emicuisse: Vespasianũ orientalibus succinctum adoreis, magno uti sui nominis præiudicio, Vitellium aũt nihil aliud nisi uino solutum, & inter cõuiuia pridianas semper ructantẽ epulas, nihil aliud expectare, nisi ut cum hostis aduenirẽt, ebrius pereat sine sensu doloris. Ex illo augeri militũ animos tanti gloria imperatoris, ex isto deiici per opprobria eius & turpitudines: cõsulendum ne prioris belli famam omitteret, licet uicerint Othonem Vitellio parem, aduersus eum nunc esse negocium, qui totũ orbem triumphis suis cinxerit: præueniẽdam gratia necessitatẽ, ut ciuẽ potius Vespasianum eligant, q̃ hostẽ experiantur. Miserum esse bello ciuili uincere, quãto miserius uinci, ut uidearis hostis tuorũ? Victori patria manet, uicto perit: aut si manet ad sceleris iuidiã manebit, ut uideamur ciuibus intulisse bellũ p tyrãno. Qui em̃ uincitur nõ iã ciuis, sed tyrãnus est. Quid cõserimus noxias manus? Semel satis sit sce leri uicisse, ut pudeat cui uicerimus. Putauimus uel ĩperiũ sobriũ fore, uel regẽ molibus expergefactũ, somno perpetuo renũtiare. Quid expectamus diutius? Pericula nostra ingrata sunt omnibus cõmilitonibus, omnibus populis iudicia nostra reprehẽsa, & cõdemnata propter electi flagitia. Qualis sit cõsiderate, qui etiã uictor repudiatus est. Cõsultandũ certe prius de belli euentu, & sic præliãdum: Si pericula præuenerint, fruſtra consules: ubi cõsiliũ placuerit, recte incipies, quod soliciti ducis esset: explorata sibi omnia, patuisse Vespasiani exercitum esse ualidiorẽ, fidem suam p Vitellio iamdudũ probatam, quãdo præsumsit de belli euẽtu, uictoriam sequutã quãdo diffidit: in promptu esse quid sit futurum. Neq; uero mortẽ suam sibi esse formidini, sed exercitus Romani periculũ: & quod plus dolet, uiris partæ iam dispendiũ laudis, ut uideãtur uicti, qui so lent uincere. Sibi certe cauendũ ne iudicẽt, & illud non fortituidinis, sed euentus fuisse qđ uicerit bello superiore, & istud ignauiæ quod uictus postea sit.

Miserũ est bello uincere.

Caput .XXX.

His atq; huiusmodi sermonibus adduxit in sententiam suam milites, ut secum ad Antonium pergerent uoluntarii, atq; ei se traderent: sed ut se habet uulgi maxime militaris mobilitas, compuncti sunt pleriq; per noctem in cubilibus suis, deserti ut Vitellii pœnitentia, ne si superior fieret, nullus sibi ueniæ locus supesset, qui imperatorem proprium dereliquissent. Et surgentes primo cum obuiis quibusq; de cum omnibus conferre cœperunt, quomodo erratum emendarent. Euaginatisq; gladiis insiluerunt super Cecinnam, uolentes ultum ire iniuriam suæ prolationis. Sed interuenientibus centurionibus & chiliarchis, à nece quidem eius temperandum rati, uinctum tamen Vitellio dirigere parabant. Quo cognito, Antonius mouit eos quos secum deduxerat, & armis super defectores irruit. At illi uiso agmine partis aduersæ, paraue runt se ad prælium, sed paulisper ausi resistere: ubi se conuertere, ut Cremonam confugerent, cum equitibus Antonius occurrit, atq; omes præuenit aditus: ne confugientes reciperent, clausosq; ante urbē iterfecit. Cæsa illic multitudo maxima, reliquos in ipsam urbem persecutus peremit. Direpta oia, plurimi negociatores ex aliis locis aduenientes, plurimi incolæ prædæ causa necati dum sua uendicant. Extincta triginta milia, & ducenti uiri qui aderant de exercitu Vitellii. Primusq; (id enim Antonio cognomentū erat) quatuor milia quingentos de Mysiacis militibus amisit: qm desperatiõe salutis ulcisci se uolentes Vitelliani, ubi circūuentos se uidere, haud incruētā & ipsis Antonianis uictoriā cessere. Solutus uinculis Cecinna, dirigit ad Vespasianū ab Antonio, ibiq; nõ solum salutis securitate, sed etiam pmioꝝ solutiõe cõsolatus est maculā proditionis.

Caput .XXXI.

Domitianus

CVius uictoriæ nuntio, elatus Sabinus, uolẽs & ipse cõmendationem sibi apud imperatorem parare, si præueniret aduenientem Antonium Vitellii, uel exitio, uel expulsione, aut si resisteret Vitellius, superueniretq; Antonius, qui iamiamq; affuturus audiebat, congregat sibi militarem manū, ex his ordinibus qui Romæ positi curabant munia uigiliaꝝ, occupat nocte & Capitolium: plurimi ad eum nobilium per diem confluxere, inter quos etiam Domitianus Vespasiani Germano editus, q metuens ne in se, quasi in Vespasiani nepotē, Vitelliana ultio deriuaret, inter duos positus Vitellios, propiorem adorit, minus solicitus de remotiore (Plus enim propiora terrent pericula) Indignatusq; immittit Germanos in Capitolium, qui præferoces immanitate gentis, simul numero ualidiores, circūuenerunt rebellatricem Sabini cateruam: interfecti propè omnes, Domitianus tñ cum plerisq; nobilium, dum Germani ad superiora Capitolii nituntur, & à Sabino eiusq; sociis loci pellunt, suffragio fugiendi locū reperit, aut forte, quia & ipse malo publico reseruabat tyrannus futurus, Sabinum Vitellius excruciatum necat, diripiunt oia munera oblata Capitolio, templumq; incendit.

Caput .XXXII.

Sabinus necatur.

POst diem Antonius adest, è diuerso occurrit, trino circa urbis mœnia congressu habito, fusi cæsiq; omnes Vitelliani: interea Vitellius epulabat, ne amitteret morituru prandium, & redundantioribus (ut in extremis solet) mensæ sibi ultimæ dapibus referciebat. Obruebat se uini poculis frequentioribus, ut sensum amitteret futuri uel opprobrii, uel periculi: rapit è conuiuio, trahit per multitudinem, insultant, morituro inferunt iniuriæ, quas ebrius non sentiebat. In media perimit urbe, uina simul & sanguinem fundens & eructans crapulam, qui si diutius uixisset, luxuriæ sumptibus, & pretio mensaꝝ Romani imperii opes abligurisset. Deniq; octo mensibus & quinq; diebus imperitauit. Et iam Roma edacitate eius defecerat. Numerata sunt alia cæsorum supra quinquaginta milia.

Caput .XXXIII.

SEquenti autem die Mutianus & Antonius cum exercitu pariter ingressi, uix finem necandi furentibus militibus imposuere, eo qd præsumptores constituendi imperii Vitellianos psequebant, & explorabant priuatoꝝ domos, tãta perciti indignatione, ut cum de populo aliquos metu latentes inuestigassent, prius quasi Vitellianos ferirent, quàm cognitio ueritatem manifestaret, ut sæpius uincentium furor interrogationem præueniret, Et quia absens erat Vespasianus, quasi ad interregni uicem Domiti

Domitianum publicis Mutianus præfecit negociis, ne quid eius deesset rebus secundis. Nondum tamen Domitiano se penitus infuderat libido flagitioꝝ, rudis erat adhuc uitiis, & tyro criminibus ut potentatibus. Vespasianus hyeme retentus, atque intercluso uentis mari, cum filio Alexandriam rediit: illic uictoriæ nuntio plebisq; Romanæ comperto in se fauore, profectionem maturandam constituit, ne quid absente se nouaret: nec tamen incuratum Iudææ bellum reliquit, quod filio, quasi consorti suoꝝ opeꝝ ac successori, committendum putauit: ut neq; Romanis ipse deesset, neq; Iudæis Vespasianus, quem filius representaret. Executor igit paterni electus triumphi, cum electa manu dirigit. Titus pedes egredit. Nicopolim petiit: Abest ea ciuitas ab Alexandria uigintiquatuor stadiis: inde militibus classi nauium maioꝝ impositis, Nilo decurrit usque ad urbem Thoni. Vnde progressus habitauit in ciuitate, cui nomen Thamna. Secūda mansio uiātibus ciuitas Heraclea, tertia Pelusiū, duobus diebus statiuoꝝ gratia Pelusii transactis, p desertū agēs iter, peruenit usq; ad Casii louis templū: successit ei Ostracine māsio, aqua locus indigens, tñ diligētia incolæ sibi subsidiū cõparauerant, ut instituerent ductus aquaꝝ: Exceperunt etiam Rhinocoluri exercitum progredientem, non sine grata refectione. Occurrit urbs Raphæa, quæ ciuitas Syriæ principium est, ex Aegypto commeantibus. Ventum est Gazam, ea erat quinta ciuitas aduenientibus. Inde in Ascalonem, deinde Iamniam, ex qua transitum in Ioppen, peruentum in Cæsaream: ubi ne cesse erat paulisper morari, congregare quoque militum manum, quæ adhuc in hybernis agebat, & iam hyemis asperitas deficiebat.

Belli Iudaici lib. 3. ca. 14. apũd Iosephũ eadem

Caput .I.

ANNO PRIMO DELATI IMPERII Vespasiano, bellis asperis Iudæa & seditionibus domesticis lacerabat, nec per hyemem inducias malorum egerat, quando solent belloꝝ requiescere sæua: quinetiam tertius ei tyrannus Eleazarus accesserat, quasi emēdaturus uitia superioꝝ, q cõiurātibus secū Iuda, & Zenonis Simone & Ezechia non ignobili iuuene, quos plurimi alii comitabant, & occupatis templi interioribus & circuitu omni, supra fores in uestibuli ipsius fronte, arma constituere. Iohannes tamen conspirantium numero præstabat, & factionis multitudine, sed loco inferior: quamuis nequaquam feriaret, sed repugnaret superioribus, grauabatur tamen quod supra uerticem haberet hostes. Simon uero, quem sibi tyrannum populus introduxerat superiora urbis, tenebat: inferiora qnoq; populo ipsius replebãtur. Trino prælio laborabat intra se ciuitas, nulla intermissio, nulla requies, nullæ inducię, momentis omnibus dimicabat. Multi ruebant, innumeri iugulabant, manabat sanguis, fœdabat uniuersa, ipsa replebat templi limina, passim ruebant cadauera: sagittis, alii: alii missilibus feriebantur. Inter illos medius erat Iohannes inferior Eleazaro, superior Simone: quo superabat ab Eleazaro, eo ipso superabat Simonem: medius eñ inter utrunq; eum locum tenebat, ut quo plus grauaretur ab altero, & ipe plus noceret alteri: instructior tamen cæteris, subsidiis machinaꝝ & genere telorum bellum æquabat: ita tamen, ut præter eos qui bellum mouerent, plerisq; etiam sacerdotum interficerent: atq; inter ipsas, quas mactauerant, hostias immolarent: quamuis enim frequens super uniuersos rueret telorum seges, & ubiq; ferueret prælia, tamen sacerdotes sacrificandi ministeriū solenniter obibant, nec feriabant commisso sibi munere, & quo in interioribus erant templi, eo grauius perimebantur: quia tormento acta uehementiores ictus habebant. Plerisq; etiam qui de ultimo orbe precatum uenerant, sperantes remedia salutis, quo magis templo inhæserant, eo maioribus periculis inuoluebant. Cerneres

Eleazarꝰ tertiꝰ tyrannus.

exteknos cum ciuibus, sacerdotes simul & profanos iacere, graues cum turpibus, luxuriosos cum abstinentibus, confusoq; omnium promiscue sanguine, & quasi profluuio decurrente, interiores ipsos stagnare secessus templi: in circuitu omnia cruore tumescente, ut plericq; dum inuicem propugnatores partium petunt, lubrico offensi, quassati furore in sanguine demergerẽtur: nec sic tamen periculis territi abstinebant prælio tyrannorum satellites: & quo maius periculum, eo amplius desæuiebat tempestas furoris. Si iis grauius incubuerat exitium, alii quasi uictoriam uehementius inuitabantur, ut turbatos deferrent. Et Eleazaro quidem uel Simoni cedendi potestas erat, ut quasi quibusdam uel horarum se reparent induciis: Iohannes uero semper in procinctu momentis omnibus in certamine: si superiores quieuerant, urgebant inferiores ex parte Simonis: si hos perturbauerant, Eleazarus infestabat: nec ipse tamen illos quietos esse patiebatur, ubi alios depulerat, in alios prosiliebat: peruigil in certamine, & ipsa impiger crudelitate, ubi parcebant telis, ignes iaculabantur, qui comprehensis tectorum fastigiis depascebantur domos, quæ refertæ frugibus cæterisq; subsidiis alimentorum, ad belli tolerantiam prolixioris, pariter exurebantur: maioraq; pabula incendio dabantur, ruebant ambusta materiarum, deuoluebantur sublimium ædificiorum culmina. Ita sanguine, incendio, ruina, fame, totius urbis nerui succidebantur. Nullus locus periculo uacabat, nullũ consilio tempus reperiebatur, nulla spes conuersionis, nulla fugiendi copia erat. Mœsta omnia, plena horroris, plena immanitatis, ubiq; luctus, ubiq; pauor, ubiq; clamor mulierum, eiulatus senũm, morientium gemitus, uiuentium desperatio, ut miserabiles eos diceres qui remanserant: beatos qui obierant.

Caput .II.

Alloquit̃ autor pp̃m Iudaicum.

QVomodo decepta es ciuitas populis tuis, quibus quondam uidebaris beata? Quomodo expugnata es tuis armis, atq; in te conuersæ manus tuæ sunt, quæ solebas sine armis uincere, & sine ullo prælio hostem ferire, cum pro te angeli dimicarent, & militarent tibi fluctus maris, terræ hyatus, cœli fragores? Exurge nunc Moses, & uide gentem tuam, & hæreditatem populi tibi crediti, perire manibus suis. Aspice populum illum dei, cui puium gradienti mare patebat, cui esuriẽti escas cœlum subministrabat, sine mari clausum, sine Pharaone obsessum, sine terræ sterilitate iciunum. Exurge Aaron, qui aliquando cũ ppter offensam dei omnipotentis mors plurimos populi depascereť, stetisti inter uiuentes ac mortuos, & mors stetit, atq; obiectu corporis tui hæsit lues, nec transire potuit ad cõtagionem uiuentiũ. Suscitare & tu Iesu Naue, qui muros inexpugnabiles Hiericho sacerdotibus tuba canentibus cõplanasti, et uide populũ cui exteros subiecisti, nũc eundẽ subiectum opprimi. Suscitare Dauid, exasperantẽ spm̃ citharæ suauitate solitus excludere, & uide quemadmodũ domineť furor, atq; omnem suauitatem psalmor̃ tuor̃ ex perditor̃ sensibus absoluerit, & unusquisq; de principibus populũ uniuersum ad mortem offerat, ut libertatem extoqueat p quo te ip̃m morti offerebas. Suscitare Elisee, qui hostem introduxisti in Samariam, & amicũ fecisti: per te in castris Syriæ quadrigar̃ increpuit fragor, & uox equitũ & uox uirtutis: fugit hostis, euasit obsidionẽ Iudæus. Vbi nunc ista merita, ubi nũc istæ operatiões sanctor̃? Nec mir̃ si amiserũt pphetar̃ opa, qui negauerunt pphetar̃ arbitrũ; ideoq; in te Iudæa arma uertunt tua: & orões tuæ nihil tibi pſunt, quia fides tua nihil operať: ideo aduersum te factus est populus tuus, quia in te conuersa est pfidia tua: Quod remediũ quæriť, ubi autor remedii non recõciliať? Quid putabas futur̃, cũ tuis manibus saluatorẽ tuũ crucifigeres? cũ tuis manibus uitã tuã extingueres? cũ tuis uocibus aduocatũ tuũ exterminares? tuis infestatiõibus auxiliatorẽ tuũ interficeres? Nisi ut in te quoq; tuas iniiceres manus, habes qđ petisti, eripuisti tibi pſulem pacis, petisti necari uitæ arbitrũ, cõcedi tibi Barrabam, qui propter seditionẽ factam in ciuitate, & homicidiũ missus fuerat in carcerẽ. Ideo salus abs te recessit, pax abiit, quies destitit, data ẽ tibi seditio, datũ excidiũ: agnosce tibi hodie Barrabam uiuere, Iesum mortuũ. Ideo in te regnat seditio, pax sepulta est, ut crudelius à tuis pereas, q̃ si ab alienis perires. Quid tũ tibi miserabilis ciuitas, Romanus suis armis, quantũ populus tuus malor̃ inuexit? Vt cũ Romanis pugnares tui fecerunt, pacẽ uolebant Romani, tu bellũ indixisti, Quid causæ erat ut

Moses

Aaron

Iesus Naue

Dauid

Elisæus

Barrabas

Iesus

erat ut fortiores lacesseres? Dur̃ sanè q̃ cõtra legem sacram templum gentilis intrauit: sed iam non eras dei templũ, non eras dei ciuitas, nec esse poteras, quia eras mortuor̃ sepulchrũ, & præsertim tuor̃ quos ipa occideras, non quos ab hoste amiseras. Quõ em̃ uitæ esse domiciliũ poteras, quæ eras mortis habitaculum, diuersoriũ sceler̃, latronum spelæum? lacuerunt in te Ananus & Iesus insepulti sacerdotũ principes, & illi dudum sacerdotalibus amicti stolis: qui ueneratioñ etiam exteris fuerant, deformi iacuerunt cadauere, escæ uolatiliũ, & deuoratio canũ, mẽbra laceri, tota dispersi urbe, ut deplorare ueteris sanctitatis species uidereť, tantã sacri nois cõtumeliam, & speciosi quondam muneris deformitatẽ: sed ipa tibi huius idignitatis exordiũ feciſti, quæ ī medio sinu tuo occidebas prophetas, quæ lapidabas sanctos dñi. Ante tẽplũ iacuit Zacharias exanimis, iacuit inhumatus: hic ergo sanguis illum lauat. Quæ causa aũt mortis Anano, nisi q̃ increpauit populũ tuũ, q̃ nõ insurgeret pro tẽpli defensione, quia expostulabat libertatem proditam, uirtutẽ desertam, calcatas uteter̃ sacror̃ reliquias, cõmaculata altaria: relinquẽdum asserebat populum usu simulacror̃ insensibiliũ, & statuar̃ de marmore, nihil iam sentientẽ. Multa em̃ animalia referre solent, uel uindictæ uicissitudinẽ, sentire iniuriam, incitari aculeo, declinare uerbera: q̃ ergo nec excitať, nec declinare nouit, qđ noceat, similis est nõ sentientibus. Et reuera ubi ẽ libertas illa tua, cuius studio quõdam nõ Aegyptiis, nõ Palæstinis, nõ Assyriis, postea nõ Medis cedendũ æstimauisti? Vbi est illa Machabæor̃ fides, quæ quondam in paucis fudit Babylonios, Persas fugauit, Demetriũ proculit: ad postremũ in paruulis & mulieribus Antiochi arma, gladios, incendia q̃ superauit: & pro obseruatiõe patriæ mori maluit, q̃ regis imperiis obtẽperare? Vbi est illa deuotio patrũ pulcherrima passionũ oĩm, qua se nõ p liberis, nõ pro cõiugibus magis, q̃ pro tẽplo dei morti offerebant? Ante & uirga Aaron sacerdotalis floruit, recisa de sylue stri radice: nunc & fides aret, & sepulta est pietas, & abiit oĩs uirtutis æmulatio. Nec mir̃ si populus qui à deo recessit, & improbũ contradictiõis spm̃ sequiť, in seip̃m diuisus est. Quõ em̃ pacẽ suam tenere poterat, q̃ pacẽ dei repudiauit? Pax dei Christus est, q̃ fecit utraq; unũ. Merito ergo ex uno populo plures aduersus se facti sunt, quia noluerunt sequi diuisa cõsociantẽ Iesum, sed secuti sunt cõiuncta diuidentẽ furoris spm̃. Solebas igiť Hierusalẽ mercedẽ perfidiæ tuæ, cũ ipa tuis manibus destrueres munimina tua, cũ tuis mucronibus foderes uiscera tua: ita ut hostis misereretur, & tu occideres: ut ille parceret, & tu sæuires. Videbat em̃ qđ deus aduersum te pugnaret, & Romanor̃ partibus fungeret, ut ipa tibi inferres uoluntariam proditionẽ. Et ideo spectatores malebant esse Romani q̃ percussores, ne feruẽtibus tuis inter se uiscerib̃, manũ admouere contagionis magis q̃ fortitudinis æstimarenť. Ad hæc nefandæ cædis supplicia, accedebat impiæ immanitas crudelitatis, ut sepulturã oĩbus q nel in tẽplo necati fuerant, uel circa urbis plateas negarẽt, nec humare cuiq̃ uacabat, dũ bello inter se occuparenť, feriendiq; magis q̃ humandi cura uniuersos tenebat. Ita quodam furore occiderant pietatis officia, crudescebant impietatis ministeria, nihilq; magis in tantis calamitatibus perierat, q̃ misericordia, quæ sola solet alleuare miserias, solare ærũnas. Nam & hi qui amiserant suos, nõ audebãt humare propter formidinem, cum grauis terror ingrueret, & à diuersæ factionis principibus; & hi qui necauerant alienos, cauebant ne quis illos præriperet ad sepulturam. Itaq; necesse erat omnes timere, ne quod alteri donare uellent, id sibi sumerent: uel quod peius est, quem parauerant aliis usum sepulchri, eum ipsi non impetrarent. In templo igiť ipso pro unguentis bene olentibus, pro Thymiateriis bene spirantibus, pro diuersorum florum odoribus, grauis erat insepultorum cadauerum fœtor, quos pluuia dissoluerat, quos flamma combusserat, quos sol calefecerat, oĩes artus cæsor̃ ciuium diro odore fœtebant: hinc resolutor̃ putredo uiscerum, inde exustor̃ nidor, sensus omnes atq; ora complebant uiuentium, ut ipsi nõ multo post grauiore morbo cõsumerent, ac se supstites ingemiscerẽt, quo duriore pœna perirẽt: eoq; seruatos, ut uiderent cum patria simul soluí etiam leges naturæ, negari ius uiuentibus, pacem ciuibus, sepulturam defunctis, humana pariter atque diuina maculari, ac pollui, permixta omnia, criminosam esse misericordiam, religionis loco haberi crudelitatem. Castrum in templo, bellum in limine, funus in altaribus: ea se spectare oculis, quæ prophetis de-

Ananus

Zacharias

Quarũdam aialiũ natura

Machabæorum fides

Fides aret, pietas sepultaẽ, & abiit oĩs uirtutis æmulatio

Leges naturæ soluuntur

nũtiantibus non credidiſſent,futura. Nõne de ipſis dixerat Dauid? Polluerũt templũ ſanctum tuum,poſuerunt morticina ſeruorũ tuorũ eſcam uolatilibus cœli: Effuderũt ſanguinem eorũ uelut aquam in circuitu Hieruſalem,& nõ erat qui ſepeliret: Simul eñ tunc & gẽtes uenerũt in hæreditatẽ dei quæ auferrẽt omnia, & templũ pollutũ eſt ſuorum funeribus,& inſepulta iacuerũt cadauera interfectorũ,ad eſcam auiũ beſtiarũq; uoracitatẽ, effuſus ſanguis ut ſtagnaret in templo,deeſſet qui ſepeliret: quia à uiuentibus in mortuos, à mortuis in eos qui adhuc uiuerẽt furor trãſferebatur, Volebat aliquis defunctum humare ipſe extinguebatur: Et qui defunctũ occiderat, in ſepultorẽ tranſferebat iracundiam:ut illi ſepulturam negaret, hunc extinguebat: rurſus qui ſepultorem occiderat,maiorem crudelitatem circa defunctum exercebat,ut iam nihil debentem odio,nõ ſentiẽtem ſupplicia,ſpoliaret ſupremo naturæ debito. Quid illis aliud accidere poterat,qui diuina nõ recipiebant oracula? Irridebant prophetarũ annũciatiões, faſ omne calcabant,nõ credebant futura: quæ ut fierẽt ipſi accelerauerunt. Erat eñ ſermo uetus & frequens,tunc perituram urbem Hieruſalẽ,& ſancta eius exurenda, cũ ſeditio belli legem inceſſeret,& domeſticæ manus templũ dei cõtaminarẽt: ſed ne hoc quidẽ intellexerunt. Quotiens eñ exciſa domus dei,quotiens ſeditio,quotiens obſidio,quotiens bellũ,& nũq; illa urbs periit? niſi quãdo uerũ templũ dei, domeſticis manibus cruCriſti corpꝰ tẽplũ uocatur. cifixerunt. Et quod illud templũ? Audiant: Soluite templũ hoc, & in triduo reſuſcitabo illud. Quid eñ aliud niſi ſacrilegiũ fuit, cũ impias manus extẽderent in autorem ſalutis,cũ lapidarent,cũ uerberarẽt,cũ corriperẽt,cum occiderent? Tunc uere ſancta eorum abſumpſit ignis diuinus: nam & exuſta à Babyloniis,reparata: poſtea (deſtructa a Pompeio) reſeruata iterum:ſed penitus exuſta,ubi Ieſus uenit & ſpiritus diuino calore ſoluta euanuerunt. Oportuit huberiore quadam deploratione præire nos funus quExordia obſidionis Hieruſalem. dam paternæ ſolennitatis,& uelut exequias quaſdam proſequi,ac ſoluere iuxta maiorũ inſtituta:ſed ueniamus ad exordium obſidionis Hieruſalem.

Caput .III.

RUerterat in Iudæam Titus: & paucis diebus interpoſitis ut replerentur ordines militarium numerorũ,de quibus lecta manus miſſa fuerat in Italiam,bellũ adolebat feſtinans comitari patrẽ,ne in pericula ſolũ dimitteret,aduerſus Vitelliana arma cõflicturum. Mouit itaq; iter magno decore exercitus,ſolicitudo ubiq; & parato agmine ſuſpectans inſidias,quia uirtute ſe ſuperiorẽ uidebat. Venit per Samariæ loca,ſuſcepit eũ Goſna,quæ ad Romanos iamdudũ cõceſſerat: uentũ in Aulanam, unde aberat Hieroſolyma ſtadiis .XXX. nihil amplius. Inde aſſumptis eqtibus numero ſexTitus parat ſe obſidioni. centis perexit equitatũ ante urbem:exploratũ quoq; loci ſitum,munimẽtorum qualitatem,murorũ altitudinem,ſtudia plebis quæ ferebatur latronum armis premi, & factionum ſtipamine circũueniri:ut inuita acquieſceret obſidioni,quo minus uoluntatẽ ſuã erga Romanos proderet, ſi libertas daretur. Specioſe igitẽ cũ paucis eqtabat in aggere publico,qui ad muros urbis dirigebatur, nec quiſq; eſt uiſus progredi. Verũ ubi adLocus cõtra Helenæ ſepulchrum. obeundum muroꝝ circuitũ flexit equũ in latus,cum cætera turba ducem ſequereꝫ,erupere ſubito pleriq; de loco qui appellabatur cõtra Helenæ ſepulchrũ,& exilientes occupauerunt iter,ut intercluderent maioꝝ equitũ partem, quæ Titum ſe quebatur ipſe cũ paucis præterierat cõſultò inſidiantiũ, ut deſtitutus à cæteris facilius opprimereꝫ: quia neq; ad ſuos regredi facile erat,propter inſtantẽ hoſtium multitudinẽ: neq; ꝓgredi ulterius foſſa aut uallum ſinebant,cæteraq; locoꝝ impedimẽta quibus anceps periculũ inferebatur.

Caput .IIII.

Circũcinctꝰ Titus in magno uerſat diſcrimine. VIdens itaque Titus in uirtute ſua poſitũ ſibi remediũ ſalutis, nec aliter niſi ferro iter aperiẽdũ: Iam eñ alii reflexis equis diſceſſerant, dũ & ipſi ꝺperatoris filium ſecuturum ſperarent, conuertit equum, hortatuſq; que clamore cæteros, ut ſequerentur, & ſupra hoſtem irruit: impoſſibile hoc uidetur, quomodo potuerit euadere,niſi notum eſſet in bello plurimum audaciam poſſe, quæ uel ſola ſibiAudacia in bello murus eſt. murus eſt. Deinde quia aliiſponè ſequentibus, uile uulgus ſibi magis in periculo conſulendum putabat,quàm hoſtem perſequẽdum: at ſi qui manum extenderat, ut equũ teneret,feriebatur, Denique duo tantum ex Titi ſociis interfecti, cum reliquis imperatoris

peratoris filius ad ſuos reuertit:Neq; ſane dubitandum uideꝫ,quod intecto capite,nudus cætera:utpote qui in excurſu proceſſerat,non ad bellum paratus,nec galeam,nec loricam induerat,eo nihil exceperit uulneris, cum maxime in ipſum tela iacerenẽ, quod ad excidium urbis illius uir tantus reſeruareꝫ. Eſt profecto cor regis in manu dei. Itaq; Cor regis in manu dei ne creſceret audacia Iudæis euentu fraudis & doli,profectus ad urbem cũ exercitu poſt noctem redit, & de ſpecula quadam, unde ciuitas proſpectareꝫ, & templi magnitudo ampliſſima,demonſtrat ſuis,cum qua urbe ſibi bellum foret, impigros & cautiores eſſe oportere,quod innumerabilis ſibi populus expugnandus foret,et fraudi paratus.Ordinat qui muris ordines appropiquarẽt, & quos adhuc feſſos nocturno itinere cognouerat,quaſi ſuccenturiatos eminus locat. Paulatim procediẽ. Vbi uentum ad montem Mõs oliueti. Cedron uall. Olíueti,uallis ſub ipſo media inter eũ atq; urbẽ interiacebat,cui nomẽ Cedron:ubi cõſtitutum exercitum,de muris aſpicientes (nam ſex ſtadiis aberat) ſeditionis ad tempus ſtudia depoſuere,& externis hoſtibus aduenientibus,domeſtico fœdere ſequeſtrata ciuilium bellorũ certamina. Plerunq; enim etiam acerba odia metus comprimit. Deniq; Metus plerũq; acerba cõprimit odia. cohortati ſeſe inuicem factionum uiri, ut in unum conſpirantibus ſtudiis patriam defenſarent,ne eoꝝ diſcordia incruentam Romanis uictoriam daret,freti numero, hoſtẽ ſubito adoriendum putarunt,& improuiſa eruptiõe primos turbauere. Sed ubi ſe Romani ipſo uſu ueteri,& diuerſoꝝ generum præliis exercitati, confirmauere animis ordine ſuo nexi, cædere incurſantes cœperũt,ſcutis repellere,proturbare iactu telorum, haudquaq; tñ ſine communi exitio. Et propè iam incubuerant Iudæi, & nutabat acies Romana,niſi cognitis rebus adueniſſet Titus,& occurrens aduerſariis,confirmans ſuos reparaſſet præliũ,& erexiſſet animos militum;increpans Romanas acies, confuſæ multitudini non ſine maximæ ignauiæ probro uictoriam cedere. Repulſiſq; Iudæis,qui etiam in ualle diuiſos inſectabanẽ,ad ſuos ſe uictor recepit, ſecuruſq; ſuffragii,quod locꝰ ſuperioris aduerſum inferiores ſi tentarent congredi,ſubſidia dabat,ad aliam partem ſe Romanus exercitus conuertit. Diſcedente Cæſare infundunt ſe de muris Iudæi,& ingẽti agmine ſuper hoſtem irruunt: ita ut innumeræ concurſu multitudinis milites fugerent,ac ſeſe ad montium conferrent ſuperiora,nudato latere,etiam cæteri qui prælium mallent fugere. Interea Cæſar in medio populi ſitus, orantibus pleriſq;, ne ſe piculis daret,atq; exercitu diſperſo ſummam periculi ſolus ſubiret: cum dñs eſſet orbis terrarũ Titꝰ militiæ decus ſaluti præpoſuit. (nõ enim ut antè uice militis pugnaret, ſed imperatoris,in cuius periculo pnicies eſſet uniuerſoꝝ) nõ acquieuit,ſed militiæ decus ꝓponẽs ſaluti, apud quẽ glorioſa mors uitæ opprobrio ꝓponderaret,aduerſum pectus hoſtibus refert,territiſq; quos aduerſum ierat,in alios ſeſe retorquet. Sola eñ ſpe ſui, & nimis notæ atq; alacris fortitudinis gloria,perturbat hoſtẽ. Cedebant itaq; quos acceſſerat,ſed ex aliis partibus Iudæi magis magiſq; infundebanẽ: ac penè cõcluſerant Titũ, niſi quia pleriq; militum uidẽtes in medio belli uerſari Cæſarẽ, cõclamauerunt cæteris ſignificantes,imperatoris filium periculis Titus pene cõcluſus erat. nõ relinquendum. Sic uniuerſos reuocauit pudor,atq; armauit metus, ne deſerti Cæſaris ignominia inurereneꝫ. Conuerſiq; in Iudæos, niſu oñi ac uirtute,incõditam multitudinem in ualle urgebant, nec difficile fuit aſcendẽtes relabi. Sic Titus fugientem numerum militarem,bis reuocauit à fuga, periculoq; pariter exuit & opprobrio, uirtute pari uſus, & ad poſtremũ pudore. Qui dum ignauiam declinat,uirtutem inuexit. Primum ne Cæſar relinqueret:poſt etiam ut hoſtis repelleret.

Caput .V.

POſt hæc ubi forenſe prælium pauliſper quieuit,internum ſucceſſit. Nãq; paſchalis interuentu celebritatis,ſubornatis pleriſq; Iohannes, quaſi obſeruatiõis gratia templum cum adirent,& tanq; ſociis data ingrediendi copia,dolum patrauit. Ingreſſi enim ſpecie ciuili,ſed interius armati,reiectis exuuiis gladios attollũt loricato pectore,& præliari accincti munimine. Quo terrore perculſi,qui intra templũ inermes celebritati uacabant exilierunt, templumq; uacuum dereliquerunt. Eos illis ſecutis,& quos potuerunt comprehendere iugulantibus,alios ultra templi circuitum perſequẽtibus,irrumpendi Iohanni ſociiſq; eius occaſio data. Cæſi illic multi mortales,ita ut etiã qui nõ reſtiterant,affictis cauſis aliquibus iugularenẽ; nec trãquillitas quietis proderat, nec filẽ-

Forenſi ſtilo ſuccedit iteranum.

Dolus Iohãnis.

nec silentium tacitis, nec cedentibus patientia. Comprehensisq; interioribus templi, etiam Simonem inquietabat Iohannes in secundariũ locum, Eleazaro cæterisq; principibus factionis tertiæ sibi subrogatis.

Tit⁹ tertio in hostẽ ꝓgreditur.

Caput .VI.

TErtio quoq; Titus progredit̃ in hostem, atq; exercitum ꝓducit. Adueniensq; offendit stipatam ludæor̃ ante urbem multitudinem, specie uolentium se Romanis tradere, sed quasi reformidantiũ. Suspicatus dolum, & maxime qm̃ proxime conspiratos inter se, & pertinaces uiderat: non arbitratus credibile subito mutatos, admonuit milites fraudẽ cauendam, nec temere nisi secundũ præceptũ suũ, conferto agmine muris appropinquandum: nec à tergo illi, qui urbem egressi fuerant, circũfunderent̃. Subito de ciuitate increpuit sonus, & quædam seditio dementer resultauit: alior̃ egressionem uoluntariã simulantium, alior̃ etiam resistentium, ꝙ illi aperiri sibi portas poscerent, hi clausas seruari iuberent: alii bellum, alii pacem optarent. Militũ uulgus ad subueniendum his, qui subueniri sibi de muris postulauissent proripit sese, egre diunẽ plerisq; ꝓruptim sine ordine, sine ullo mõ, tanq̃ occursuri adueniẽtibus, atq; auxilium laturi, ut propiore remedio pluribus erumpendi confidentia tribuereẽ, uel resistẽtibus metus, aut inter reluctantes erumpendi sibi copia. Quibus se à tergo circũfundere cœperunt qui foris stabant, urgere circũuẽtos: illi quasi ad mur̃ cõfugere, nihil suspectantes ab his, qui pacem prætenderẽt. Inde quoq; saxa & tela iniici, & subito ficta pax in prælium uersa est. Vnde conciti in hostes recurrunt, qui & si circũuenire tentauerant progressus militum Romanor̃, tamen metuebant & ipsi, ne ab omni exercitu circũuenirent̃. Itaq; dum uniuersos cauent: hos plurimis licet uulneribus impressis, & ipsi maiore ex parte sautii, ꝓpè de manibus amisere, quos iam captos putabant. Secuti tamen usq; ad Helenæ sepulchrum, sicut moris est, insultantibus clypeis concrepabant, illudẽtes Romanis, ꝙ eos iam secundo insidiis circũuenissent.

Insultãtibus clypeis concrepare.

Orõ Titi ad suos.

Caput .VII.

CAesar commotior regredientes miscerí cæteris uetat, & concionem aduocat, dicens: Magna cum sit uirtus Romana, præstans uniuersar̃ gentium populis: maxime tamen ea præcellit dispositionis ordine, & præceptor̃ obedientia: ea est enim disciplinæ militaris custodia: Nec mir̃ si Iudæi dolos intexant, fraudes struãt, qui se iudicent impares fortitudine. Sed ut inferior̃ est niti insidiis, sic fortiorum cauere ne uirtuti illudat dolus. Mirari itaq; se, quod illi in desperatione sibi congruant: Romanis non conueniat in melior̃ processu, eoq; fieri ut illis effectus fraudis in uado sit, nobis uirtutis conatus in ambiguo. Quod si ualidior esset fortitudo hostium q̃ fraus, superari minus flagitiosum. A paribus enim aut fortioribus uinci, opprobrio uacat. Cum uero nihil in nobis offendat, nisi sola pugnandi immoderatio, & ꝓpria quædam manuũ intemperantia, quid nequius potest esse q̃ præsente Cæsare disciplinam repudiari militiæ? Multum arbitror ipsas ingemiscere militiæ leges, tantæ dissolutionis flagitio: multũ imperatorem, cũ hæc compererit, qui semper audiri se à milite suo, quàm timeri ab hoste maluit. Obedientia enim militis effectum ꝓperat, metus hostium differt uictoriam. Quid iudicatur̃ de filio patrem putatis, cuius tam uile imperiũ sit apud exercitum? Pronuntiat̃ enim de duce, cuius præceptum dissoluit̃, nec dubium quod sæpius uindicatum sit in eos, qui contra imperium in hostem pugnauerint, quàm in eos qui secundum imperium ꝓgressi, uirtuti cesserint. Nam legibus egredienti ordinem, ꝓscripta mors est. Quid igit̃ futur̃, ubi non unus sed passim exercitus relinquit ordinẽ suum, & statutũ ducis neglígit? Cognoscite uos milites esse Romani imperii, plebis, senatus, apud quos sine præcepti autoritate, & uicisse crimen est. Huiusmodi oratiõe perterruit non solum præpositos militũ, sed etiam uniuersum exercitum. Nam cũ ipsos principes ordinũ acrius peteret, uidebat̃ in omes uidicaturus. Circũfusi itaq; omes rogabant, ut paucor̃ culpa, qui primi destiterant, uniuersis concederet̃. Et si non fuit ꝓpe rus ad delicti gratiam Cæsar, fuit tamen exorabilis ad indulgentiam. Concessit cũ summo pondere dicens, donare se omibus, satisq; in uniuersos uindicatũ inuectionis autoritate, eo quod animaduersio in singulos usq; ad factũ ꝓcedere debeat, in multitudinem

Obedientia militis effectũ ꝓperat.

uerbotenus: illam usq; ad pœnam, istam usq; ad correptionem. Sæpe enim bonis exercitibus præliares lapsus, futuræ uirtutis causas dedisse.

Caput .VIII.

POst hæc Titus in hostem iram cõuertit, & considerans inter tot ꝓcipitia, tot prærupta periculosam obsidionem: cum repentinis eruptionibus præuenti, nõ haberent milites quo referrent gradum, unde se in hostem proriperent: ubi machinas constituerent, iubet repleri ante urbem præcipitia: quæ cum fierent, nec sic quidem Iudæi exortes erant præsentium periculor̃. Affligebant̃ domestico prælio, cum Romani in replendis præcipitiis occuparent̃, nec exigua manus partis utriusq;, decem milia cum Simone erant, & quinquaginta eor̃ duces: Idumæi quoq; ad quinq; milia Simonis partibus astipulabant̃, q̃bus præerat Iacobus & Simon iunior. Iohannes autem in interioribus templi (ea fraude qua supra diximus) occupatis, sed milibus armator̃ stipatus, bellum accendebat. Adiuncta sunt ei etiam duo milia, cũ aliis quadringentis uiris: posteaq̃ coire cœpere, studiis concinentibus ad urbis defensionem, Eleazaro & Simone Arim, q̃bus & ante utebant̃, rectoribus. Quibus certantibus inter se, præda erat in medio populus eor̃ qui uicerant, & quasi præmiũ certaminis, huc atq; illuc ꝓ euentu uario transferebat̃. Paulisper inter se cõuenerant more induciar̃, & ad primũ Romanor̃ impetũ expergefacti, in ueterẽ morbum febris internæ ægris uisceribus recidebant: ubi remissior erat exterior̃ morbor̃ accessio, foris erat plerũq; bellum, intus seditio, eo iam grauior, quia & ipsa seditio bello alebat̃, & bellum alebat. Duo de potentia certabant, populus inter utrunq;, non de seruitute anxius erat, sed ne ad dñm deteriorem peruenirent.

Iohãnes rus sum bellũ accendit.

Caput .IX.

VRbem Hierosolymam Chananæorum quidam potens condidit, qui patrio sermone uocaret̃ rex iustus, quam primo Solymam nuncupauit: postea tem plum addidit, unde Hierosolyma dicta ciuitas est. Ea à principio suos incolas habuit de gẽte Chananæor̃. Dauid primus uir Hebræus Chananæos expulit, cõstituit suos, q in ea domũ sibi regiam fecit. Voluit & tẽplũ deo cõdere, sed prohibitus oraculo, Solomonẽ hæredẽ reliqt, qui templũ, qd ipse uoluerat, ædificaret. Solomõ itaq; tẽplũ fundauit, reliqui quoq; reges, ad ornatũ urbis addidere plurima. Inuidia ex magnificentia orta: inter omia tñ opera, templũ ꝓcellebat amplissimo ope, & fulgẽti marmore: ĩ quo erat deambulatoriũ, peripetasma ꝓtiosũ & maximũ, cocco & hyacintho byssoq; intextũ & purpura. Non ociosa materia tantæ diuersitatis. Sed cuius species, * materiã rerũ latentiũ significaret, eo qd eius esset templũ, q cœlo & aẽri, terræ & mari, quasi creator elementor̃ dñaret̃, atq; oĩa solus regeret & gubernaret. Cocco em̃, ignetũ cœlũ figurat̃, hyacintho aẽr: byssо, terra, qd in ea nascit̃: purpura mare, quæ cõchyliis maritimis inficit̃, ut duo ex colore, duo ex generatiõe colligas. Deniq; prĩceps sacerdotũ, hæc quatuor, indumẽto suo exprimere cõsueuerat, qñ maxima celebritas erat festor̃ dier̃, quasi totũ mundũ indueret, pro populo supplicaturus, in eius figurã qui uẽturus erat princeps sacerdotũ Iesus, qui tolleret peccatũ mundi. Fœmora princeps sacerdotũ linteo interius operimẽto tegebat, eo qd præ cæteris in sacerdote fides mẽtis quærit̃, et corporis castimonia, quæ succingere debeat carnis intẽperantiam. Duo erant tabernacula sacra, unũ interius, alter̃ exterius: in hoc semper introibant sacerdotes: in illud interius, qd secundũ appellabat̃, semel introibat tantũmodo princeps sacerdotũ, non sine sanguine quẽ offeret pro se, & pro populi delicto. Hoc significante spũ sancto, uentur̃ Iesum, qui uere solus itraret iteriora diuinor̃ penetralia sacramẽtor̃, & arcana substãtiæ cœlestis, quæ nosset omia. Solus quoq; patri sanguine suo totum mundũ reconciliaret, ut et cœlestiũ & tetrestrium misereret̃. Deniq; posteaq̃ uenit, pacificauit omia per sanguinẽ crucis suæ, quæ uel in cœlo uel in terra sunt. Intus thymiaterium, intus mensa, intus lucerna. Thymiaterium, quod ita ad deum patrem sicut incensum dirigat̃ maximi sacerdotis oratio. Mensa, quod in ea passio Christi sit, & mysteria sacramentor̃: unde & Dauid dicit: Parasti in conspectu meo mensam. Cuius uelut duodecim panes, duodecim apostoli sint testes passionis eius, ac resurrectionis eius. Lucerna, quæ super candelabrũ ponitur, ante sub modio erat, id est, sub legis mensura, nunc est sub gratiæ plenitudine, hepta-

Conditor urbis Hierosolymitanæ

Dauid oraculo, ꝓhibuit deo tẽplũ cõdere.

Solomõ templũ fũdauit Mysteria

Rõnes tẽpli ac uestiũ.

Rõnes q̃rundam cereꝝ niarum

heptamycho frequens lumen effundēs, eo quod ſpiritus ſanctus ſeptē maximarū gratiarum uirtutibus dei templū illuminaret. Trinitatis igiť cognitio in interioribus erat templi, quæ dicebantur ſancta ſanctorū, ubi repoſita quondā uirga Aaron floruit, quod mit. Ante templū erant. XIIII. gradus, per quos Ezechiæ regis tempore umbra aſcenderat, ſignificans ei uitæ finem futurū: ſed oraculo monitus orauit, & meruit mortis dilationē hoc indicio: ꝙ iiſdem gradibus ſol refunderetur, qui ſignificaret tot numero annorum cōmeatum ei uitæ refuſum.

Ezechiæ mortis dilatio.

Caput .X.

CVm igiť munita eſſet undiq; ciuitas plurimorū regum operibus, & maxime Herodis, qui caſtrum (cui nomē Antoniæ) ad ſummi operis magnificētiam cōmuniuit, & ampliſſimo ornauit decore, circūibat Cæſar requirens, qua ex parte ſe poſſet facilius urbi infundere, inſpectoq; per totū circuitum muri ambitu, æſtimauit in finitimo tumuli, quo ſepultus iacebat princeps ſacerdotū Iohannes adoriēdā obſidionem. Cui diligentius exploranti, adhærens unus ex amicis Nicanor ſtudioſius intendens muneri, ſagitta percuſſus cadit. Propius quippe acceſſerat, dum putat aliquē profectum fore pacis futuræ, ſi ſibi cōferendi ſermonis dareť copia, qui potens ac ualidus ad tentandos audientiū animos æſtimabatur. Cōmotus Ceſar, quod ei qui ſalutaria cōmoneret, improuiſo uulnere mortem irrogauiſſent, in prælium cogit agmina: bellumq; accenditur iactu telorū diuerſo, miſſilibusq; maximis, admouentur arietes: quis feriuntur ualida murorum. Quo perturbati omnes, qui antè de dominationis inter ſe ſtudio certabant, in cōcordiam coeunt, dataq; impunitate ſuperiorū, unū corpus ſeſe fecere, & cōſpirati cogente periculo, urbem tuētur. Progreſſi quoq; tumulos, ignē ſuper machinas iaculabantur, ut deſtruerent aggeres, exurerent uineas, arietes incenderent, ac penè omnia machinarū genera exuſſerant, niſi electi plerique militum & ſociorū maxime ex partibus Alexandriæ urbis ſtrenue repugnauiſſent. Quibus tamē ualide reſiſtentibus, addidit Cæſar adiumētum equitum potentiorū. Ipſe quoq; acriter pugnans ſternit. XII. aduerſi agminis propugnatores. Ita uis multitudinis reliquæ, exitium declinans in urbem reuertit, & ab incendio Romana opera defenſa. Cecidit eo prælio Iohannes ductor Idumæorū, dum ante muros, cognito ſibi Romano militi ſermonē conſerit, ictus terga ſagittæ uulnere, cōtinuo labitur. Arabem ferunt peritiſſimum, de iaculatoribus eius obitus autorem, grauiq; mœrore affectos Idumæos, ꝙ uirū & manu prōptum amiſerant, & bonū conſilio.

Antonia caſtrum.

Nicanor.

Iohannes ductor Idumæorū cecidit.

Caput .XI.

SEquenti nocte accidit ut tres turres, quas Titus attolli iuſſerat ſupra aggeré, quo Iudæos uel ex æquo, uel ex ſuperiore ſpiculis figeret, ſubito nulla ui hoſtium ruerent. Quo ſonitu, Romanoꝝ exercitus omnis turbabatur, ea opinione ꝙ ab hoſte deſtructos aggeres, ſucciſas turres arbitrarentur, quæ ruentes ingentē latè ſtragē dediſſent: ac penè admiſſum erat facinus miſerabile, ut uictores īcertis per noctem hoſtibus fuga cederent, niſi quod tenebræ ruinaq; ipſa, excito puluere proſpectum ademerant, ut quò fugerent incertum haberēt, Quærebat unuſquiſq; de proximo quid accidiſſet, nec cognoſcere ueri poterat fidem, quia ſimiliter ab omnibus eiuſmodi caſus ignorabatur, donec Cæſar rebus cōpertis, inſinuare præciperet id, quod acciderat caſus repentini, nō ullius hoſtilis fuiſſe irruptionis. Sic ſedatus pauor, expugnandæ urbis ſubſidiū omne in uiribus locatum. Nam cum altiſſima murorum eſſent, & pleraq; ferro aut ære operta, atq; ipſa altitudine hoſtes à iaculis defenderentur, Romani admouere arietum machinas, quorum ictu frequēti, muri ualida laxabantur: inniti leuioribus ſpiculis cœpere & ſagittis, ut propugnantes auerterēt. Impedimēta prohibentiū detorquerēt. Sic paulatim quatientibus murus cedebat: unde maiorē ipſum arietem exciſorē urbium ludæi appellauerunt. Soluta itaq; murorū parte, dereliquere ludæi muri ipſius ꝓpugnacula, ſecuri quod duos alios muros interiores haberent, & cōceſſere ad murū ſecūdum. Illis fugientibus, Romani ingrediētes per caua muri, portas aperuere: ſic intromiſſus omnis exercitus, penè diruit murum exteriorē, ne bellantibus eſſet impedimento: aut ſi res

Tres turres ſubito corruunt.

Romani ꝓ caua muri ingrediuntur.

Dres aduerſæ forent, claustrum refugientibus

Caput .XII.

luiſerunt ſibi loca Iohānes & Simon cōiurati circa murū ſecundum, Iohannes cū ſuis in caſtro, cui nomē Antonia, præliabatur: ei propinqua erat porticus templi, quæ uergebat ad partem ſeptētrionis. Nam & ipſe locus (in quo caſtrum poſtea Antonii uocabulo conditum) duas interiacēs porticus ſeptētrionalis, hoc eſt, Brios nūcupabatur. Simō uero ad Iohannis ſepulchrū uicem tuēdæ urbis ſuſcerat: his pro ſalute, Romanis pro uictoria certamen erat. Quibus & ſi uirtus potentior ad cōgrediēdum, locus tamē inferior ad obſidionem: cū eos de muro grauaret prælīū. Temeritas ludæis inſolētior, fortitudo Romanis acrior erat: īminebāt partibus duces, eoq; maior oriebatur cōtentio, dum quiſq; ſuis ductoribus pericula ſua geſtit probare.

Iohannes & Simon cōiurati.

Locus Brios nūcupatus.

Simon ſuos urgebat terrore & formidine: Romanos Titus pudore ſui q̄ maxīe cōueniebat: ꝙ morte grauius arbitrantur, non exhibere pericula ſua Cæſari: cū ipſe toties pro exercitu periculis offerre ſe nō dubitauiſſet. Armabat eos uincēdi cōſuetudo, & cedendi ignorantia: præcipueq; præſens uniuſcuiuſq; uirtutis arbiter Titus, à quo nō remuneratio fortitudinis expectabatur, ſed ſupra omnia fructus ampliſſimi erat præmii, illo ſpectāte quicq̄ ſtrenue geſſiſſe, quod ei nō diſpliceret. Eo incētiuo Lōginus equeſtris militiæ uir, excitus aduerſas ꝓ muris uidens ludæoꝝ cateruas, tanq̄ indignatus qđ Romanos bello laceſſerent, & ex equo prodire auderent, deſiliuit equo, atq; in medios ſe iniecit hoſtes: Et unū more ipſo parantē occurrere telo percuſſit, ſimulq; eius uocem & animā rapit: Alteri ereptum de corpore ꝓſtrato telum infigit, & ad ſuos uictor ſeſe recepit. De præeminētibus loquimur: cæterum multi imitatores utraq; ex parte, ſed diuerſo genere: Iudæis deſperatio audaciam dabat, Romanis gloriæ cupiditas uirtutē ad debat. Par tamē impariбus animis mortis contemptus: Iudæis ſolatium putabať cū hoſte cōmori. Titus feſtinabat conficere bellum, ſed ſine ſuorū diſpendio, qui etiam ipſos hoſtes ſeruare ſi poſſet, q̄ perdere malebat. Nec aliud monebat militem, niſi cōſultò beldinem temeritatē uideri, nec uſq̄ magis cauendū quàm in uictoria. Perire em̄ cū inferiore ſuperiorem, uicti triumphus eſt. Conſulendū itaq; ne uideatur euētus fuiſſe, ꝙ uicerit: ignauiæ ꝙ conſortiū periculi nō euaſerit. Iubet itaq; arietē admoueri ad medium muri ſeptētrionalis.

Longinus equeſtris militiæ uir ī medios ſe īruit hoſtes.

Virtuti prouidentia comes.

Caput .XIII.

ERat ibi Caſtor callidus, & ad fraudem paratus, qui fugatis cæteris ꝓ iacula ſagittatioꝝ, cum aliis nouæ fraudis ſociis ꝓtēdebat. Is ubi appulſu arietis turrim euerti, murū labere, ac facile ruiturum, ſi tormēti ictus repeteretur, animaduertit, manus tendens rogabat Cæſarem uoce miſerabili, ut perituræ urbi iam parceret, nec ſuprēmo excidio labefactandam putaret. Cæſar æſtimauit ꝙ ſedulò ueniam deprecareť, manus daturus ut deditio procederet, iubet tormētum ceſſare, iaculatores tēperare à prælio. Caſtori dat loquendi copiā. Ille deſcenſum ſimulare, dein quaſi ſuadere ſuis: alii uel le, alii reniti, ſubitoq; uelut indignantes qui cogerentur, ſupra loricam, ſe percutientes cecidere. Miraculum ingens cū fraus lateret, ſic tempus duxere: Inter quæ, unus è militibus Romanis iaculo ſagittæ narem Caſtoris percuſſit. Ille deplorare & cōqueri apud Cæſarem, poſcere ut iuberet aliquē ſibi dextram dare, ita ſe perfugio uſurū. Cæſar loſepho mandat negocium: uerum ille qui caueret ludæorum inſidias, nihil ſyncerum in eo intelligere ſe reſpondit. Aeneas tamē propius muꝝ ſucceſſit, & ut aduenientem ſuſci peret occurrit. Cui Caſtor uociferans ut ſinum aperiret, aurū exciperet, ſaxum dimiſit. Ille oculis uigilantibus lapidē præuidit, celeriq; corporis ſaltu, lapſum euaſit: alium tamē propè aſtantē ſaxi inuoluit īmanis ruina. Hoc Cæſar intuens, acrius incubuit ad murorum deiectionē, præcipiens maiore ui tormētū impelli. Contrà ad exurendas machinas ignes iaciebantur. Sed ubi murus ſolutus eſt, Caſtor cū ſuis quaſi in ignem ſe deiecit, dolo prætexens animi magnitudinē in contemptu mortis: cū dolo turpi uitæ effugia captaret.

Caſtor callidus.

Caput .XIIII.

VNus iā murus, hoc eſt tertius ſupererat, ſubuerſis duobus: adhuc tamē Cæſar reſeruabat patientiam, qui aduerteret iam ſibi perire quicq̄d periſſet. Dū parcit & prouocat ad deditionē, nō expectato agmine, cum paucis irruens

ſupra murum ſecundum, congregata manu Iudæi in anguſtiis plurimos ſauciauerunt: plericꝙ etiam utrinꝙ mortui. Tunc Cæſar eminus ſagittis figebat reſiſtentes, inter confertos iacula nuſq̃ eludebantur, nullus ictus ſine uulnere. Sic remouere ſeſe Iudæi cœperę: & Titus ſuos recepit. Et fames iam urbẽ grauiter inceſſerat, Iudæi tamẽ pro uictoribus, quia ſe intra ſecũdũ murum receperant, quaſi expulſis Romanis gloriabãtur: ſed neꝙ lapſa reparare, nec lapſura defenſare poterant. Reſtiterunt tamẽ aliquantulum. Pugnatum triduo ad murũ ſecundũ. Quarto die uirtutẽ Romanam nõ ſuſtinẽtes, refugére intra tertiũ murũ. Cæſar ab irruptione interim tẽperari iubet, ſubuerti tamen præcepit ſecundũ murũ. Et quia ſupererat maxima belli portio, ſtatuit ut miles ſibi cõueheret alimẽta, ne uictores ſopia urgeret, afficeret indigẽtia. Quatuor diebus ſibi miles frumẽta cõuexit: ſimulꝙ idoneum uiſum eſt tempus, ꝙ Iudæi, ſi ſibi cõſulerent, cõuerterẽtur. Et populus quidẽ malebat, ſed principes ſeditionis reputãtes, quæ in plebem grauibus flagitiis perpetrauerũt: dum nullum ueniæ locum ſperarẽt, perire cũ omnibus leuius arbitrabãtur, quàm ſi ſoli autores perirent. Quinto itaꝙ die, quia nihil à Iudæis pacificũ deferebatur, gemino agmine Cæſar mœnia aggreditur: & duos aggeres attolli imperat, unum cõtra Antoniam, alterũ contra murum, qui erat contra Iohannis ſepulchrum. Eò em̃ ſuperioris urbis excidia petebat: Illo aũt altero, ſi caſtrũ expugnauiſſet, etiam templo facile potiretur. Quod niſi in ſuã poteſtatẽ deduceret, etiam urbẽ tenere nõ poterat ſine periculo. Diuiſerat Titus exercitum in duos ordines. E diuerſo quoꝙ diſtribuerãt ſibi Iohãnes & Simõ officia defenſiõis: Antoniã defenſabat Iohãnes, Simõ cũ armatis ſuis, & populo Idumæorum ad ſepulchrũ Iohannis ſpeculabatur, atꝙ oẽs obſidentiũ conatus de ſuperiori loco, quibus poterat generibus, eludebat. Et iam exercitatiores erant, malis edocti occurrere machinis obſidionis, pluraꝙ genera ſibi tormẽtorum & ipſi aſciuerant, quibus Romanorũ opera deſtruerent, cœpta impedirẽt. Quorum Cæſar aduertens præcipitẽ pertinaciam, admiſcere operibus ſermonem uoluit, ne forte deſperatione ueniæ peruicacius obniterent, ac ſpe ꝓmiſſorum poſſent deſiſtere. Suadere itaꝙ cœpit, ne ſe captæ urbis excidiis inuoluerent, permitterẽtꝙ eam ſuæ potẽtati, quæ armis iam teneretur, & circũuallata obſidione premeret ad excidium ſupremum, cedentibus ſe ueniã daturum: ſi modo uel ſibi uel patriæ cõſulerent, ne tota ciuitas diſrueretur. Mandat quoꝙ Ioſepho, ut ipſe patrio ſermone ciues alloqueret, ut forte cõtribules ſuos, uel ipſe inflecteret, ut furori proprio renũtiarent. Qui licet effuſa ludæorum in ſe odia nouiſſet, tamẽ quantũ à iactu ſagittæ longius poterat, remotus à muris, ita uero ut poſſet audiri, profutura ciuibus noto ſibi alloquio proſequebatur.

Hebræum ingenium.

Caput .XV.

FVerat Hebræi humani ingenii cõtendere pertinaciter, anteq̃ res ad ſupremum ueniret: dũ putatis uos loco & notæ regionis ſubſidiis fore ſuperiores, licet cõuenerit Romanos bello inſuperabiles, armis nõ ꝓuocari, à qbus ſæpe uicti ſunt, qui uos uicerant: ſed tamẽ habet hunc lapſum improuida mens hominũ in rebus ſecundis, ſimul quia plerunꝙ belli dubius euentus: & ideo ſe unuſquiſꝙ forti cõmittit uirtute inferior. Poſtremo de muris ſperatis: Non putatis etiã uſꝙ ad templi ꝓgrediendum euerſionem. Parcite aris, parcite altaribus, parcite domicilio quondam cœleſti. Iam em̃ uos & deus ipſe deſeruit, quia uos pietatis cultum deſeruiſtis. In medio templi bellũ ꝓtulimus, circũfuſi ignes templũ oberrant: ſed nõ quales ſolebant, circũfiſtũt armati. Ad huc tamẽ puras à ſacrilegio manus habentes, uolunt Romani parcere, nec ſacros contaminare poſtes, nec ueteres abolere ritus, ſi uos ſinatis: quid expectatur ulterius? duo muri euerſi, tertius ſupereſt, & ipſe infirmior lapſis duobus. An præſidiũ ſperatur diuinum, atꝙ auxilium de penetralibus? Sed qui nos defendebat ad hoſtem migrauit: quoniam quẽ nos colebamus, Romani uenerantur: nos offendimus. Quis autẽ ignorat cũ illis eſſe deum, qui ſibi omnia ſubiecerunt? niſi quæ nimio æſtu aut gelu inuia ſunt. Et ideo extra Romanum imperiũ, quia eadẽ extra uſum humanũ. Diuerſis populis deum per uices dediſſe potentiam: Primo Aegyptiis, poſt Iudæis, Aſſyriis quoꝙ & Perſis auxiliatorẽ fuiſſe nullus negat: poſtea cõuerſum ad Romanos, cũ his perſeuerare. Deniꝙ ceſſiſſe illis uniuerſa regna, omnẽ terrã in poſſeſſionem datam, Quis uobis cum uictoribus

Belli dubius euentus.

Diuerſis populis deus per uices potẽtiam dedit.

bus uniuerſæ terræ, quibus ſecreta oceani & extrema Indiæ parent? Quid attexam Britannias interfuſo mari toto orbe diuiſas, & à Romanis in orbem terrarũ redactas? Tremit hos Scotia, quæ terris nihil debet: tremit Saxonia inacceſſa paludibus, & inuiis ſepta regionibus. Quæ licet belli curã uideat augere, & ipſa frequẽter acceſſit Romanis triumphis captiua, ualidiſſimũ genus hominũ perhibetur, præſtãs cæteris: piraticis tẽmyoparonibus nõ uiribus nitit, fugæ potius q̃ bello parata. Sed refertis, mori præſtare, quàm libertatẽ amittere: Quando uobis iſta Iudæi ſucceſſit ſentẽtia? aut quãdo apud Hebræos utilis ſit ſeruitus, libertati ſutili nõ prælata? Iacob ipſe patriarcha in Aegyptũ deduxit Hebræos ne perirent fame. Deſcenderunt patriarchæ, ſimul. XII. filii eius præclara illa generis nr̃i exordia. Ibi Iudas ille nobilis Iudæoꝝ proſapia, qui nomẽ populo dedit. Ibi Ioſeph curru ſublimis, & equis ſubiicere ſe in poteſtatem maluit, ut aleret ſuos, quàm ad originis propriæ libertatẽ redire. Ibi Beniamin pia fraude germani retentus, conſenſit dolo: quia nõ erat crimẽ ſeruire potentioribus. Ibi hæreditas eoꝝ cũ uocaretur à Moſe, tamẽ hærere deſiderabat. Sic patribus ueſtris etiam dura ſeruitus non diſplicebat, ut periculis anteferretur. Seruiſtis ergo Aegyptiis, atꝙ utinam ſemel. Sed nõ ſolum tunc ſeruiſtis, quando cœleſtis eſcæ pluuiis alimoniã ſeruitutis extremæ præferebatis: ſed etiam poſtea uicti atꝙ captiui deſcendiſtis in Aegyptum, cũ Aſſyrios refugeretis. Seruiſtis etiã Aſſyriis per multa annorũ curricula, & dulcis illa ſeruitus erat. Seruiſtis Macedonibus, Perſis, Seleucenſibus, Palæſtinis, ſolos Romanos uobis graues putatis, quibus & illi ſeruiunt quibus uos ſeruiebatis? Vtrum igit odiũ his debetis an gratiam, quia uos dominis ueſtris pares fecerunt? ultionem ueſtri hanc nõ cõtumeliam puto, quia uos de his uindicauerũt, quibus ſubiecti eratis. Seruitio premitur Aſſyrius, qui Aſiæ toti ꝑitabat. Arat Aegyptius Romãis, ferit de ſuo qđ ille metat. Macedonia quæ uſq̃ ad Indos, deuicta Perſide, imperiũ diffuderat, agnoſcit dños quos ignorabat, & ſtra ſe regibus ſuis Aeacidarũ nomẽ ꝓpoſuiſſe reminiſcitur. Certe nõ alias ceſſiſſe, niſi ad Romanorũ triumphum, quibus & ipſe Pyrrhus Achylleæ ſobolis, & proſapiã & uocabulum præferens, uictus armis: ita ſe promerẽdæ pacis ſtudio ſubiecit, ut ueniam rogaret. Nam de Palæſtinis qd loquar? quos unius præſidis poteſtas coercet? Ingrati nunquid nõ ueſtra nobilitas eſt cũ Perſis ſeruire? hoc eſt em̃ ſeruire uobiſcũ reges, regnũq̃ maximũ habere ſocium ſubiectionis: ſed quæro quãdo fueritis liberi, qui nunc ſeruitutem recuſatis? Quando ergo liberi fuiſtis? uel cũ aliis dominaremini, qui ſub rege eratis? Habebatis regem deum, repudiaſtis regnum ipſius, ſub quo ſolo eratis liberi, uoluiſtis ſeruire hominibus. Cur patrum reuellitis teſtamẽta? hæreditas & in patres contumax. Elegiſtis regẽ cui nomẽ Saul. Occiſo illo, Palæſtinus uobis populus imperitauit: ſucceſſit poſt tempora Dauid in totius populi regnũ, mitior quidẽ domino, ſed dominus tamẽ, priuſq̃ requieſceret Dauid, genti tamẽ & ipſe regẽ impoſuit. A Solomone rurſus ſciſſum in duo regnũ, & diuiſa per longam ſeriem dominationis hæreditas. Vt tranſiliam captiuitates, Cyrus pleroſq̃ terris ſuis ludæos, & ſacris ſuis reddidit. Sed patres ueſtri cũ Perſarum præliis grauibus attererẽtur, quamuis nobiles Machabæorũ tribus ꝑhis elegerũt ſibi Romanã ſocietatẽ. Tenet ſcriptura diuina multaq̃ pacta legationũ. Facti eſtis Romanorum amici, qui Perſarũ ſeruí fuiſtis. Sed rurſus maluiſtis regem habere, q̃ ſacerdotum principem, cui populus obtemperaret, cũ ſæuitia ueſtrorũ regũ eẽt intolerabilis: defũcto Herode, pulſo Archelao, ſub Cæſare eſſe Romano poſtulauiſtis. Tradidiſtis uos Cæſari, cui ſeruiſtis omnes ad mutãdũ in melius ſeruitium. In cõmuni em̃ cõditione uniuerſorum ſeruire, quædam libertas eſt: qm̃ dignitate dominãtium honeſtantur obſequia ſeruorum: Quanquam Romani ſeruitutem nõ exigãt autores libertatis, quia nõ ſolum immitem regem necarunt, ſed etiam ſuperbũ nõ paſſi ſunt, & ideo Auguſtum apud eos nomen eſt imperii, ꝙ augeat ſuos, non ꝙ alienos opprimat. Sed eſto. Sit utile uobis non obedire imperio Romano, uideamus ſi liberum, ſi nõ exitiale. Vrgent Romanæ acies, urgent patriæ ruinæ, urget templi excidium: nõ quod utile ſit, ſed quod poſſibile perpendite. Nõ em̃ uotorum ſpecies, ſed poſſibilitatis ratio pẽſanda. Lex nempe naturæ eadẽ omnibus hominibus, uolatilibus, feris, beſtiis infuſa, ut unuſquiſꝙ cedat potentiori; taurus, leoni; ceruus, urſo; leo, pardo; caprea, lupo; aquilæ, acci-

Saxones uallidiſſimũ hominũ genꝰ.

Potẽtioribꝰ ſeruire crimẽ nõ eſt.

Imperiũ nomẽ Auguſtũ

Lex naturæ oĩbus eadẽ infuſa.

piter: accipitri, columbæ: ipſi tauro, iuuenci inferiores: arieti ouiũ, greges: hirco, capers ne diuerſi generis eſſe uideatur aliqua diſtantia, uos potentioribus. Romani tamẽ nemi nem expellunt, uos expuliſtis: imõ illi augent, ne quis etiam uictus de terris ſuis exeat. Antiocho partem regni ſeruauerũt. Et nunc Cæſar quid aliud laborat, niſi ut terra ueſtra nõ deſeratur, regio ueſtra non euacuetur, ciuitas nõ euertatur, templum non cõcre metur? Non omnibus uictoria datur. Paucis præeſſe natura dedit, pluribus obtempera re. Tauri armẽtis eminẽt, arietes gregibus. Peues paucos eminẽtia, peues plurimos mã ſuetudo: Et uos induite mãſuetudinem, ſuſcipite ſubiectionẽ, quam etiã feræ induunt.

Paucis præeſſe natura dedit pluribus obtẽperare.

Hæc cum diceret Ioſephus, conuiciabantur de muro. Maledicebant utilia ſuadenti, Plericꝙ etiam iaculabantur ſagittas, ſi poſſent eum morte affligere. At ille, qui oratione non flectebat indomitos, ſcripturarum quocꝙ teſtimoniis conueniendos arbitrabatur: maxime quia dicebant deum templi ſui præſidio non defuturum.

Caput .XVI.

TEmerarii, nunccine demum uobis diuinum auxilium affuturum ſperatis, quã do permiſcuiſtis omnia bello, altaria uiolaſtis, diruiſtis totius urbis muni menta? Temerarii inquam, & ueſtrorum immemores auxiliorum, ſcuta & gladios paraſtis, & hoc aduerſum Romanos. Non talibus armis uincere ſolebatis. Quando enim in haſta & gladio fuit Hebræorum uictoria? Recordamini unde orti, & à quibus ſitis profecti, quomodo patres ueſtri hoſtes ſuos uicerint. Temerarii, quem uobis adiutorem eripuiſtis, dum aliena ſubſidia depoſcitis? Non in multitudine po puli, ſed in timore dei pater Abraham penetrauit Aegyptum, & cum abductæ conius gis captiuam uideret pudicitiam, bello tamen abſtinuit, aſſumpſit piæ orationis arma, defenſorem adhibuit, qui dormiente eo uinceret, & expugnato hoſte intaminatam ſi bi coniugem repreſentaret. Redit Sara ſine armis, referens uiro triumphalem uictoria am. Dormiebat Abraham, & torquebatur Pharao. Metuebat Sara, & Pharao crimen ne gabat. Eiiciebat alienam, & damnato crimine honorabat caſtimoniam, quam ſpoliare deſiderauerat. Additur aurum, & argentum ad Saræ pudorem, ut condemnaret uo luntatem facinoris expertem. Rogabat patrem Abraham, ut pro ſua ad dominum fa miſia deprecaretur. Erat enim infœcunda domus eius. Remeat Sara ditior ſaluo pu dore, reuertit Abraham ſanctior, qui coniugalis pudicitiæ remunerationem ſterilitatis remedio compenſauiſſet. Quid de filio eius Iſaac loquar? Is quoque patrio fretus mu nimine, aduerſus finitimi potentis inſolentiam, non armatas produxit acies: & cer te habebat. CCCXVIII. uernaculorum ualidam manum, quæ reges quinque bello ſu perauerat, ſpoliis exuerat, captiuum Loth Abrahæ patruo reſtituerat: Non gladium uagina exuit, ſed ſolam aduerſum inuidentes patientiam induit, ſimplicitatem retulit. Venerunt rogantes, qui exterminandum denuntiarent, popoſcerant amicitiã qui fi nitimum nõ ferebãt. Contremiſco tanta patrum recẽſere mirabilia: Iacob ſanctus, Eſau fratre paricidium minitante patriam reliquit, parentes deſeruit, ſolius ſecum orationis ferens uiaticum, meritoꝙ in peregrinis locis cum fratris metueret inſidias, & hominum comitatu atꝙ auxilio egeret, inuenit angelorum conſilium perductus (ut ait) ad caſtra dei, colluctatus eſt domino: & ſicut dicit ſcriptura: prævaluit deo qui imparem ſe homi nibus arbitrabat. Quid aliud Moſes aduerſum regem Aegyptiorum exercitũꝙ, & dra cones eius niſi ſolam uirgam leuauit? potens uirga quæ cœlum tenebris obduxerit, ter ram imbribus inundauerit, ſiccauerit mare fluctibus: cinxerant Hebræos Aegyptii, ora bat Moſes & non dimicabat. Diuiſum eſt mare & populus intrauit, ſequebat Pharao. Moſes inret fluctus poſitus orabat, demerſus eſt cum ſuis Pharao, cãtabat Moſes. Quis hæc & talia conſiderans non admiretur, & non intelligat in oratione nobis meliora eſ ſe arma q̃ in uirtute? Illa em̃ ſibi diuinum auxilium adhibet, hæc corporis. Didicit hæc arma, quæ non carnalia ſunt, ſed fortia deo Moſi diſcipulus, atꝙ idem ſucceſſor Ieſus Naue, qui imitator & ſuppar magiſtri Iordanis aquas conuertit retrorſum: idẽꝙ cũ in expugnabiles Hiericho urbis muros uideret, ſacerdotes tuba canere iuſſit, iubilare po pulum, quo facto repente cecidere muri, atꝙ exuſta ciuitas eſt, & omnes necati ſunt. ni

Nõ in multi tudine popu li uictoria.

ſi quos

ſi quos Rahab bonæ meretricis fides, à memoratæ urbis excidio defendit. Gedeõ quo ꝙ trecentos uiros ad bellum elegit, eoſdemꝙ nõ arma præferre ſed myſteria præcepit. In manu leua hydrias aquæ plenas tenere, in dextra faces: qua ſpecie perculſi hoſtes fu gere ilico, atꝙ ad Hebræos uictoria peruenit. Intermiſſa erat ſacræ cura religionis Heli ſacerdotis negligentia, diuina imperia deſerebantur, irrogatũ ab Allophilis præliũ, ui cti Hebræi, capta etiam arca dei eſt, & ſine armis reddita illis: quo indicio claruit, ꝙ & ſi ne religione arma nõ uincant, & religionẽ ſine armis uincere. Ezechias rex, infuſo Aſſyrii oꝝ populo gẽti Iudææ, uotis Rabſacis imperio Sennacherib regis, quæ in deũ iacerẽ tur conuitia, quæ populo q̃ ſuꝑma exitia denũtiarẽtur, ſatis cõperiſſet inſinuantibus, non uerba uerbis, nec arma armis referenda credidit: ſed exurgens cilicio ſe ut ſcuto in duit: pro galea, cinere caput texit: pro iaculis orationẽ intorſit. Aſcendit oratio, deſcẽ dit angelus, cæſa per noctem Aſſyriorum. CLXXXV. milia, cadauera numerauimus, p cuſſorem nõ uidimus. Præterierã de quinq; regibus, quos incõſulto domino bellũ ad orſos, per deſertũ meantes, aquæ inopia uehemẽter afflictare cœperat, ipſoſꝙ & equos eorum ſitis uexare. Neceſſitas ꝓtermiſſum officiũ reparari coegit. Erat em̃ rex Iſrael ne gligens circa dei cultum, admonitus tamẽ ab aliis, ut domini prophetam requireret: co gnouit Eliſeum ab iiſdem, in quibus degerent locis, nõ longe abeſſe, miſere oratum au xilium orationis, & remedia neceſſitati. Licet offenſus erat regi Iſrael, quia perfidus non credebat, ꝓmiſit tamen & hubertatem aquarũ, & uictoriæ celeritatem. Manare cœ pit aqua per deſertũ, & ſponte ſe ſine ullis imbribus infundere terris fluẽta. Surgentes aduerſarii, quos ſecuros uictoriæ ſomnus huberior laxata preſſerat ſolicitudine, ſubito uidere ſole fuſo rutilare aquas: fuerunt qui inter populos bellatum putarent, quoꝝ ſan guine terra maderet. Itaꝙ in prædam feſtinãtes paſſim ſine ordine, ſine modo currere, alius alium prævenire, ſic præcipites in mediũ progreſſi hoſtium uallati, interfectiꝙ ingentẽ ſuis ſtragem dedere: ita oratus propheta à patribus noſtris ſitim pariter, & me tum depulit, idemꝙ aduerſus famẽ auxilium tulit. Nam cũ obſideretur Samaria, atꝙ in ea clauſus maneret rex Iſrael, grauis eos urgebat fames, ut ne à nefandis quidẽ alimẽtis abſtineretur, cõuentus propheta tantæ miſeriæ deformitate, ſimulꝙ regis nũtio, qui pu taret prophetæ diſſimulatione famẽ adoleuiſſe, reſpondit: Sequẽti die, & hubertatem frumẽti, & uilitatem uidebis. Non credẽti nũtio dixit: ipſum quidẽ quia non crederet non uiſurũ, promiſſorũ tamẽ fidem nõ defuturã: ſubitoꝙ per noctem in caſtris Syriæ hinnitus equorum, curruũ fragor, quadrigarꝝ currẽtium fremitus, armorũ ſonitus, au ditu metum incuſſere uictoribus, ꝙ in auxilium Hebræis multæ ac ualidæ gentes com meauiſſent, ac ſeſe imminẽti, ut arbitrabantur, piculo fuga eximere properauerũt. Nox cõſilium maturauit, terrorem auxit. Fugiẽtibus itaꝙ Aſſyriis, omnes quas inuaſerãt co pias, in caſtris die ſequenti reptæ. Abundantia uilitatem creauit, uilitas fidem impleuit, mors incredulũ ipſi quidẽ fructum eripuit, publicũ tamẽ remediũ nõ impediuit. Li quet igitur plurimos patrum duces cũ minime præliarentur, uictoriam adeptos: Alios quoꝙ bello ſuperiores fuiſſe, quibus conſulẽtibus bellandi ius oraculo pmiſſum foret. Deniꝙ uict? Amalech: ſed cũ Moſes manus eleuaret, uicit Ieſus Naue cũ ſolẽ ſtatueret. Vicit & Gedeon, cũ in aqua dimicaturos probaſſet. Samſon etiam cum adhuc intamĩ natum crinẽ ſeruaret: uicit & Samuel, ſed cũ adiutorem lapidẽ figere ꝓpoſuiſſet. Tri umphauit Dauid cũ Bethſabeã (hoc eſt filiã Sabbari) ſuo cõiugio prophetícis miniſte riis copulauiſſet: uicit etiam bello ciuili quod refugiebat illatum nõ inferebat. Nil em̃ bello ciuili fœdius, niſi ſolus q̃ potuit inferre: uicit & Aſaph prælio: ſed poſteaq̃ de ſperãtibus ſuis, quod numero eẽnt inferiores dixit: nihil intereſſe pauci an plures ſint, cum deus paucos timẽtes ſe, pluribus faciat ualidiores. Bonus profecto fide: ſi uſꝙ ad ſi nem perſeueraſſet: uicit & mulier armis, quæ fidẽ deo reſeruauit. At uero Saul uictus eſt, quia dei præceptũ nõ cuſtodiuit. Vulneratus Ioſias, quia contra imperiũ in hoſtem proceſſit: Sanctus cæterum, & ideo raptus, ne captiuitatẽ noſtris debitam peccatis uia deret. Clamauit Nechao: nõ ſum ad te miſſus ferens eius fidei teſtimoniũ, ſed ĩuoluit eum ſicut antè Amaſiam, conſortiũ degeneris ſocietatis. Deniꝙ & ab homine dei mo nitus erat, ut illos quos ad belli ſocietatẽ centum argenti talẽtis cõduxerat, dimitteret,

si uellet uincere. Cui dubitanti quod tantum pretii amissurus foret, respondit prophe
ta, quod haberet dominus plura, unde etiam argentum eidem restitueret: quo fretum
conductis renuntiasse auxiliis, uicisse cum paucioribus, ne ipsum quidem deo tantæ ui
ctoriæ mercedem soluisse: sed illico ipsis simulacris, quæ uictor cœperat, detulisse sacrifi
cia, quasi eoꝝ beneficio uicerit, quæ in prædam captiuitatis redegerat. Sedechias ipse in
cumbentibus iam patriæ ruinis, per Hieremiam conuentus prophetam, cum hostili ob
sidione premeret, ut urbem egredi non metueret, uictorem futuꝝ si cœlestibus imperi
is obtemperaret: aut captiuum si defendendum putasset, infidelitate semetipsum & su
os decepit. Abductus erat ab Assyriis populus Iudæoꝝ in Babyloniam, reliqui ad Ae
gyptios transferre se, qui resederant, deliberabant. Mandauit dominus per Hieremiam
prophetam, & cæteros, ut unius gentis essent imperio contenti, ne geminata captiuitas
ærumnam augeret. Veꝝ illi posthabentes oracula dei, facti sunt duaꝝ captiui gentiũ,
qui unius gentis iugo exire impatienter desiderauerant. Itaq; in Aegypto exules perse
uerauerunt. At uero illi qui in Assyrios ducti sunt, expleto tempore captiuitatis, quod
pro peccatis populi dñs cõstituerat, postea Cyro imperante, remeandi facultatẽ adepti,
reuerterunt cũ gratia. Renouatum dei templum est, regum opibus Cyri & Darii cæte
rorumq; Persaꝝ muneribus: ipsi itaq; qui euerterant, reparandi sumptum dederunt, re
stituerunt etiã ius sacerdotum, cultumq; iuuerunt religionis. At uero nostri dum sacer
dotium inter se competunt, & apud Parthos ambiunt conferri sibi memoratum hono
rem, de religione mercaturam fecerunt. Quid de Babyloniis querimur? Nostros expti
sumus deteriores: Illi nobis reddiderunt omne ius religionis, illi sacerdotum creationẽ
restituerunt, & nostri eam Persis refudere. Illi sacerdotales infulas permiserunt nostræ
potestati, nostri eas Babyloniis uectigales fecerunt. Quid adiiciam cruentatum sacrariũ
sanguine, madere sacra limina, semiruta adhuc stare templi fastigia? Minor est circa nos
ira dei, quàm nostra contentio: illa nos captiuos fecit, ista sacrilegos: illa disseminauit Iu
dæos, hæc sustulit. Conferte si uidet, quid interfit inter captiuitatem nostram, & sedi
tionem nostram. Captiuitas nostra, gentibus infudit nostræ religionis consortium. Se
ditio nostra, etiam Iudæis ademit religionis gratiam. Quis autem Romanos in Iudæam
introduxit nisi Hyrcani & Aristobuli contentio? Quis Sosium, nisi Herodes? Quis An
tonium, nisi Sosius? Quis Cæsarem implorauit sibi regem, nisi uos? Quis præter uos An
tipatrum regno expulit, & libertatem in Antipatro? Et tũ non reprehendo, neq; abnuo
Floꝝ in uos sceleste consuluisse. Sed querela Romanis deferenda fuit, non arma infe
renda. Spreuistis Neronem, sed Vespasianus successerat: qui benignus natura, benigni
or tamen etiam studio esse potuit, quia in Iudæa imperium assumpserat: aut si non mo
uebat pietas, uirtus certe eius uos debuit adigere, ut uobis consuleretis. Sed quõ uobis
non parceret, qui pepercit Iosepho? Cui enim infestior quàm mihi eẽ debuit? Quis ma
iora aduersum Romanos munimenta extruxit? Quis studiosius pro patria decernendũ
putauit? Postquam uobis bellando complacita conditio est, belloꝝ quidẽ initia non pa
babam, sed suscepta non deserebã: testantẽ hoc lotapatæ urbis, quæ bellantem adhuc me
texerunt, fauillæ, bello non destituisse, me post eius ciuitatis ruinas delituisse quoad po
tui. In illo euersæ urbis sepulchro pertulisse famẽ, ne Romanis me traderẽ: quæ fisse ue
niendi ad uos effugia: sed deprehensum, non sponte egressum, maluisse perire cũ meis,
sed pepercisse Cæsarem: optasse uobiscum potius periclitari, non qđ probarẽ consiliũ,
sed quo eligerẽ periculi uobiscũ consortium. Gratias tũ deo, qđ tanti sceleris non inci
di societatẽ, ne seditionum incẽtor existimarer: aut quia his misceri nequibam, paricidi
um qđ manu declinare poterã, uel morte implerẽ. Certe ne sanctissimã matrẽ p me dila
cerari cernerẽ, meoꝝq; dispgi uiscera, quæ miserãda qdẽ, sed tũ tolerabilius ẽ ea pati, q̃
feciſſe. Quid igit adhuc expectatis? An signa maioꝝ? Non ea nobis merita, non ea circa
dei cultũ officia. Non ea Romanoꝝ quæ Assyrioꝝ infidelitas, qui accepto ptio discessio
nis fidẽ fregere: nec recedendũ, sed acrius ingruendũ putarunt. Quinetiam ut exaccidẽ
tibus colligamus, diuinæ motũ snĩæ, deum Iudæis aduersari certũ est. Deniq; Siloa quæ
ante bellum ficca fuerat, & omnes extra urbem fontium uenæ, quæ diu fluere cessarunt,
ut aqua nostro deesset usui, nisi pretio quæsita; nũc in usus redeunt suos, & Tito se adue
nienti

nienti refundunt. Scaturiunt huberes uenæ, atq; ita aquaꝝ redundantium oĩa replenẽ,
ut non solũ exercitui large ad potum exhuberent, sed etiam equis bellatoribus ac iumen
tis pecoribusq; uniuersis, hortoꝝ quoq; irriguis non desit aquaꝝ abundantia, ut tanquã
adnitentibus elementis uictoriæ Romanæ, largiores credas fundi meatus. Recognosci
mus prodigia superiora, quæ etiam tunc nostræ urbis præuenerunt captiuitatem: cessa
uit aqua Iudæis, refudit se hostibus, ne siti obsidio impediret. Nec miꝝ est si recessit à Iu
dæis diuina gratia, quos tanta flagitia circumuallarunt. At uero bonus uir plenum
horroris refugit diuersorium, & domũ suam deserit: si quid in ea commissum sceleris
agnouerit, declinat indignæ habitationis consortia, execratur conuersantium iniquita
tes; & dubitamus de summo & immaculato deo, quod abhorreat tantoꝝ contagia flagi
tioꝝ: & funestoꝝ scelerum auertet atrocitatem, nec demoret in paricidaꝝ cõciliabulis,
qui Dathan & Abirom, quia Mosen & Aaron præripiendo sacerdotii munere lacessi
uerant, separari ab innoxiis præcepit, ne pios aut macula contaminaret de consortio no
xioꝝ, aut pœna inuolueret: sed quid ego diutius sermonibus immoror, cum plena hor
roris, & gemitus omnia circũfundant, templiq; excidium ppereat, qui istud oculi spe
ctare, qui sensus perpeti, quis tolerare potest animus? O saxis duriores, ferro rigidiores,
qui in tantis reꝝ humanaꝝ pdigiis adhuc inter uos tanq̃ ad uirtutis æmulationem de
scelere certatis, & qđ ẽ grauius, uos ipsi patriã destruitis atq; eius augetis ruinas. Cõuer
timini aliqñ, respiscite, iudicate, & uidete pulchritudinẽ pfiæ quã pdidistis, quæ urbs,
qđ tẽplũ, quæ sctõꝝ domicilia, sacroꝝq; penetralia, quæ pphetaꝝ opa uestris manibus
euisceranter? In hæc quisq̃ flãmas ducit, & spargit ignes & incẽdia mistrat, nec ullo affectu
mouet: rupiũ si sentiret rigor resolueret. Certe & insensibilia plerunq; in maximis reꝝ
acerbitatibus sensus speciem metiunt, ut scopuli tremant, & madentes sanguine guttæ
fluant. Vos autem immobiles pseueratis, ut quid melius post hæc superfit, quid digni
us quod reseruetis. Postremo si ista non mouent, quia apud pios præstantiora sunt, ue
strarum saltem miseremini necessitudinum, ponite ante oculos filiorũ uestrorũ neces,
aut ferro, aut fame quæ sunt acerbiores, uxorum & filiarum seruitutem, quibus tuta li
bertas erit pacto deditionis, aut captiua seruitus urbis euersione. Consulite dum licet,
ne grauiora post mortem relinquatis, q̃ ante mortem feciſtis. Nec ego liber ab hmõi pe
riculo sum. Noui & ipe, quia cum uestris simul periclitat sanctissima mihi mater, & cha
ra uxor, haud ignobile genus, & quondam domus clara. Ac fortasse propter meos hæc
me suadere arbitramini: occidite eos, & accipite meum sanguinem mercedem, libenter
hanc soluam mercedem uestræ salutis, si post me sapere potestis.

Caput .XVII.

EA Iosephus cum lachrymis uociferatus, pleroscq; de populo inflexit, ut ad Ro
manos confugerent, uenditis quæ possidebant. Quos Titus quò quisq; cupie
bat, direxit: ut etiam cæteri prouocarentur Romanis se fine metu tradere. Con
fluebant itaq; reperta egrediendi copia, securi salutis, si ad Romanos conuenirent: nec
solliciti de seruitute, quibus liberras reseruaretur. Hi uero qui sequebant Iohannem ac
Simonem arbitros & incentores seditionis, magis scelerum pœnas, q̃ aduersa belli re
formidabant: ideoq; in tuta sibi refugia opinabant. Nec solum ipsi non audebant egre
di, sed etiam insidias prætendebaut, ne cui liceret è populo urbem exire. Maioq; cura
erat egressionem suorum, quàm Romanorum ingressus, cauere. Tenebant itaq; inuiti,
& si quis deprehensus foret, graues pœnas dabat. Suspicio tenuis, grauissimæ causa mor
tis. Non argumentis ueritas, sed suppliciis quærebatur. Si qui pecuniosi erant, afficto
crimine seditionis rapiebant ad necem: si qui inopes, quia non habebant quo se redime
rent, morti patebant.

Iohãnes et Sĩ
mõ icẽtores
seditionis.

Caput .XVIII.

ETiã grauis fames sæuire, atq; amplius seditio grassari cœperat furore ac uesania:
frumentũ non reperiebat, nullus panis in publico usu. Sicubi esse compertũ fu
erat, illico domus expugnabat. Iugulabat ædiũ dñs, aut frumẽti conditor, quod
occultauisset. Rursus nõ reptis frugibus, quasi diligẽtius absc̃ditæ forẽt, tormẽta exer
cebant. Optabant plerique mortis compendiũ, cum eos aut fames afficeret, aut crudelitas

excruciaret. Deniq; qui seniores erant occidere dedignabant, inuidentes beneficiũ mortis, quibus iam uehemẽtior carnifex fames, miserabili macie uisceribus exesis nuda ossa tenuitate texerat. Spirabant semineces solo adhuc spũ, atq; ægra trahebant cadauera. Si cubi purgamenta holeæ, uel casu lapsa, uel quasi arida piecta aspexerant, reliqua inualidi corpore ore lambebant iacentia humi. Aut ſicubi internata parietibus uisa fuerat herba, rapientes succo infelici miseram solantur famem. Qui ditiores erant, mensuram tritici toto censu emebant. Quid eñ seruarent non profuturæ? Qui pauperiores, uel ordei: ita ut nemo uendentem, uel mentem uideret. Hoc eñ omni grauius scelere punie bat. Neq; uero coquendi panis usus expectabat, ne mors præueniret, aut mora pdito rem arcesseret. In occultis abditi, incoctum mandebant triticum, quibus ulla uel exigua frumenti copia erat. Nulla mensa, nullum sedile, nulla lux: ne quis interueniret, atq; im prouisos deprehẽderet. Si sonus ullus, abscondebant cibi, suspectæ solitudines, frequẽ tiæ paricidales: iter suos triste certamẽ. Oẽm eñ affectũ excludit fames & maxie uerecũ diam. Esurientibus enim pudor dispendium uitæ, & detrimentum salutis est. Si quis uir cui mulier esset, aut filii aut nepotes aliquid escæ haberet, uix fatebat: similiter & mulieres: At cui mitior animus, ubi apposuisset alimoniam, de manibus eius extorquebat. Miserabilis erat cibus, esca lachrymabilis, rapiebãt parẽtibus filii, parẽtes filiis, & deipsis faucibus cibus proferebat. Plerisq; alioæ uomitus esca fuit. Nec marcentia sumere ullus horror, aut uerecundia adimere suis uitæ ultimæ stillicidia. Et hæc tam infelicis species calamitatis metus erat, ne deprehenderetur. Clausis itaq; foribus exercebat, ne quis suæ peruenire qui de ore alieno cibum quæreret, & canum more uomitus alien os lingua sua lamberet. Sed ne hoc quidem impune: nam ubicunq; fores obseratæ suspecta fraus alimenti absconditi. Prosiliebãt ministri seditionum, clausa expugnabant, intolerabilia & nouæ crudelitatis exigebant supplicia. Nec ab ipsis quidem pudendis corporis abstinebat. Per ipa quoq; pœna transibat, quod in his grauior sensus pœnæ sit. Multi cum iam percussores irrumpentes uiderent, paratos rapiebant cibos, ne uel ipsi defraudarentur supremo uiatico, uel certe futuram mortem ulciscerent: & quo grauior uidebat crudelitas, non esuriebant ipsi qui rapiebant cibos esurientibus. Rapinis enim sibi aliorum opes coaceruarant, & alienis conditis pascebant: cum ipsi qui congesserant esurirent, ieiunioq; contabescerent. Siqua materno affectu percita, miserans uagitus infantiæ, succum ciboæ ore proprio uellet infundere, pii operis pœnas luebat, suspensoq; ad cerui cem, uel hærente ad mamillas pignore simul transfigebant. Plerisq; etiam beneficiũ putantes mori, egrediebant urbem, ut herbas uellerent, uel radices depascerent, aut corticES arboæ detraherent, si quid in his uiriditas ad cibi solamina sumministraret, quos inuenientes Romani necabant. At qui hostem euaserat, in ipso portæ ruebat limine fame tabidus, & ore inualidus, quẽ iam & ipsa mandendi officia destituissent. Regressos quoq; excipiebat feralior manus, quæ de gremiis miseroæ summo quæsita periculo, p acerbissimũ extorqueret nefas, nec partem reseruaret pro mercede saltem periculi. Moriebant itaq; maiore suoæ q̃ hostiũ impssiõe. Ea enim quæ hostis indulserat, ciuis eripiebat: nec rapuisse tñ istiusmodi cibum proderat, quippe non multo post uirenti corpore turgescentibus mediis, intimoæ dolore uisceæ quatiebant: aut aluo soluti deficiebant exhaustis uiribus, ut uoti pœniteret, quod ad tempus solatio erat, post supplicio: deinde lacertis uiridibus cæterisq; serpentum generibus coctis exuuiis, pestem addebant. Nam equoæ cadauera si forte reperissent, ĩter se trahẽtes pllo graui decernebãt: nec ab hoste quidem, quæ coacerbarent exitia, feriabant. Nam cum se de urbe plurimi, cum filiis ac mulieribus egredientes in eam partem, quæ præruptorum pfundo præcipitiorũ sinua uerat, contulissent, Romani uelut captiua ducerent mancipia, minoris præsertim ætatis uelut ualidiorem ferirent, ne quis forte bellantibus obrepere auderet, speculabant, ut si quis, cibi quærendi licentia dum rimat radices agrestium, ad ulteriora spatia pdiret, interciperet. Nec tñ circũfuso licet hoste, cohibere se poterant, quibus fames audaciam dabat: cum paruos liberos macie cõsumi, & aperta fame ora frustra extẽdi, ferre nõ posset affectus parentum, quos socios sibi ascíuerant ad periculum, ne pro se quasi fugæ suæ obsides, à seditionis autoribus occiderent, Cogebat fames egredi, quibus bñficium erat fer-

Oẽm affectũ excludit fames & maxime uerecundiam.

Noua & inaudita supplicia Iudæi pessi sunt.

erat ferro perire ieiunii comparatiõe. Contrà Romani, quia contemptores mortis eos arbitrabant, urgebãt genera supplicioæ, uerberãtes prius, affligẽtes quoq; patibulo cruCIS quemcunq; offenderant, quo uel cæteroæ temeritas cruciatuum specie à lacessendi insolentia reuocaret. Miseranda itaq; passio Tito uidebat, tantarumq; acerbitas calamitatum. Capiebant innumeri, quingenti fermè ad diem cruciabantur, camposq; ante urbem miserabilis pompæ ordine prætexebant, ut de muris aspicerent. Miserabant Romani, non mouebantur Iudæi: compatiebant hostes, socii non flectebant: facilius apud aduersarios pietas, quàm apud socios reperiebat. Tamen accendebant plerisq; indignatione, quod in tantis malis deteriores fiebant, diuersis modis afflictos cerneres, uariasq; pœnaæ species, formas supplicioæ tam innumerabili multitudine, ut iam locus patibulis deesset, patibula corporibus. Furebat intus Simon, fremebat Iohannes, insidiabantur singulis per ministros suos: si quis fugere tentaret, tractus per humũ discerpebat. Eoæ quoq; qui abierant proximi cruciabant, aut cruci affixa pleroæq; cadauera suis qui elapsi fuerant ostentabant. Eĩ diuerso etiam ipsi murum quadam patibuloæ segete præteruerant, quasi de aduersariis triumphantes: si quos de suis ad Romanos uelle confugere deprehendissent, ut cæteros transgrediendi metus incesseret. Nullus locus immunis acerbitatis: foris captiuitas, intus fames, formido utrobiq;: minus tamen timebant arma, quàm tormenta, leuiusq; erat confici tumultu potius hostico, quàm paricidio. Nec intermittebat tamen Cæsar inuitare factionũ principes ad spem deditionis. Nanq; structis aggeribus denuntiabat, non longe abfuturæ operis effectũ: imminere urbi excidia, consulerent sibi ut & salutem lucrarent, & templum incendiis eriperet. Id quo facilius crederent, amputatis plerisq; ludæorum manibus dirigebant, ne uoluntario transfugio transisse ad Romanos æstimarent, & quasi perfidis non deferrent fidem ludæis, ipsi necarent. At uero illi pro ammonitione sedula, grauia retorquebant conuitia: funestiorem sibi humanitatem Cæsaris, q̃ crudelitatem uideri, q̃ altera libertatem eriperet, altera uitam auferret: malle se liberos mori, q̃ seruos uiuere, deuouisse animam suam templo. Immortalitatem futuram, si cum templo exustis aris, ac focis paternis immorerent. Nihil egisse Titum, eripuisse parua, dedisse plura, p templo sibi paradisum succedere, illoq; se, qui pro templo dei pugnauerint transferendos, tñ ne oculis suis triumphos Romanos uiderent, & captiua iugo colla subiicerent. Consecrari paruulos suos, non interfici, quoæ parentes cœlestiũ propugnatores fuerint sacramentoæ. Quo commotior Titus, ut eos saltem eriperet, qui inuiti attinebant, admoueri iussit machinas. Erat in exercitu Antiochi Comageni filius, qui uenerat ad belli societatẽ, impiger sanè iuuenis, & manu promptus, sed consilio parum prouidus, qui moderationẽ Romani exercitus lentionẽ ratus, nec considerans muneris difficultatem, insinuauit Cæsari, mirari se q̃ cunctarẽtur Romani muæ succidere. Risit Titus, & ait: Commune est opus. Eo sermone iuuenis sese proripuit cum his, quos armatos Macedonicum in morem promptiores habebat ad bellandum. Nanq; & aliis subnixus aduenerat. Cohors tamen quæ appellabatur Macedonum, & uiribus corporis, & procerítate ipsa præstare cæteris æstimabat. Quibus appropinquantibus, bellum adoleuit. Contrà de muro promptius decernentibus, quos extrema urgebant pericula, & successus præsentis certaminis animabat: cum inferiores, à superioribus frequentius transfigerent, ad superiores non oñia peruenirent spicula, filius tamen regis iuuenta alacris, armis munitior, comitatu succinctior, alios elubebat ictus, repellebat alios, quos etiam ut caueret suggerentibus sociis, instruebatur: & ideo integer à uulneribus perseuerauit: sed de Macedonum cohorte plerisq; (quoniam pudori putabant, etiam naturæ aut munimentis cedere) pertinacius præliantes, uulnerantur. Itaque conatu irrito cessere superioribus: docti etiam uiris Macedonibus si uellent uincere, & alacritatem Alexandri ad præliandum esse necessariam, & uincendi euentum. Nanque ille cum obsideret urbem morantibus cæteris, & circa solennes machinas immorante exercitu, appositis impiger scalis murum, ascendit: fugatisq; præsentibus, qui de muro repugnabant, solus se in urbem deiecit. Nec erat temporis, ut ipse sibi sine comite portas aperiret, cum urgerent pericula: sed immodicus animus, ac uictoriæ auidus, in hostem prosiliuit. Cessere agmina, sed quantos poterat solus proster-

Quingẽti Iudæoæ patibulo affixi sũt

Tãta dissensio inẽ Iudæos ut facilius fuerit pietatẽ apũd aduersarios inuenire q̃ conciues.

Iudæi manibus amputatis in ciuitatẽ remittunt.

Antiochꝰ Comageni filiꝰ hortat Cæsarem ad urbis muros succedendum.

prosterneret. Deinde per diuersas urbis plateas circũfundebant hostes, si in unam partem Alexander incũberet, aliis post se circũuallandi copiam daret. Retorquebat itaq; uictor ingressum suum, ne à populo circũdaret. At illi conserti inter se, urgere cœperunt, inhorrescere super eum telorũ uis maxima, resultabat galea tinnitu, clypeis fragore saxorũ. Ac ni metuentes duci, irrupissent Macedones, uictor innumerabilium gentiũ intra urbem exiguam fuerat oppressus. Fuit igit alacritatis quod murũ insiliuit, hostem deiecit, in urbẽ solus triũphali saltu sese proripuit, impetu suo fugauit populos: fuit tamẽ etiam euentus, qui maxime duci necessarius est, quod tantis ingruentibus populis, tot sagittarũ iaculis, tot ruẽtibus spiculis, nullus fuit lætali uulneri locus. Periculũ itaq; uirtus attulerat, mortem quoq; alacritas inuexerat, si euentus bellantem deseruisset: ingressi sunt Macedones prorupta porta, sic temeritas uictoriam inuenit, & euentus periculum in gloriam uertit. Noster quoq; cum pugnaret aduersum gigantes, inuectus in hostem, à tergo percussorem habebat, sed librantem ictus suos comes regis Abisai puenit. Vex Alexandrum euentus seruauit, prophetam gratia.

Dauid pugna cũ gigãte. 2. reg. 21. ité antiqtatũ Ioseph. li. 7. ca. 12. describit.

Caput .XX.

CEdente itaq; Antiochi regis Comageni filio, & cognoscente non q̃ formidinis, sed cautionis esset Romani exercitus perpensa moderatio, ut aggeribus et uineis, arietibus quoq; & cæteris machinamentis murũ adorirent, extruebant aggeres per numeros opere diuiso: præcipui quatuor insurrexerant, ex quibus unus ẽ regione munitionis (cui nomẽ Antonia) per mediam ductus erat piscinam, quam Struthiam uocabant. Hũc aggerẽ quintus numerus triginta cubitorũ in altitudinẽ fecerat, iuxta Iohannis sepulchrum. Quibus è diuerso Iohannes princeps seditionum cuniculũ suffodit, & Romanorũ opera suspendit: ignorantibus his quid latẽti cuniculo Iudæi machinati forent, quia fulturis tabularũ materia æque subiecta superiora cuniculorũ suspenderat, fraus omnis latebat. Itaq; ubi opportunitas uisa, ignem apposuere, qui adultus sulphure & pice, quibus illita erat materies, quæ fulturam cuniculo dabat, ligna omnia facile cõsumpsit, incendiũ subiectorũ ruina secuta est. Itaq; Romanorũ opera subito lapsa, sonitũ ingentẽ dedere. Puluere itaq; & fumo repleta oia, plurimũ tenebrarũ obduxerãt, maiorẽq; terrorẽ induxerat latẽs cã. Deinde ubi cõsumptis alimẽtis cæteris, quibus primo optus erat liber, postea ignis erupit, dolũ p̃didit, & Romanis adp̃sens q̃dem formido periculi diminuta, sed euacuati laboris graue successit tædiũ: simul quod insultabãt Iudæi nõ mediocris augebat pudor: in reliquũ parandæ expugnatiõis spes refrixit. At in parte alia biduo post, cũ iã murus ariete quateret, Teptheus de Galilæa, Magassalus, & Iabenus, & Agiras direptis facibus in machinamẽta muralia p̃siluerũt. Nihil his uiris audacius, nihil terribilius eo bello ex urbe in hostẽ p̃cessit. In mediũ nanq; hostiũ pruẽtes, nõ trepidauerunt, nõ retractauerunt, sed tanq̃ familiariũ suorũ consortiis immoti, non ante remeandũ putarunt, cũ undiq; in eos pila, sagittæ, spicula iacerent, q̃ subiectis ignibus, adolerent obsidialium instrumẽta machinarũ. Cõcursus ingẽs Romani exercitus, ut incendiũ restingueret: Iudæorũ quoq; clamor & studiũ, quo subtexerant impedimẽta, Romanis ne subueniret. Illi arietes properabant flãmis subducere, isti adhuc spargebant incẽdia. Vnde comp̃henſis oĩbus, quæ uri poterant, Romanos flãmæ circũuallauerant, nisi mature cõsuluissent. Instabãt eñ acriter Iudæi, atq; hoc ipso, quod in ea parte conatus irritos nõ habuerant, successus audaciã alebat. Deniq; nõ cõtenti iã munimẽtis muralibus, ultra p̃grediebant, atq; ipas Romanorũ incessebant custodias, & ad castellũ, in quo p̃tendebãt Romani ultro euersum, perrexerãt. Et nisi Romani noĩs gloria, & militiæ uetus disciplina, quæ munia hmõi deserere grauioris pœnæ arceret formidine, furẽtibus repugnauisset: expugnatores urbiũ ipsi, propriis cesserãt munitiõibus. Versa itaq; spẽs belli, & usus obsidiõis catapultis, & uelocioris gñis iaculis, sese defensabãt Romani, ut Iudæos repellerẽt, quo ipsis ante gñe resistebaẽ. Inter quæ Titus aduenit, clamore excitus, & accersitus ad remediũ. Romanis cõtinuo uires additæ p̃sente Cæsare, & pudor aluit audaciã: Clamãte Tito, graue Romani noĩs opprobriũ, si uersa uice suos amitterẽt, q̃bus iam hostiũ muri, qui diruenẽ, defecerãt, diffidẽtes Iudæos munitionibus, sola niti temeritate, starẽt tantummõ Romani, uictoriã nõ defuturã, Itaq; hortando

Testeus ĩ aliis p̃sertim apũd Ioseph. li. bel. Iu. 6. ca. 12. item loco Labenus, Adiadenus, & Agiras Egiras.

Iando pariter ac præliando Titus statuit suos, auertit Iudæos, qui non solum animis ad mortẽ parati, sed ipso nisu corporis ingruebant, ut Romanos gradu mouerent. Nec mediocre fuit periculum Cæsaris inter confusa omnia, cũ ab hoste socius non discerneret, inter quæ Titus in medio uersabat: audax iuuenta, & gloriæ cupiditate ad præliandum acrior, quo celerius uictoria consummaret, in secundis triũphi ponẽs curã salutis. Depulsis tñ hostibus anceps cõsiliũ: alii reformãdos aggeres, reparanda machinamẽta muralia opinabant: alii absistendũ obsidionis periculis suggerebant, deesse reparandi materiẽ, cõe cũ multis periculum, muro claudendam urbẽ cõsultius arbitrabant, ut conficeret fames defectis subsidiis alimentorũ. Præponderauit hmõi snĩa, ut clauderent, ne liberos excursus haberent, quo amplius & desperatione fugiẽdi, & indigentia cibi conficerent. Diuisis itaq; per numeros portionibus, propere murus surrexit, quo perciti cuitũ oẽm, incluſa est ciuitas. Distribuit officia suis Cæsar, ut noctibus quoq; custodiẽdi uices non omitterent. Prima uigilia ipe obeundi singulos custodiarũ ordines munia curabat: scdam uigiliam Alexandro deputauit: deniq; p ordinẽ tribunis (prout cuiusq; erat solertia comperta) uices mandatæ. Castellis erat murus p interualla intextus, in his manus militũ p̃tẽdebat, uigiles ex æquo sibi somnos, & tpa uigiliarũ sortiebant. Circũibant momentis oĩbus murũ, per spatia quisq; p̃scripta suo muneri, de castello in castellum per ordinem, & munerũ uices, nox frequentabat. Præcisa undiq; spes ludæorũ, clausisq; se infuderat fames, atq; in ipsas populi medullas descẽderat. Personabant oĩa gemitibus deplorantiũ miserabilis mortis supplicia. Repleta erant uniuersa semineçum cadaueribus: & si paululũ expectares, intra momentũ deficiebant, quos uiuentes reperieras, Ipsiq; quoq; qui adhuc spirabant, macie confecti imaginẽ mortis gerebant: Exhausti fame, & tabe luridi, nec oculos q̃dem faciles attollere: quia nullum uigorẽ naturalis motus, consumpta iciunio substantia, dabat. Figura sola hominis remanserat, usus interciderat. Simulacra cerneres, officia desiderares. Arida cutis siccis hærebat ossibus. Si leuis motus uiuentẽ proderet, fœtor redarguebat: exiles artus & color ita niger, ut umbram putares. Nec humandi miseris officia suppeditabant, exhaustis primo oĩbus, & continuo mo impossibilitatẽ incusserat. Plerique etiam condendis suorũ funeribus immoriebant, & inexpleta supmi muneris officia, suo quoq; obitu derelinquebant. Ruebant super defunctos, quos susceperant muniendos, ut ipe quoq; oneri accederet, cui leuando aduenerant, indigens eius ministerio quod alii deferebat. Nec erat ullus dolori locus in cõmuni omniũ calamitate, nisi q̃ autores tantæ miseriæ superuiuerent, nec tp̃s querelæ libertis quidem iam uocibus, si loqui possent. Quid eñ sibi iam morientes timerent? sed tñ mutis iam sensibus aspicientes templũ, quasi inde ultio tam diri exitus deposceret. Aruerant supremorũ munerũ lachrymæ, quia omnem affectum uis mali clauserat. Obrigerat animus, oĩs sensus hærebat, plusquã lachrymanda tolerantibus: deerat iam terra tumulis, defossis oĩbus intra urbẽ locis, quæ potuerunt dare usum sepulchri. Tentabãt aliqui inter duos muros nouũ ostiũ, ueterẽq; urbis p̃cedere nocturno silentio: periculo sa licet, pia tñ furta persuaserant. Itaq; pro uno plures insepulti iacebant, & quod uni deferre gestierant, pro bonorũ munere defraudabant: sed etiam ubi hostis deerat, fames operabat. Sepultor plerunq; p̃ueniebat sepeliendũ, & tumulo eo, quem alii parauerat, includebat subito exanimis: & lapsus cũ defodit, uelut quodã studio opis sui, ius uindicabat. Et ubi terra deerat, tabulata innectebant, ut defunctorum cadauera loculis includerentur. Plerique eos sibiipsi parabant manibus suis, ne deficeret huiusmodi ministerium, atq; in his sese sæpe sponte condebant, suspecti ne mors præueniret, & sepultor deesset. Silebant omnia metu, inedia uocem ademerat, ciuitas plena mortis, & nullus eius latus in exequiis totius urbis: & cum sensus quidem doloris interierat, iniuria non desistebat. Non deerant etiam in tantis malis, deteriores omnibus, uiolatores etiam sepulcrum. Quid dicam, non horruisse cum illuderent mortuis, & gladiorũ suorũ aciem in defunctorũ cadaueribus prætentarent? Nonnulli etiam uiuentium adhuc urgẽdis corpori bus experirent, si tela sibi acuta forẽt, & hic tamẽ usus plerisq; rogantibus denegabat, ut miseros ad grauiora supplicia fames depasceretur. Nequaquam tamen ultio morituris

Ciuitas undiq; muro circũdata est a Cæsare, ne alicui pateret effugium

deerat:

derat: nam ꝙ uiui non potuerant, uindicabant se mortui, ultorem sui fœtorem creantes, quo se de latronibus ulciscerent. Qui grauiter sæuientes quærentesq; remediũ, speciem quandam pietatis induerant: etiam ipsi qui latrocinabant, ut eos de publico ærario sepeliri iuberent. Sed ubi nequitum occurrere, de muro defunctoꝝ reliquias in pfunda præcipitia deiiciebant. Itaq; aspiciens Titus præruptos specus plenos cadaueꝝ, saniem de laceratis uiscerib⁹ innatantem, altè ingemuit, & manus ad cœlum eleuans testabat, haud quaquam illud sibi ascribendum, qui uoluisset ueniam dare, si deditio ꝓcederet, expectasse se ut pacem rogarent: paratum se ut incolumes seruaret, si bellum deposuissent. Iubet itaq; aggeres rursus iacere, etiam non propinquantibus syluis, quia succisa erant omnia suburbana nemora syluaꝝ. Vehebant materiem milites, spe uictoriæ solantes laborem. Nec tñ frangebant animis principes seditionũ. Furebat Simon, nec tantoꝝ mortibus exaturatus cedebat, & quia inimici deesse cœperant, in socios conuertebat.

Caput .XXII.

Matthias, a quo in urbẽ receptus est Simon, occidit.

DEniq; nec Matthiam quidem, quo autore in urbem receptus est, excruciatum necauit, nullius apud se conuictum flagitii, sed insimulatum proditionis, & suspectum consilii, quod in usum plebis sedulò, & sine ulla fraude, tãquam familiari crediderat insinuandum. Id altè impressum aliquãdiu tenuit, nec iam se ut amico credidit, sed aluit indignationem, indicio dissimulato: ergo insimulatum apud se, quod cum Romanis studio congrueret, & conueniret, rapi cum filiis iubet. Accersit, nec defensionis uilla copia dat, ante examen adiudicat supplicio, nec eius soboles excipit, sed pœnæ adiungit. Orabat non uitæ usuram, sed mortis celeritatem, naturæ ordinem, ut prior occideret, ne filioꝝ neces spectaret, nec superstes esset funeribus liberoꝝ suorum, ipse continuo funus futurus: non impetrauit, quod ipa pietas exigebat, etiam si nõ rogaret: Hoc rogabat sibi reddi pro munere, quod ei urbem aperuisset: reus quidem patriæ, sed conciliator Simonis. Debuerit ille hanc pœnam ciuibus, debebat tamen ei Simon gratiam. Quo crudelior, qui nec amico pepercit, nec patrono receptionis suæ, pœnam relaxauit. Ducit ad supplicium cum tribus liberis: nam quartus fuga se exemerat. Statuit in conspectu Romani exercitus insultationis specie, ut supplicium eius uiderent, ad quos egredi desiderasset. Liberent te itaq; si possunt amici tui. Deducunt & filii, nec suprema liberis oscula dare, nec ultimo cõplexu filios suscipere permissus: non fraudatus tamen uocis paternæ libertate, miserabili filios alloquio ꝓsequebat. Ego filii uobis hostem induxi, ego carnifices adhibui, quando Simonem ingredi in urbem rogaui. Ille dies nobis mortis huius, ille paricidalis causa spectaculi. Meruí fateor, nec culpam excuso: dum unum reprimere gestio, accersiui deteriorem. Ad auxilium Simon petitus, & ad paricidiũ patriæ conuersus: fedula consilia in crimen deduxi. Rei fuimus patriæ, qui defensorem quæsiuimus. Et recte quidem soluimus pœnam imprudentiæ, non tamen perfidiæ. Absoluit nos Simon ipe, dum perimit: qui pronuntiat non sibi a me donatum, sed patriæ contuitu petitum, ut contra Iohannis sæuitiam auxilio futurus, quamprimũ adesset, & Idumæos induceret. Putabamus, duobus inter se conferentibus, liberam plebem futuram. Quis mihi crederet, non tibi id meo studio detulisse, sed de malis hoc tolerabilius æstimauiisse, nisi tu occideres? Sed quid ego sic loquor, quasi crimen excusem? Nihil sanè mea sententia grauius facere potui, quàm quod te in ceruicibus nostris locaui. Sed in eo patriæ reus, non tibi fuerim. Debuerim ego ciuibus mortem, sed tu mihi gratiam. Debuerim patriæ pœnam, ꝓditionis, quod te induxerim. Tibi quando esse proditor cœpi? Si fugiendum putassem, consulueram mihi, nõ uiolaueram patriæ necessitudinem. Quis enim hostem non defugit, & hostem interemit? At te ciuem putauimus, sed hostem inuenimus. Ad auxilium petitus, quid repedisti? Quid ante pollicitus? & quo postea conuersus? ingressus eras ut hostem expelleres, non ut hostem exerceres: ut prohiberes ciuium neces, non ut ipe adiungeres: ut latrocinium repelleres, non ut latrocinareris: sed ut subueníres innocenti populo. Cur in ipsum tua arma uertisti? Antè latrocinio appetebantur, tu bellum intulisti. Antè pauciores ad mortem rapiebantur, tu stragem populoꝝ fecisti. Quis proditor patriæ, quis Romana arma plus iuuit, nisi qui extinxit patriæ propugnatores? Nisi qui eripuit tanꝝ

Matthias ꝓhibitus oscula dare, mox moriturís filijs, uerbis deosculatur

Expostulatio Matthiæ contra Simonem.

orum ciuium defensionem? Nisi qui ab hoste in socios detorsit mucronẽ? Hostis extra muros pacem offerebat, tu intra muros præliabare: Ille obsidionẽ uolebat soluere, tu expugnationem approperabas: Ille prohibebat incendia nostræ urbis, tu flãmas in ipsa tẽpli iaciebas fastigia: Ille nostrorũ contuitu sacramẽtorum inducias dabat, tu per ipsos sacrorum dies altaria dei supmo urbis excidio, sacerdotum quoq; sanguine restingebas: Ille muros, tu templũ obsederas. Coacerbabo crimina mea. Ego patriæ manus intuli, ego tuũ furorem armaui, ego hæc uniuersa delirameto quodam senectutis exitia impressi. Agnosco demẽtis ætatis imprudentiam. Confessione leuemus pudorẽ, quoniã negando peccatum exuere nõ possumus. Duo præ cæteris excidium patriæ acceleraui mus: ego errore consilii, tu proposito paricidii. Pẽdo igitur, patria tibi debitas pœnas: & hoc ipso Simoni gratias ago, ꝙ cineribus tuis supstes non ero. Atq; utinam non liberis essem superstes. Sed ad sceleris tui Simon acerbitatẽ, filiorum necis spectator adfuisto. Meruí fateor, quia Iohannẽ pictum uidere nõ potui, & te armatum elegi. O præcipitem senectutem: imaginẽ timuimus, tyrannum expetiuimus. Ego fideiussor tuus, ego deprecator tuus legationẽ pertuli. Ego te dominũ rogaui, percussorem introduxi. Spectemus ergo quæ fecimus: Iohannis nos cera terruit, Simonis latrocinia delectauerunt. Acceleretur itaq; pompa funebris, ueniat carnifex, filios ante ora patris, patremq; obtruncet super filiorum cadauera. Hauriam miserabilis senex ictum carnificis, sup collapignorum sæuam uibrantis securim. Quo spectaculo nihil funestius, nisi ille qui iubet: Crudelis, sceleste, facio quod præcipis: facio, sed inuitus. Habeo tamẽ consulationem tantæ calamitatis. Patior quicquid miserrimũ est, dum tu iusseris. Quicquid est immanissimũ subeo libenter, te arbitro. Implesti mensuram scelerũ sæuissimorum, liceat saltem affari liberos, extremum pignoribus uale dicere. Sit ultimus locus osculis, quæ nobis etiam cũ feris cõmunia sunt. Non prohibeatur miserabilis amplexus naturæ, quẽ etiam defunctis potest casus donare. Quod igitur ad pœnam præcepisti, ꝓficiet ad pietatem mihi. Cadam super funera mea, & insepulta adhuc, uelut quodam corporis mei cespite, tegam: ne discerpant uolucres, aut feræ deuorent. Lambã lingua patria sanguinem meorum pignorũ: & meum diluam, ne lambant bestiæ. Et fortasse addet hoc pietas, & miseratio naturæ ipsius: ut arctissimo amplexu moriens, liberos meos stringam: ne tu separare possis, quũ uelis. Certe si separabis corpora, animas tamẽ non separabis. Sed satis iam lachrymarũ uiaticum sumpsimus: Præite filii, & secuturo patri, uiam parate. Si potuero consequi, comitabor simul, & erit illic impedimẽto senectus, quo uiuentes iuuenes minus cõsequar. Ad mansionẽ præcedite, ut fessum patrem suscipiatis diuturno hospitio. Volui quidẽ præcedere ipse: & rogaui, sed nõ impetraui: tamẽ ꝙ innocentis estis, eo meliora uobis hospitia deferentur, q̃ si ipse accersitor Simonis præuenirem. Grauat me illa legatio, licet à ciuibus mandata, petente populo suspecta. Præcedite ergo filii mundiores, supernum iter carpentes uestigio. Et Machabæi matrem præuenerunt: sed illi ad præmiũ, uos ad supplicium. Spectauit tamen pia mater moriẽtes filios, & supra suorũ se uolutans sanguinem, uidit cõplectentes se inuicem fratres naturæ necessitudine: & suo letabatur triumpho, quẽ de tyranno consequebatur. Diuersa quidem patientium merita, sed eadem sæuitia utriusq; præcipiẽtis. Inuenit hoc Antiochus Persica immanitate. Apud ipsos eñ nouorũ sunt cõmenta suppliciorũ. Tu executus es, ille tamẽ seruauit ultimam matrẽ ad persuasionem regiæ uoluntatis: tu seruari iussisti patrem ad cruciatũ paterni doloris. Cõsolamini uos filii charissimi, patimur nos qđ passi sunt martyres. Simon statuit, quod persequutor barbarus iuenit, tyrannus præcepit. Proficiscamur igit uolentes. & fugiamus cõuentus latronum. Sanè cum in illam perpetuam domum discesserimus: si qui ad nos uenerint, qui requirant, qui agit ille quõdã dei populus, quid illis respõdebimus? Maxime si uobis, utpote iunioribus, interger æui Ionathas, mihi Saul, utpote pecatori occurrerit. Quid (inquam) dicemus, nisi populum illum luda nouellum dilectũ, quem mare fugit, cui sol stetit, cessit Iordanis: Populum (inquam) illum cui peruius fluctus fuit, aër fertilis, terra cœlestis: quæ non ut uestra hæc terra, speciem corruptionis induerit, sed resurrectiõis gratiam assumpserit: seruite nũc Idumæis, & subiectũ esse Simoni latronũ principi, nec seruitutẽ ipsam

Alij, Sit ultimus locus osculis &c.

Iubet Mat. liberos præire ad mortẽ exẽplo matris Machabæorum.

habere ſecuram,nec periculum cum libertate. Quid ad hæc reſponſuros putamus, qui elegerunt bello perire, quàm libertati patriæ ſuperuiuere? Quid etiam Matathiam reſponſurum Machabæorum autorem,qui maluit obſeruãdo legem ſabbato feriatus mori,quàm præliatus uiuere? Si audierit quomodo Simon, non ſolum ſabbato cædes ciuium innumeras agitauerit, ſed ipſos ſacerdotes domini, neomeniis & omnibus ſanctis feſtæ celebritatis diebus iugulare coegerit? Quantum ingemiſcet lechonias cum audierit Simonem,qui ſeditiõibus primo urbem euerterit, cæde ciuium uiolauerit templi uetuſtam religionem,conuentum toties,ut ſui deditione urbem exueret,incendio ✱ male perire omnia,excidio urbem,templũ exuri,plebem totam interfici, ne occupatæ inclinet dominationis faſtigium? Quantum, inquam, dolebit lechonias, licet tempore malorum urgentium minus felix imperio, melior tamẽ filio? Pater enim ſibi minus felix eſſe quàm patriæ,licet miſerabiliter,pie tamẽ maluit. Itaq; ſe cum ſua proſapia, egreſſus urbem, Babyloniis obſidentibus in ſeruitium dedit,ne euerſam patriam,ne populum dei captiuum uideret. Filius autem ærumna pari,ſed affectu impari: dum ſibi metuit,& ſe in exilium,& urbem in excidium deduxit. Hic itaq; infelix patriæ,nec ſibi felix: qui & liberos ſuos & oculos amiſit: ille autem prudentior, qui captiuitatem ciuiũ ſua redemit captiuitate. Deniq; exitus docuit: iſte in regno ſenior, ille iunior in ſeruitio defecit,quamuis ei poſtea thronum regium Babylonius rex iuxta ſe conſtituerit,& conſilii detulerit prærogatiuam, miſeræ calamitatis ſolatia. Deniq; tolerabilior iã mea ſors eſt,poſt liberam mortem mori,q̃ uiuere: ut ſcias quàm crudelis ſit,qui filios ante ora patris iugulet. Cuius etiam regalia munera deteriora ſunt, q̃ pietatis uulnera. Aut enim tam impia inferre primo nõ debuit, aut tam honorata poſtea ſubſtituere, quaſi quæuis dignitas redimi poſſit filiorum amiſſione,aut compenſari cædes ſobolis quouis uſu honoris: nulla profecto, nulla dignitas tantum dolorem alleuat. Nullus honor curat hoc uulnus,niſi ſola mors quæ ſenſum adimat, recordationem auferat. Feſtina ergo perculſor,remorare tamẽ dum liberos uideo,dum priusquam moriantur aſpicio,ne quis ætatis forſitan immaturitate turbatus, mortem timeat,cũ ſæuiorem euadat tyrannum. Beneficium eſt filii mori, ne patriæ uideamus captiuitatem: tolerabiliora corporis q̃ mentis uulnera. Iam tolerabilius & ueſtras neces ſpecto,quas refugiebam, ne ſpectẽ neces in cõmune oĩm,ne uideam patriæ buſtum,& totam urbem ſepulchrum ſuorum. Beatior tamẽ qui mortuus fuerit, q̃ qui reſeruatus. Sũme deus,ne inter innoxiorũ greges ſternatur Simon cum liberis ſuis,ſpectet captiuus quæ intulit: imõ minime, inquit, nã quæ poteſt cogitare,poteſt ferre: nec tũ ea imprecor. Cõſideret q̃ graue nefas ſit, qd nõ põt uel uoto retorquere q patitur,q̃ acerba ultio, q̃ ſæua cõmiſſi ſceleris ĩmanitas, qd optat patriæ captiuus ſupſtes,qa peiora ſunt uitæ ludibria,quàm mortis ſupplicia. Sed iam finis uerboꝝ ſit. Feſtina carnifex dum cruentũ ſanguine filioꝝ gladium geris,pcute patrẽ, ut nullus refrigeret. Hoc ſolũ morituro medicamentũ eſt: hoc ſolo nõ ſentiẽ ictus mucronis,dolor uulneris. Percute ſub cõſpectu Romani exercitus, ſicut imperatum eſt,ut ſpectent uindicaturi. Miſereat hoſtis,qa ſocius nõ miſeretur: iudicẽr Romani,qa Simon occidit ſine iudicio: teſtes ſunt ipſi me nõ proditorẽ patriæ, ſed defenſorẽ fuiſſe: qui pugnantẽ uiderũt,nõ deſerentẽ. Liberis ego meis,ſi potuiſſem, hoſtẽ auertiſſem,nõ hoſtẽ accerſiſſem: atq; utinam nec Simonẽ accerſiſſem,nec finis ullus adhibitus tantæ crudelitati. Iacebant adhuc cũ patre inſepulti liberi: adiungitur & ſacrilegiũ ſpectaculo paricidali. Cædit Ananias ſacerdos,claro genere ortus,licet nemo clarior ſit ſplẽdore generis, q̃ munere religiõis. Illo emẽ affectatur nobilitas, hoc nõ deſideraẽ. Habebat ſibi uetus ꝓſapia diuerſoꝝ faſces honoꝝ, habent & ſacerdotia ſuos faſces: qui eleuantur nõ humeris,ſed moribus: & attollũtur nõ uirgarum ꝓceritate, ſed laboꝝ ꝓſeuerantia,& fidei altitudine,pietatis faſtigio. Percuſſus eſt etiã ſcriba Ariſteus claræ & ipſe originis: & cum ipſis alii de plebe qndecim ptæeminẽtes cæteris: licet iniuſtam necem, nõ nobilitas faciat,ſed innocẽtia. Præoccupant etiã uiri undecim,qui pariter cõſpirauerant,cõmoti ſcelerum eius atrocitate,& ſibi quiſq; metuẽtes, quæ in alios exercerat uidebant, ꝙ infidelis etiã amicis foret,& ſpes ademptæ,populãteuniuerſos fame. Romanis iamiamq; irrupturis: turbato Simone ad opem defenſionis, bacchante ad officia nam

Quidã,malle perire oĩa excidio &c.

Crudelis eſt qui filios añ ora patris iugulat.

Ananias ſacerdos occiditur.

nam crudelitatis,facilíq; illecebra proditionis, ꝙ Iudas unus ex ipſis turrim tuendã ſuſceperat. Is igíẽ cum Romanos uocaret,traditurũ ſe pollicens turrim,faſtidientibus aliis ꝙ tam ſero proditio procederet,aliis dubitantibus, quia frequẽter promiſſa deditione dolum parauerãt,præuenit Simon,& de uniuerſis cõſpirationis ſociis,pœnam exegit: corpora quoq; eorum de muro præcipitata.

Caput .XXIII.

CLauſus tenebatur Ioſephi pater,nec ullus ad eum acceſſus patebat. Eo ſtudioſius Ioſephus ad deditionem inuitabat Iudæos,& incõſultius murũ ſucceſſerat, ut liberaret patríam cũ patre. Quo loci caput percuſſus, concidit: ac penè ætatis deſuper telis oppreſſus fuerat, ni præcepto Cæſaris miſſi forent, qui eũ protectũ clypeis eriperent neci. Comperto mater filii ſui uulnere,& inſultantiũ latronum cõſternata uocibus,mortis eius formidinem ſimul & fidẽ induit: miſerabiliter quoq; deplorare occepit: ad hos fructus fœcũditatis ſe reſeruatam, ut nec officio uiuẽtis filii poſtiretur,nec ſepeliret defunctum. Voti quidem ſui fuiſſe,ut ipſe potius matri ſepulturã daret: inter eius manus ſup̃mum exhalaret ſpiritum. Ille frigidos artus deficientis ſoueret,ille ultímos ore anhelitus legeret,ille oculos morientís clauderet,ille ſpirantia ad huc ora componeret. Sed quía uoto excíderat, ſolatium fuiſſe, ſi uel ipſa intereſſe potuiſſet filii morientis ſupremis. Miſerabili quídem ſorte, ſed tolerabili tamen,ut quem ſuperſtitem optauerat,eius uel funus teneret. Veruntamẽ uel de muro ,inquit, ſpecta re mihi mea funera líceat: & ſi contingere nõ lícet, utinam quidem nemo arceret. Sed quem metuam tanto deſtituta filio? Quid pertimeſcã cui beneficium eſt mori? Vtinã in me tela ſua omnes contorqueant, omnes gladio me transfigant, quod uiuens nõ potui,ſaltem filii mei corpus ueſte mea protegam. Abundat unius ueſtimẽtum ad ſepulturam duorum,& fortaſſe quiſq̃ hoſtiũ miſerebitur: ut amictu filii matris oculos tegat, & oculos oculis,manus manibus, orí ora connectat. Prorípiens itaq; ſe ad muros, cœlum ipſum miſerabili queſtu replebat. Inſultabãt ſui, flebant Romani: apud ſocios crudelitas, apud hoſtes miſericordia. Figite ,inquit, me, ſi qua eſt pietas,ego genui quẽ pequẽdum putatis. Ego ífelícia hubera dedí,me extinguite,ſi deillis uindictã quæritis.

Ioſephus ad deditionem hortãs Iudæos,graue uulnus accepit, qđ cũ mater eius reſciuiſſet,miſerrime exclamauit.

Caput .XXIIII.

DVm illa deplorat, ecce ad uocem matris proceſſit Ioſephus , & deflere cœpit ꝙ euaſerit,cui dulce fuerat ante patriam mori,& pro patria dum ſalutaria ſuadet,procumbere. Sed iam nõ pro parentũ contẽdere ſalute, qui depoſiti æuo cum in carcere uitæ fínẽ ſupremũ exígant: liberãter, ſi moriantur: ſed ꝓara,pro templo,pro ſemirutis adhuc urbís mœnibus trepídare. Obtuliſſe ſe uulneri,ne patriã euerti uíderet. Qua excitati querela,pleriq; ad Romanos tranſeundũ rati: qua potuerũt uia, ſubtraxerunt ſeſe inſidiis latrocínãtium, & cuſtodiís prætendentium. Quibus quidem Titus miſericordiam promiſſam ſeruauit, ſed alía grauior ærumna accidit. Nanq; ubi data alimẽti copia,cœpit oneri eſſe cibus, qui prius uſui erat, deſuetiſq; edendi officiis, miniſterium feriebatur. Nulla uís dentium ut cibũ manderent, nulla arteriarum ſubſiſtentia,panem arrodere nullo poterant modo. Si quid ſanè ſorbuiſſent mollioris alimoníæ,interclufis iam faucium meatibus, ſtrãgulabãtur. Obriguerant interiora uiſcerum, obſtructi erant ductus ciborum. Aruerunt ſecoris uenæ, quæ cibos attrahunt. Perierat uſus,auiditas cumulabatur,uirtus defecerat,appetentía manebat. Ruebant ſupra cibos miſerí,& inualídos morſus,more infantium meditabantur. Pleriq; uiſis alimẽtis, ipſo gaudío defíciébant,atq; inter exoptatos ſibi cibos, moriebantur: ſolati miſeriam ꝙ uotum impleuerant. Sed erat pompa lachrymabilis,cũ plures à cibo ad periculum ſurgerent,q̃ ad ſalutem,ut & uictus noceret. Inflabãtur emẽ inſolito cibo potius, q̃ reficiebantur,& quaſi quodam hydropiſis morbo, diſtenta cute pœnas dabant. Et ſi quibus ulla adhuc uirtus edendi,auiditas modum neſcia,quod ferre nõ poterant,ſupra menſuram ingerebat,repentino cibo farti dirumpebantur. Quíd emẽ graue nõ erat, quibus erat gravís & ſolus affectus,ut obeſſet uidíſſe,quod deſiderauerant? Incapaces emẽ affectuũ per longam famẽ, oppreſſit etiam ſenſus naturæ: & ipſe gaudíi motus grauauit. Nihil emẽ mirum ſi exhauſtis,periculo cibus eſt, Deniq; poſt biduanũ ieiunium, ſi quod auidius

Multi Iudæorum uiſo cibo deficiebant.

ſumpſeris,ſtatim crudeſcit. Vnde pleriſq; moris eſt, ut ſuccũ lactis infirmis uiſceribus infundant,eoq; cum melle permixto temperent,humorum exaſperatam ieiuniis intẽperantiam,& defectionem corporis,uelut infantiam quandam,molliore cibo nutriant. Sic ergo nõnulli Iudæorum,qui ad Romanos cõfugerant,poterant euadere quadam arte penſantes moderamina cibi:donec deſueta edẽdi caro,in ſuos rediret uſus. Nec hoc tamẽ profuit miſeris,ſed cauſa maioris exitii fuit. Nam cũ ex his pleriq; accepto cibo aluum purgarent,egeſſerant aliqui bimones aureos,quos abſorbuerant,cum adornarent fugam: ne deprehenſi, quia inſidiatores omnia perſcrutabantur,nõ ſolum diſpendio, ſed etiam periculo forent:Scelus eñ ducebatur,aurum quenq; præter latrones habere. Hoc itaq; poſtea Iudæi,ſpecie miſerabili inter inquinamẽta alui aurum legebant. Comperit id quidam Aſſyrius,& ab uno in omnes opinio manauit. Quod genus hominum præceps ad auaritiam,& paratũ ad uerſutiam:nihil tam atrox ſit quod refugiat,nihil tã turpe,quod erubeſcat ſtudio pecuniæ. A Syris in Arabas diffuſa fama eſt, quibus & nõ minor auaritia,& feritas barbaricæ propior ĩmanitati,eo qđ farti auro Iudæi forent:diripiunt quoſcunq; offenderant aduenientes,contra fas,contra leges deditionis,contra promiſſum Cæſaris,q; occidi nõ licebat:incidunt adhuc uiuentes,cruentiſq; manibus euiſcerant uentris ſecreta. Aluum ſcrutantur,& inter eius manãtia purgamenta aurum requirunt,nõ minus turpiter,quàm illi quos adigebat fames:inſuper etiam ſæua crudelitate. Multa acerba eo commiſſa prælio:nihil hoc uno acerbius. Deniq; una nocte duo milia ferè uirorũ diſciſſa ſunt tali flagitio. Diuiſiſq; uiſceribus,quæſtus ſuos Syria numerabat: Arabia negociationis recẽſebat emoluměta,quæ ſine transfretati maris periculis, nouo crudelitatis cõmento,in uſum lucri uerterant,& mercem putabant. Quod etiam nunc in huiuſmodi hominũ genere reperias,& nõnullis ſæpe Aegyptiorum,ut curandis funeribus negocientur,& officia humanitatis uendant mercaturæ cõpendiis. Miſera fames auri,nihil ſequendũ putat,niſi quod ad præſens lucroſum:nihil honeſtum,qã pecuniæ uacuum. Grauis iamdudũ, grauis inoleuit humanis affectibus quærẽdi cupido,& mercatura facta eſt uita hominũ: ueno & empto uiuitur. Serpſit itaq; uitiũ in innumeros,ut iam tolerabilior cõmutatio mercium ſit,quàm moꝝ animorũq;. Infecit Syrorum auaritia etiam Romanũ exercitũ. Nihil eñ facilius in alterũ tranſit, quàm amor pecuniæ,& deſiderium habendi: præſertim finitimas opes, quibus uicinus abundauerat. Nec eſt ulla paſſio,quæ magis uirtutem animi effœminet, quàm cupiditas diuitiarum. Deniq; uerſutia laudi datur,paupertas probro habetur. Impediuit hoc uĩdictæ ſe ueritatem,quia ĩnumeri reperti tanto furori obnoxii:ideoq; Titus,qui uallare circũſuſo exercitu Syros & Arabes propoſuerat,cõtemplatione multitudinis reuocauit ſententiam: ut ſuperioris delicti gratiam faceret,& ne poſtea cõmitteretur,pœnã denũtiaret, uerborumq; auſteritate grauiori ſuos argueret, q; auro ſuccincti & argento, pretioſiſq; telis nitentes,nec arma ſua erubeſcerẽt, ut tanto ſe dedecore dehoneſtarent. At uero Syros & Arabes increpare q; immemores Romani nominis, dictu quoq; horrida excogitaſſent:ueniſſe eos ad belli ſocietatem, nõ ad exercitiũ flagitiorum. In exercitu Romano non ſolũ uirtutem corporis,ſed etiam mentis requiri:nec tantũmodo fortitudinem in hoſtem,ſed etiã diſciplinæ normã ſpectari:ne crudelis, ne impius, ne inſolens miles ſit:ſed ne prædæ potius quàm uictoriæ intẽtus. Ea grauia uideri militiæ flagitia,& uindicari atrociter. Inter arma quoq; leges ualere, fide melius bella geri, quæ ſeruetur etiã hoſtibus. Si ergo & armatis debetur, quanto magis precantibus? Proinde cauerent ab huiuſmodi flagitiis,ne & uictoriæ exortes,& ſalutis fierent: Neq; ſe diutius paſſurum ut eorum ſceleſta flagitia Romanis aſcriberẽtur,qui plus oneri,quàm uſui forent. Itaq; repreſſit aliquantũ non executi auaritiam Syrorum, ut arbitrum fugerent,nõ ut præceptum fouerẽt. Deniq; explorato prius,ſi forte Romani militis deeſſet præſentia,de miſerorum uiſceribus execrabile lucrũ pferebatur, nec tamẽ in oĩbus ſequebatur etiam pdæ euẽtus,ſed in paucis. Quo crudelior feritas:quia nõ ſolum propter opes, ſed etiam propter ſpem lucri plurimi extinguebanť:cũ latrones ipſi, & ſeniores piratæ,latronibus à latrocinio temperent, ubi prædam nõ ſenſerint. Solius eñ babaricæ immanitatis eſt gratis nocere,Nam & ipſæ feræ ut interficiant, prædam ſequũtur,Foris itaq; pœnæ acerbæ

Iudæi aurũ abſumptum in famis angustia, in excremẽtis recolligunt.

Arabes incidũt uiuẽtiũ uiſcera ut exĩs corradãt aurum.

Inter arma leges ualere plurimũ debẽt,ut etiam hoſtib⁹ ſeruanda fides ſit.

acerbæ,intus immanior Iohannes. Caput .XXV.

Eniq; cum talia gererẽtur à Syris, etiam ſi aliqui reuocarentur,indicio cõperto,transfugere tamẽ alii nõ deſinebant. Inter quos Mãneus Lazari, qui aſſerebat per unam portam ſibi creditam centũquindecim milia mortuorum elata, additis adhuc octingentis octoginta funeribus, exquo ipſe tuẽdi uicem huiuſmodi recepiſſet muneris:idq; ſolo eorum numero collectũ, qui mercede publica ſepulti forẽt, præter eos quos ſepelierant ſui. Quæ aũt ſepultura? niſi ut de muro cadauera deiiceren tur. Poſt ipſum pleriq; nõ ignobiles uiri,confugiẽtes ad Titum,ſexcẽta milia defuncto rum fuiſſe,qui per portas elata numerata ſunt, cõmemorabant. Eorũ uero cadauerum, quæ propter infinitam pauperum multitudinem efferri nequiuerunt, atq; in maximis domibus diuerſorumq; opeꝝ ſpatiis conſtipata ſint, numerum fuiſſe inæſtimabilẽ. Et adhuc erat proceſſus malorum, quæ iam ſuperioꝝ omniũ finem uicerant. Adhuc ſæua obſidio,bellum graue:maioribus iam tamẽ ludæorum animis,q; uiribus. Super omnia uero fames tetrior, quæ inſidiaretur iumentis aluũ purgantibus, & uetuſta rimaret̃ bonum ſtercora:ut quod uiſu erat horribile,hoc fieret eſca eſurientibus. Miſerabilis congeries inſepultorum corporũ, & circuitu longo terra ipſa tecta cadaueribus,repleta antemuros omnia,terribilis ſpecies,horror grauis,odor peſtilens: qui nec uictores,nec uictos diſcerneret. Vtriſq; ſimul noxius, & maiore Romanoꝝ impedimẽto, quibus neceſſe erat,iacẽtes reliquias cruẽtato proterere ueſtigio: terra ipſius inculta, ſuccisis omnibus,quæ ad uſum militis & machinarũ neceſſario cõueherentur. Per tredecim fermẽ in circuitu urbis miliaria longe lateq; uaſtata humus,& nudum gignẽtium ſolum. Omne illud pomerium,in quo antè nemora uiridãtia,horti inhalantes floribus, diuerſa pomaria,ſuburbana prædia gratam ſui ſpeciem dabant: ſi quis poſtea uidit hoſpes, ingemuit:incola nõ recognouit, & ad genitalem regreſſus locum,cũ præſens adeſſet,patriam quærebat.

Quidã uiri nobiles detulerũt ad Titum ſexcẽta milia mortuorũ p unam portã elata.

Caput .XXVI.

Reparatis itaq; aggeribus & uineis,cæteriſq; machinis obſidionis, renouatus eſt belli furor,& quaſi ad extremã operis manum utrinq; ſtudiis conſpiratũ: Totius eñ periculo certaminis decernebatur: quia & Romanis ſoluenda obſidio foret, ſi aggeres & arietes incenderẽtur, quibus per inopiam ſyluarũ reparationis ſubſidia nõ ſuppetebãt:& Iudæis excidium patriæ incũberet,ſi manu cederent,cũ quaſſata murorũ repetitis arietum ictibus reſoluerentur. Proceſſere itaq; Iudæi cum facibus adeo feroces, ut tanquam ceſſuro ſibi Romano exercitu, incendia in machinas ſparge rent,obſidionẽ ſoluerent. Sed exhauſtæ iam uires fame, & res fractæ priores ſucceſſus negarunt, ſubſtantia defecerat,audacia manebat. Contrà Romanis maior pudor, ſi ab his qui extremũ fame ſpiritum traherent,uictoria de manibus diriperetur. Conſerto itaq; prælio, repulſi principes ſeditionis,ad murorum ſubſidia bello impares recurrerunt. Sed ubi dubia murorũ cæſura repetitis ictibus Iohannes haud incurioſus extremi ſubſidii circũſpexit, interiorẽ murũ, quaſi in .C. literã, duxit. Poſtero itaq; die conuulſa parte murali, fragor labentis ædificii, & clamor Romani exercitus ſimul increpuit, quaſi patrato excidio muri prolapſione. Sed ubi conclamatæ urbis inſultauit ſonus, uerſa uice rerum noui muri ſpecies, improuiſa Romanorũ gaudia reſtrinxit, Iudæorum audacia ſucceſſit, quia periculũ differebatur. Tunc Cæſar exercitum adhortari cœpit, ut nouum illum murũ ſine ulla cunctatione adoriẽdum putarent, quẽ conſtructio recens infirmum,& facile ſolubilem proderet:auderent modo animis procedere fragmẽta mutalia, aſcendendi facilitatẽ datura, ut præliantes Romani Iudæis, de ſuperiori loco decernẽtibus adæquarẽť. Et quia cũctantes uidebat rei difficultate, ualidiſſimos quoſq; iuxta ſe cõgregans, in bellum accendebat tali oratione.

Caput .XXVII.

Omnium rerũ exitus plus negocii, quàm principia habere nulli incognitũ eſt fortiſſimi cõmilitones, quia cõſummatio ſuſcepti muneris maiorẽ quærit laborem: ſiquidẽ toto libera mari currit nauis,& ſi nõ ſemper à puppe uentorũ aſpirẽt flamina, gubernator tñ obliquat uelorũ ſinus,& ſine refragio ſcindit̃ fretũ. Sed ubi ad portũ uenitur, opportuna aurarũ temperies neceſſaria eſt, & anguſto ingreſſus

Oratio Cæſaris qua nititur animare ſuos ad muros aggredientes.

nauium coërcetur limite. Maior itaq; periculi cura, ubi spes propinqua: ædificantibus quoq; plana exordia fundamẽtorum, sed ardua celsorum opera fastigiorum. Et plerũq; in ipso operis claudendi fine, mercedis suæ munere defraudatur miserãdus faber, aut culminis lapsu obrutus, aut instabili deceptus uestigio, ut ad inferiora decidat. De agricola quid dicam, cui procinctus laboriosior messis, quàm segetis: uindemiæ, quàm putationis: & adultis fructibus grauiora semper metuenda pericula? Nihil ergo nouũ, si adhuc nos in ipso portu cõsummandi cursus periculũ manet: igitur p̃ anguſtiora uirarum scandendum est ad Antoniam: quo deiectis inde aduersariis, superiorem occupãtes locum, ac supra uerticem locati hostium, ipsos quodammodo anhelitus eorum intercludamus. Sed difficile hoc nobis uidetur cõmilitones, quasi uero ad ludum, non ad bellum cõuenimus: in quo aut uincendum, aut moriendum sit uiris. Tunc ergo debuerat is excusare, quando ad prælium ueniebatis, ut uindicaretis cladẽ Romani exercitus, & maculatæ militiæ probrum dilueretis. Si Neronis tempore ulciscendam iniuriã Romani nominis æstimabatis, quid uos decet uelle Vespasiano imperatore? Lauemus superioris imperii notam, ne nostro adhæreat, quam Nero quidem remoturus per Vespasianũ æstimabatur. Vespasianus per Titum in se transfuderit, nisi uicerimus: Exequẽda nobis tantummodo supplementa uictoriæ pater reliquit, quo fusis incassum tantis laboribus, dedecores inultiq; referemus gradum, uictoriam derelinquẽtes: quasi nõ leuius crimẽ sit de militia decedere, quàm uictoriam deserere: Illud eñ formidinis, hoc proditionis est. Sed periculosum putatis in hostem descendere, & murum armis circũsonare: quasi uero muliebria de nobis, & nõ uirilia opera ipsa natura expetat, quæ nobis ideo uitalẽ infudit spiritũ, ut eũ p̃ gloria libẽter refundamus. Ad quæ igit̃, nisi ad maxima quæq; à duce suo bellator adhortãdus est? Nam usitati operis adhortatio, nõ solũ conuẽtis, sed etiam cõuenientibus affert pudorem, ut exigas qd̃ spõte debetur: id eñ de se militẽ præstare oportet. Et tamẽ quid immoderatum à uobis exigo? Nónne præstat mori per uirtutem, q̃ uiuere ad ignominiam? In medias Romanorum acies frequẽter ludæus excurrit, ac sese hostilibus cuneis impauidus ĩfundit, non ad spem uictoriæ, sed ad indiciũ fortitudinis, & ostentationem gloriæ: Vos quibus terra & mari nemo impune adhucrestitit, quibus non est nouum uincere, & crimen non uicisse, cum tanta de cœlo habeatis uincendi suffragia, nec semel quidem prorupisse in hostem gradum nõ pudet? sed armatos ociũ tenere, & in p̃cinctu positos, feriatis aĩs expectare ut fames pro nobis dimicet, atq; inedia potius sua, q̃ nostris fusi gladiis, in opprobrium nobis erubescendos uertant triumphos? Non pudet, inquam, strenui commilitones uniuersarum uictores gentium, nihil de armis sperare, nihil de uiribus, sed de sola obsidione, & opperiri quãdo hostis morbo consenescat, atq; in suo moriatur lectulo? Et quæ potest esse fine bello uictoria? omnia sunt repleta cadaueribus, & deformes exuuiæ iacẽt exangues reliquiæ defunctorũ, nisi quos ipsi inter se suis manibus trucidarueũt. Quid timemus eos quos iam fames, ignis, latrocinium, seditio extinxit? Quid destituimus diuina beneficia? Cursus enim nisi dei nutu in sua collisi arma sunt? Destituti quoque subsidiis alimẽtorum, nec ullus domestici finis furoris. Vereor ne iam, & religionũ uideamur rebelles, qui & nostris, & suis religionibus infidos tandiu reseruamus? Verum esto, sit atrox bellũ, & formidulosum. Quid eñ uos belli demulceo facilitate? Sit uictoria incerta, certũ periculum. Nónne apud eos mihi sermo est, qui humana prudentia nouerĩt, in periculis promptiorem esse omnium animantium fortitudinem, quàm in remissioribus contentionibus? Feræ ipsæ cum se circumuallatas armis uiderint, maiore in eos impetu ruunt, ut ui sibi aperiant iter. Et atrociora serpens latibulis excussus, infundit uenena. Sũt etiam quæ natura innoxia, in periculis tamen suis ad nocendum fortiora sunt. Habent cerui sua arma, si quis se obuium ferat, & mortem cornibus repellunt. Habent & læsæ apiculæ suos morsus. Quid autem de uiris bellatoribus apud Romanos loquar? cum Leonides ille Lacedæmone genitus, præliaturus aduersus innumerabilem Persarum exercitum, dixerit: prandeamus in terris, apud inferos cœnaturi. Tantum ualuit apud Græcos hic sermo, ut nõ solũ de trecẽtis illis Lacedæmoniis uiris (quibus ipse præerat) se nemo subtraxit, præter unum tantum, quem superstitem postea nullus recepit: sed etiam de

Aferis comparatio sumpta.

iam de cæteris, qui simul ad bellandum p̃cesserant, nisi quos Leonides tanto degeneres bello repudiauit. Quid de Romanoꝝ integris legionibus loquar? quos Cato Romanæ assertor facũdiæ, & ueritatis syncerus interpres, asseruit cũ exultatiõe ad bellũ p̃cessisse: de quo se redituros non arbitrarent̃, uniuersosq; libenter p̃cubuisse, ne mutarent sententiam. Beati, quoꝝ nemo suis hostiũ fuga uictoriam annuntiauit. De trecentis tamen Lacedæmoniis, uir unus subterfugit, & illi in anguſtiis præliabant̃, ne circumuenirent̃. De Romanis legionibus nullus uitæ elegit, sed oñes mortis hæreditatem, quaꝝ uos posteri estis: sed contemptu periculoꝝ, quasi glorioſa indoles uirtutis, p̃sapiam non abnuatis. Quis enim fortium uiroꝝ esse se mortalem non nouerit, oñibusq; positum finẽ uiuendi? Quanto igit̃ melius patriæ impendere, qd̃ patriæ debeas, & necessitatem commutare gloriæ? Nec anhelæ senectutis suspiriis obnoxiam uitam deiicere, nec feruentis ægritudinis casus reformidare, cum depositis æuo quotidiana fastidia sint. Illoꝝ autem qui languore marcescunt, deficientibus uiribus pariter ac sensibus, ut multorum opinio habet, animæ simul cum corpore sepulchro adiudicentur. At uero bellatoꝝ, & strenuissimoꝝ uiroꝝ, qui se pro patria, pro liberis, pro religione morti deouuerint, animas de uinculis corporis huius ferro absolutas: nulli dubium, quin purum illud æthereum elementum stellarum lumine refulgens, in cœlestibus suscipiat habitaculis, hospitio quodam supernæ quietis: in terris quoq; remanere insigne aliquod, uel gratiæ uel iniuriæ, ut & languore cõmaceratos obliuio abscondat: & aduersum pectus in hostem ferentes, si mors conuenerit, sequatur gloria. Ad hæc uos inuito præmia cõmilitones, ut in hostem pergamus, quem clausum tenemus: & ascendamus in murum per ruinam muri uanã lidioris, quæ nobis uelut quendam aggerem præstat, & æquatur muro inferiori. Quisquis uirtutis uexillum præferens, primus in murum ascenderit, uel secundus, uel tertius, uel pluribus comes, haudquaq̃ mihi non donatus opimo abibit munere, & si nulla maior remuneratio, q̃ fortitudinis gloria, quæ plerunq; est tutior. Nam ubi primũ animis, & uiribus confidentissimus quis ascendit, fugient qui resistebant: aut ad inferiora se conferent, aut latibulis abscondent: ita q; maximo nunc periculo sit, in inferioribus quærimus, fine labore magno sequẽt̃, ut deiectis hostibus bellum conficiat̃.

Caput .XXVIII.

VIx sermonem Titus clauserat, & Sabinus se obtulit ex Syriæ uiris egregius bellator, ante Cæsarem consistens, ait: obedire se imperiis, ascensioni paratum, si euentus sibi adesset, ut Cæsari placeret: si destruerẽt̃ secundis, nihil præter spẽ sibi accidere, qui iudicio p̃prio delegisset pro Cæsare mori. His dictis leuam extendẽs, clypeum supra caput extulit, & dextera uibrans gladium, immane, quantũ in arma insurrexerit: ut quiuis eũ non recognosceret, quem pauloante exilis corporis specie despicabilem putauerat, subito cum uideret pergere in aduersum, & hostibus pariter & muris minantem sese extendere, quasi iam celsior in subiectos præliarẽt̃, & murũ quateret manu. Sequebant̃ eum undecim uiri studiosi ad imitandum, sed impares ad consequendum. Repugnabant de muro Iudæi spiculis, saxis, sagittis: & quod cuiusq; manus inuenerat telum, in Sabinum deiiciebatur. At ille interritus, cursu concito insiliit fragmentorum aggerem, & in summo locatus hostem auertit, dum proximus quisq; formidat periculum. Sed dum se librat in murum attollens, & securus uictoriæ in hostem intendit, lapsus in faciem cum maximo sonitu ruit. Quo reuocati Iudæi, cœperunt iacentem missilibus urgere: Ille genu nixus, & se protegens scuto, quamdiu potuit à uulnere defendit, nec immunem reliquit quem proximum reperit. Ad postremũ tamen * consertus uulneribus, spiritũ prius quàm bellum deposuit, nec deiectus gradu, nec muro excussus est, nisi mortuus: tribus quoque aliis necatis, octo semineces, licet à cæteris tamen exitio subtracti.

Sabinus primũ offert se Cæsaris monitiõi, uir exiguo admodũ corpe, at animo magno

Caput .XXIX.

NEc tantũ nõ terrori reliquis mors Sabini, sed incentiuo fuit. Nam Romani uiri, qui prætenderent uigiliarum munia compensare cupientes operis effectu, q̃ Sabini studio p̃uenti forent, uiginti numero ineunt consilium magnũ & memorabile: ut aduocato quinti ordinis signifero, & duobus equestris militiæ uiris,

Sabinꝰ telorũ ictu obrutus cadit, quẽ uolẽtes cæteri uindicare fortiter ad pugnã aggrediuntur.

* Alij, cõfectꝰ uulneribꝰ.

quos promptiores arbittabañ, atq; uno tubicine, quinta hora noctis silentio, per aggeres sese fragmentoꝝ muraliũ in superiora attollerent, cæsisq; custodibus, Antoniæ murum occuparent. Quo pacto, terribilior solito sonitus increpuit tubæ, et fessi labore ludæi, & somno soluti de improuiso perturbarenť, quia oñia repleta hostibus crederent. Añ itaq; fugere cœperũt, q̃ ueri fides pateret. Neq; eñ piculi sors, tenebrosæq; noctis caligo patiebañ, ut quanti essent cognoscereť. Et Cæsar audito fragore tubæ, armari exercitum iubet: ipse cum electis primus in muꝝ ascendit, suis auxilio, hostibus impedimẽto. Illuxit dies, & iam Cæsar conspicuus è muro suos adhortabañ: alii manibus suoꝝ in murum eleuabañ, alii per cuniculum, quem Iohannes ad subuertendos Romanoꝝ aggeres defoderat, in urbem se deferebant. Versa in perniciem perfidis subsidia sua, exclusi undiq; in templum se conferunt. Eò quoq; uolentes Romani irruere, cohibenť angustiis, armisq; repellunť. Fit in uestibulo graue pelium, nec iam spiculis aut sagittis, sed gladiis res comminus geriť, manus ad uulnera, gladius super gladium, ictus super ictum, percussor cæsoꝝ sanguine perfundebañ, ut ipse potius percussus æstimareť. In ipso templo furor bellicus dominabatur. Natabant pauimenta sanguine, morientium gemitus, uincentium clamores sine ordine, & modo personabant: Romanos perficiendi certaminis spes accenderat, ludæis suprema patriæ excidia ademerant mortis formidinem. Hi summ ptu gloriæ uirtutem alebant, illi desperatione salutis, oñe effundebant uirtutis uiaticũ, nec reseruabant.

Romani uolẽtes irruere in tẽplũ, phibenť a Iudæis atroci commisso pelio

Caput .XXX.

Iuliani cẽturionis fortitudo.

PVlcherrimũ quoq; facinus adorsus est Iulianus centurio, uir armis maximus ex Bithynia profectus, puincia, sed Romanis assuefactus disciplinis bellisq; exercitus, & honoratæ militiæ clarus stipendiis. Qui cum Cæsarem ꝓpter astaret, ubi aduersos uidit Romanos, quia ludæi erant numero pstantiores, & adhuc Romani pauciores aderant, subito de Antonia se præripuit, & insequentes auertit; nec sunt ausi resistere, ipsa specie præcellentissimi uiri, & superba quadam ultra humanam formam uirtutis autoritate, ita ut ipe Cæsar miraret. *Omnaria atq; incerta, uelut quædã bellorũ alea quæ sicut iactu quodam, ita casu quodam potius, quam uirtute, plerũq; inopinatis ludit euentibus, sufficiens nouos exitus. Năq; & hic iactus sunt, non tesserarum quidem, sed sagittarũ, telorumq; plurium, lapidum quoq; quibus sæpe uictor sterniť alieno uulnere. Et cum aliena spolia rapit, ipse dispoliať: uelut hic Iulianus, qui tergo imminebat hostium, dum alios perimit, & claustro coërcet, ipsa alacritate incautior, confixum clauis calciamentum gerens, usu militarium uiroꝝ: non considerauit polito lapide solum stratũ, qđ cauendum foret, sed quasi in campo præliareť securus, labiť: & ingentẽ strage sua sonitum dedit. Nec potuit assurgere lubrico soli fusus, genu tamẽ se sustinẽs regressum hostem repellebat, ut appropinquantes cæderet, iaculantes quantũ posset, caueret. Sed ipsa fatigatus atq; oppressus multitudine, solus licet: quia nullus tanto se inferre periculo auderet, non despicabilis tñ, neq; inultus impigre occubuit. Haud equidem, ut arbitror, tali dignus exitu fuit, ut tanta uirtus uiri sic deciperet. Sed plurimũ in bello prudentia ualet, quæ cauta semper & perspicax incertoꝝ prouidet casus. Solus se de Antonia ꝓripuit, solus in hostilia arma ruit, solus se armis miscuit, solus in templum Iudæos redire cõpulit. Vereor ne istud obfuerit magis, quia de tẽplo fuerũt exterminãdi deo infideles, ideo lapsus nõ inuenit remediũ: Spectabat Titus uincẽtẽ cum gaudio, periclitantem cum ingenti dolore, uolebat subuenire, sed longe aberat. Reuocabať à suis, quia in milite unius sors est, in imperatore uniuersoꝝ piculum: docebat exemplum quid cauendum potius, q̃ sequendum Cæsari foret. Deniq; sic consternati fuerũt socii, sic elati aduersarii, ut & corpus Iuliani in potestatẽ ueniret hostiũ, quasi adhuc & defunctum timerent, si Romanis restitueret. Cæteri Iuliano cæso, facili negocio cessere. Nondum eñ ascenderant numerosi, & Iudæis occasio necis eius, uirtutem auxerat: promptissimis eo prælio, ad repellendos Romanos, Alexa & Gitteo Iohannis coniuratis, qui factionis eius ꝓpugnatores forent: ex Simonis quoq; parte Malchio & Iacobo Idumæo rum duce egregiis bellatoribus: Arsimone quoq; & Iuda tertiæ factionis uiris pariter adnitentibus, qui coniuncta manu, pulsos Romanos intra Antoniam clauserę.

Omnaria in quibusdã legitur.

Mors Iuliãi.

Caput XXXI.

Contra

CONtrà Titus non munimento sibi, sed impedimento angustias Antoniæ ratus, iubet dirui munitionem eius funditus, ut congressuris iter in hostem arripere tur. Compertoq; quod solennitas ludæis festorum dierum appropinquasset, præcepit interpretari Iosephum Hebræo sermõe, quæ ipse alloqueretur. Quæ, malum, ratio Iohanni suaderet ut Romanos lacesseret. Si uirtutis fidutiam gereret, eligeret alitẽ pugnæ locum, eò progtederetur, dummodo urbi parceret, templum non cõtaminaret, sacrificia festoꝝ dierum non impediret. Relinqueret quos idoneos sacrificioꝝ ministederet, congressioni milites Cæsaris non defuturos: inuitum se cogi ad totius urbis euersionem: cuius reliquias seruare uellet, si pateretur Iohãnes: imminere templo faces, non quo templum Romani festinarent exurere, sed è templo educere belli incitatores. Si uictos se crederent, manus darent: at si uictores futuros sperarent, non intra claustra se reciperẽt, sed in cãpis defenderẽt, quo tẽplũ lãbẽtibus iam incẽdiis eriperet, uacaret purificationibus. Ea interpretante ludæis Iosepho, cum silentio audita, tacitum uulgus probabat, sed metuebat sentẽtiam suam pandere: quibus respondet Iohannes, nullum præstabilius deo esse sacrficium, q̃ pro aris, pro focis, ꝓ templo ponere animam, uiros deo sacratos: & ideo si necesse sit, libenter procumbere pro libertate, tamen sperare se, quod excidium perpeti non possit ciuitas dei. Titus ad hæc: Merito igitur puram deo seruatis urbem, & sanctum immaculatum, necando ciues, interficiendo innoxios, perimendo sacerdotes? Talibus flagitiis non placanť diuina, sed offendunť. Abdicastis deum uestrum sacrificioꝝ suoꝝ cultibus. Si tibi aliquis negaret cibum Iohannes quæreres eum: deo uestro suæ hostiæ non immolanť, non reddunť sua munera, iugulanť homines, & adhuc putas deum auxiliaríˀ Reuera sic gesta edocent, sic testificanť cæsoꝝ congeries, & cumuli uestraꝝ calamitatum. Quis hæc uidens non ingemiscatˀ Nec reprehenderem ꝙ pugnares pro patria, si nollem parcere, si nollem patriam uestram aut templum reseruare. Neq; eñ digna Carthago, aut metuendus Hebræus Annibali, qui partem mediam orbis Romani subegerat, & tamen ipsa quoq; reparata Carthago, quæ usq; ad excidium sui, rebelles ciuium animos tulit fide mea salua. Hæc omnia tibi futura spondeo, ueniam tibi salutis polliceor, non ꝓ mercede sceleris, sed pro redemptione urbis, ut à te redimã periturorum culminum statum. Desinas moneo latrociniis tuis conturbare ꝓpositũ pietatis Romanæ. Non formidabiť Hierosolyma, ut diruať: quãdo potior uiribus reseruata est Antiochia. Certe lechonias uester & Persis credidit, & urbem egressus, cõmisit se cũ suis proximis barbarico furori, ne ꝓpter se ciuitas euertereť. Celebrať à uobis eius memoria, sicut uestri asserunt: adest Iosephus assertor eius, celebritatisq; testis, qua honoratis uiꝝ qui ꝓ patria se captiuitati obtulit. Seruauit eũ & barbarus Persa, & ego tibi spondeo impunitatem. Certe & Iosephus arma Romanis aduersa intulit, crede ꝓmisso, cuius & exemplum præmisimus. Vadem tibi sponsionis nostræ Iosephum damus, imò iam dedimus, quem reseruauimus. Loquatur uobis sermone patrio, obliget se ritu quo sole uolo parcere. Flere ad hæc Iosephus, rogare Iohannem, deplorare patriæ statum, obtis: non pudet nec uadem quærere, nec fideiussorem dare: ne euersionem exhibeam qui seruare sermone flebili, appellare ut ciuem, sed cæteris pertinaciorem: testare dei oñipotentis gratiam, saluum fore cum suis, tñmodo desisteret excitare militem Romanum ad urbis euersionem. Quem ubi flectere nequiuit, non mirum, inquit, Iohannes, si pseueras usq; ad excidium patriæ, cum iam reliquerint eam præsidia diuina. Sed miꝝ quod perituram non credis, cum legeris propheticos libros, quibus excidia patriæ nobis annuntiata sunt: & reparata culmina, rursus à Romano diruenda exercitu. Quid enim aliud clamat Danielˀ Non enim quod iam factum erat, sed quod post futurum prophetabat: quæ est abominatio desolationis, quam uociferatus est uenientibus Romanis fore, nisi ista quæ nunc imminetˀ quod est illud oraculum, quod à nostris sæpe commemoratum est, à summo denuntiatum deoˀ Tunc scilicet perituram urbem funditus, cum ciuium manibus contribulis suus fuerit extinctus, nisi quod nunc impleri uidemusˀ & fortasse, quia iam defendi templum non placet, interdicto, maculatum sanguine purgati incendio placet.

Caput

Caput .XXXII.

COmpleuit sermonem Iosephus, sed nullis Iohannes moueť fletibus, nec pro-
missis flectiť. Vrgebat deus iamdudum perfidas mentes, exquo ipio se parici
dio commaculárunt, Christum Iesum crucifigentes. Hic est ille, cuius mors Iu
dæoꝝ excidiũ est: Natus ex Maria, qui ad suos uenit, & sui eum non receperũt. Quan
do enim suos non occiderunt Iudæi? Nónne filium Saul sui occiderunt? Naboth pro-
pheta à suis utiq; lapidatus est. Iudæa fuit Gezabel, quæ iussit Iudæis, senioresq; præce-
ptum executi sunt. Iudæus Achab, qui causa mortis eius factus est. Quanti alii à ciuibus
ciues perempti, & tamẽ diu integra ciuitas mansit, & si diruta à Babyloniis post annos
innumerabiles, sed reparata postea. Hoc est supremũ excidium, post quod irreparabile
templũ, quia auerterunt sceleribus suis ꝓsulem templi, reparationis arbitrum.

Naboth ꝓpheta a suis lapidatur

Caput .XXXIII.

TAli affatu Cæsaris, & repetita oratione inflexa est aliquoꝝ sententia, qui se sub-
trahere potuerũt ut ad Romanos conueniréť. Cæteros reuocauit periculi me
tus, qui à latronibus intendebatur (Et forte quædam inclinatio mentium erat,
ne plures eriperentť futuræ euersioni) quos Cæsar confugientes ad se, quia erant inter
eos & uiri sacerdotales cum filiis, & aliis splendidioris familiæ uiris, suscepit bona gra-
tia, pollicẽs securitatẽ salutis, ius possessionũ suaꝝ, atq; ad urbem, cui nomẽ Gofna, dire
xit: ne quid offensiõis oriretť ritu dispari & cultus diuersitate. Quod ab his, qui in urbe
positi repugnabant (seu quia huiusmodi suspicio incesserat, siue ullus composuerat do
lo, ne plures dilaberentť) in argumentum est deriuatum necis, ut extincti obiscerentť.
Eo comperto, reuocatos Titus iussit cum Iosepho propius muros obire, ut à suis agno-
scerentť. Illi cũ lachrymis gemituq; magno, non sua deflere, sed patriæ templiq; excidia:
rogare ciues, ut sequerentť Cæsaris fidem, eriperent templum parato incendio, nihil si-
bi aduersus legem præceptum, nihil de libertate imminutum. Acquiescerent, & ipsi ex
perirentť Romanoꝝ clemẽtiam, quoꝝ insuperabilem uirtutem experti sunt.

Caput .XXXIIII.

CVm talia miserabiliter deplorarent, proturbanť à suis, bellumq; accenditur,
insiliunt Iudæi, atq; in ipsa irrumpunt temeritate penetralia. Omnes recessus,
omnia secreta occupant, quæ inaccessa uiris erant sacroꝝ exortibus. Romani
quoq; se prælio parant: temeranť interdicta patrum belli necessitate, maiore tamen Ro-
manorum, quàm suoꝝ reuerentia. Gentiles enim cum formidine templum spectabant,
Iudæi cum furore ac temeritate adibant, & madidas manus humano gerentes sanguine,
ipsa tractabant altaria. Titus adhuc in proposito manens, alloquebať Iohannem, &
inultum se deduci ad excidium urbis, & templi contestabať, dicens ad eum: Quid sibi
uolunt Iohannes impressi illi ante fores templi apices elementorum? Nónne significant
neminem, nisi sactatum debere templo appropinquare? Quid illa septa pro templo?
Nónne ut conspectus arceant uniuersorum liberos, solisq; mysticis pateat secretoꝝ co-
gnitio: atq; his sit liber aspectus, quibus est legitimus ingressus? Prospectus excluditis
peregrinoꝝ & accessus cogitis. Scribitis, ut nullus ingrediať aduena, nullus peregrinus
introeat, & peregrinum sanguinem intra templum funditis, aduenaꝝq; simul & ciui-
um cruore uestra altaria cumulatis. Testificor ego non impressionis nostræ esse, sed ue-
strę præuaricationis, quod uiolatis quæ uestra sunt. Ego alienus non exigo, imò obtes-
stor, si uelitis discedere, incolume templum futuꝝ: neminem Romanoꝝ hostiles irroga
turum manus, nihil de uestris temerandum esse sacrificiis. Seruabo templum uobis &
proselytis: cultus enim sacroꝝ diuersus, sed operis communis usus: Quod cultus fuit, à
uobis recessit: quod operis est, uictoribus remansit.

Caput .XXXV.

VBi ne his quidem per Iosephum insinuatis reuocari Cæsar aduertit (factionis
enim principes putabant diffidentiæ potius, quàm pietatis esse) tam frequen
tem desistendi conuentionem, ad prælii necessitate, inuitus reuertit, iubet
adesse Romanos. Sed quia tantæ multitudini angustia impedimento erat. XXX. electis
uiris, singula deputat bellatoꝝ milia, Non enim totum exercitum reciperent tam densa
ædificio

Vbi ne Iosephus qdem poterat suos mouere ad deditionem Cæsar cũ electa manu ingreditur urbem

ædificiorum obstacula. Ipse quoq; simul descendere uolens, reuocabať à suis, ne in angu
sto nocturnis etiam plerunq; temporibus, quibus necesse erat insidiantium fraudi oc
currere, periculi aliquid in se excitaret: cum amplius proficeret, si spectator belli adesset,
quo unusquisq; promptius sibi decernendum arbitraretur, sub oculis Cæsaris præliatu
ro. Omnia enim quæ circa templum gererentur, uelut in theatro quodam, ex loco An-
toniæ desuper uisebantur. Inflexus ad eam sententiam Cæsar, Cereali mandat negoci-
um, ut prætendentibus circa templum Iudæis, hora noctis nona superueniret, cæterós-
que hortatur studiose ingruere certamini, se quoque dimicantum meritis non defutu-
rum, cum desuper aut ignauiæ cuiusq; testis, aut uirtutis arbiter pugnam examinaret.
Cerealis præscripto tempore impigre adest, sed custodes uigilantes reperit, prælium
conseritur. Siquidem & intra templum siti non dormiebant, & congredientibus qui ex
cubias obibant, facile se cæteri ad bellum pararant. Cõferto agmine, instabat Romanis:
Iudæi dum claustris atq; angustiis nituntur, ne circumuenirentur percursabant diuersa;
ut frequentius sibi à suis esset periculum, dum in tenebris non cognoscerentur, & ple-
runq; transfigerentur à sociis, dum hostes putantur. Quis enim nocte discerneret socio
an hosti occurreret? cum interrogare serum esset, cauere utile, consultum præuenire: &
tolerabilior culpæ exitus errare in alieno uulnere, q̃ proprium eligere periculum, ubi
hostis timeť. Ancipiti itaq; ꝑ noctem periculo laborabant Iudæi, uel quod inferret ho-
stis, uel in quo socius erraret. Nec minore per diem pnicie afflictabanť, nocte plus erat
periculi à suis: per diem Romanus uehementior aderat, quem totius spectator certami
nis Titus uel tacitus urgebat. In horam quintam pugnatum est acriter. Iudæis quoq; stre
nue rebellantibus, ut neutra pars loco cederet.

Cerealis ꝓfi cit exercitui.

Caput .XXXVI.

DVm hæc inter se prælia gerunt, septem dierum spatio depositis omnibus us-
que ad fundamenta terræ, quæ castro, cui Antoniæ nomen, Herodes immu-
niuerat, latior facta est uia, quæ ad templum ducebat: ut non solum percursan
di militibus esset facultas, sed etiam in munimentis constituendis & coaceruandis agge
ribus, quantum esset necessarium locorum, pateret, quo pulsarentur etiam templi fasti-
giorum summa: per quæ Romanis intentius immorantibus, cum intolerabilius fame
urgerentur, Iudæi cœperũt insidiari Romanorum iumentis: si quis bellatorum equum
pabulo laxauerat, aut mulum leuando oneri necessarium, rapto auertebant, nec solum ci
bus eis dispendio Romanorum, sed etiam militiæ flagitio * petiebatur. Cuius incuriæ
probrum, in exordio statim præscripto necis supplicio Cæsar remouit, fraudem tamen
peruicacium non compescuit. Excluși enim ab huiusmodi rapinæ necessario esurienti-
bus alimento, herbarum subsidia captantes, destruendum murum quem circa pomeri-
um Titus duxerat, excogitauerunt, ut uagandi & quærendi radices arborum, pabulo-
rumq; liberior fieret excursus, quos ad cuiusdam carceris uicem circuitus muri clause-
rat, nec erat iam quo famem leuarent. Obrepunt itaque, & excursu repentino ad mon-
tem Olíueti ingruunt prætendentibus, nec illi commisso defuere muneri, & tubæ clas-
sico de cæteris castrorum aut turrium munimentis, alios accersérunt ad prælii societa-
tem. Conseritur pugna, acrior in principio: dum pudor hos, illos fames urget sæuo im
perio ac necessario: sed confluentibus Romanis repelluntur Iudæi, atque ad urbis suæ
muros reflectuntur. Tunc unus è turba, Pedanius nomen, concito equo dextram
extendit, & se paululum inclinans, unum de Iudæis fugientem suspendit, captiuum Cæ
sari ferens, glorioseq; victoriæ victor rapinæ: uelut lepusculum, aquila, aut accipiter fu
licam ante pedes Cæsaris uiuentem deiecit. Quo delectatus admodum Titus laudatum
& honoratum eum dimisit.

Parlebatur.

Pedanij fortitudo & audacia.

Caput .XXXVII.

IAm circumfusæ templi ardebant porticus, ubiq; luctus, ubiq; mors: foris bellum,
intus supra bellum & incendium. Nec frangebantur animis Iudæi: putabant uindi
ctæ perire, quicquid sine fraude gererent uel insolentia. Qñ aliter iam negbant, pa-
uocabant Romanos ad excidii celeritatẽ. Ionathes qdem exiguus corpore, despectu di-
gnior iuxta Iohánis sepulchrũ lacessebat Romanos, ut secũ, q uellet, manu decerneret.

Ionathes ꝓuocat & Romanũ sibi in monomagiã

Aliis

Aliis despicientibus pusillitatem hominis, aliis fastidientibus cum eo decertare, quem continuo captiuũ alii habituri forent, aliis cõsiderantibus periculoso certamine rem geri cum uiris, qui in extremis salutis nou aliqua fortitudine, sed sola temeritate uindictam quærerent: nihil laudis futurum, si uinceretur excidio finitimus: & plurimũ decoris, si quis lapsu aliquo communem uictoriam turparet. Iactabat se insolentissimus, & metum obiiciebat uictoribus: conuitia ferens quod non suis uiribus, sed alienis auxiliis Romani inniterentẽ: nec ludæos bello hostium, sed domesticis afflictos seditionibus. Erat in numero militum Romanoꝝ Pudens nomine, qui præstrictus inanibus contumeliis, dum inconsulte pudori consulit, salutem neglexit, atq; ipsa indignatione incautior uulneri patuit, fususq; in terram incussit sociis uerecundiam: insultatiõis quoq; causam Ionathæ simul & mortis reliquit. Nanq; is successu lætus certaminis, & pompam attollens triumphi: dum tripudiat atq; exultat, concussoq; clypeo simul & gladio proludit, excitauit in sua uulnera centurionem Priscum, qui superba & tumida iactantem non tulit, atq; incautum uictoria penetrauit ictu sagittæ. Quo stratus Ionathes, docuit in prælio neminem irrationabiliter insultare oportere: ubi uictoris & uicti conditio incerta, donec bellum claudatur.

Pudẽs incautior in certamine succubuit.

Priscus Ionathẽ interimit

Caput XXXVIII.

At in urbe interiore, cum hostem intra muros cernerent altissimis eminentem aggeribus, uniuersisq; imminẽtem mœnibus, & tanquam uulnus in corpore, ita periculum introrsum pergere reformidarent, intercidunt porticum septentrionalem ex ea parte, qua adhærebat Antoniæ, ne per ipsam hostis in templi superiora ascenderet, uel in inferioribus sitos superior urgeret: & proxima quæq; demetunt, ne populantibus incendiis templo finitima, etiam templum ipsum ignis depasceret, atque intercisa igni exurunt: ita quod ab hoste metuebãt, priores cœperunt. Solomonis quoq; porticum ad fraudem pararunt, ut culminum interiora replerent pice ac bitumine, quæ infra fornicem summi laterent fastigii, simulatoq; quod eam uellent defendere. & frequentes hostes incesserent: solicitant Romanos, atq; in sese excitant. Illi admotis scalis summa porticus petunt, ludæi loco paulatim cedere, quo plures Romani ascenderent. Hi certatim irrepere, tamẽ prudentiores suspecti dolum cauere: sed uulgus intentum uictoriæ præfestinare, ubi res fraude carere uisa plurimis, quasi inter retia locatis, admouetur ignis fornicibus interioribus, atq; additis pice & bitumine, atq; cæteris incẽdii nutrimentis, in totam diffunditur porticum. Circumuallabant flammæ uictores Romanos, ut nec resistendi facultas suppeteret, nec fugiendi copia: quod facerent, non reperiebant. Spectabat Titus suos periclitantes, indignans quidem quod iniussi ascẽderant: sed miserans quod uictores perirent. Pleriq; se præcipitio dabant: sed ubi incendium euaserant, fractis cruribus, collisi corpore moriebanẽ: miserius erat, si debiles superuiuerent. Volebat subuenire Cæsar nec poterat, hortabaẽ tamẽ proximos, clamabat ut auxilio suis essent. Has uoces, hunc dolorem Cæsaris pro supremo illi habebant solatio. Hoc erat morituris uiaticum, hoc se uelut sublimi solantes sepulchro, ad mortem festinabant, q̃ in uisceribus Cæsaris reconderenẽ: nec uita eoꝝ periret, quoꝝ uiueret gloria, qui morerenẽ p Cæsare, relinquentes sui hæreditatem triumphũ. Itaq; alii circũueniebanẽ ignibus, alii p̃ueniebanẽ: nec longe hostis, qui flammas fugientẽ feriret.

Caput XXXIX.

Longinus tñ egregiæ uirtutis uir, cum prouocaretur à ludæis ut sese his cõmitteret, p̃missa salutis securitate maluit trãsfigere gladio, q̃ maculare probro Romanæ indolis fortitudinem. Artorius autẽ satis astute uoce magna clamauit Lucium, dicens: Hæres mihi eris, si me decidentem exceperis. At ille miserandus occurrit uenti, atq; in se morituri necem transfudit. Vere bellicum testamentum, non atramento scriptum, sed sanguine: nec in charta, sed in mucrone. Quod hæredem promisit, magnum planè ingenium, ut inueniret uoluntarium mortis uicarium. Incensa est itaque porticus usq; ad turrem, quam Iohannes cum bellum aduersus Simonem gereret, ædificauerat super portas regiæ domus, quam Ezechias sibi rex ad habitandum condidit, reliquam eius partem ipsi diruerant ludæi. Sequenti quoq; die à Romanis quoque exusta est

Lõginus al's Lõgus maluit p̃prio perire gladio q̃ cõtaminare fortitudinẽ Ro. indolis. Artorius qui & Argorius decidẽs, excipit, seruaẽq; a Lucio, qui oppressus ponere cõtinuo moritur.

usta est omnis porticus septentrionalis, usq; ad orientalem. Nam cũ suis ipsi manus inferrẽt ædificiis, docuerunt Romanos illis nõ parcere. Nuda erat iam templi facies, & sæua hominũ fames: insidiabantur sibi inuicem, quis cui raperet cibũ: & ubi alimẽti suspicio, ibi bellum, inter domesticos pugnabatur pro cibo. Necabantur charissimi, discutiebantur defuncti, ne quis intra amictus eorũ cibus lateret. Simulare aliqui mortuos æstimabantur, ne uiuentes aliquid habere alimẽti suspectarẽtur. Sed ne uiuentes quidem, aut uitæ fungi munere, aut mortem simulare poterant. Verũ aperto ore, sicut rabidi canes, aurarũ captantes spiramina, huc atq; illuc circũferebantur inopia duce. Sæpe etiam quasi ebrii in eadem domicilia regrediebantur, ut iterũ quæ uacua reliquerant, perscrutarentur. Et cũ alia famis solatia nõ reperirẽt, detrahebant coria scutis, ut cibo essent sibi, quæ præsidio non essent. Mandebant calciamẽtum: nec pudor erat solutũ pedibus suscipere ore, & lingua lambere. Vetustæ quoq; paleæ quæ olim proiectæ fuerãt, nõ mediocri studio requirebantur: & si quis repererat, grande pretio mutuabat.

Coria scutorũ atq; ipsa calciamẽta Iudæis loco cibi erant.

Caput XL.

Quid adoriar dicere factum Mariæ, quod cuiusuis barbari atq; impii mens perhorrescat? Ea erat de locupletibus fœminis regionis Pereæ, quæ trãs Iordanẽ iacet, belli horrore oborto, cũ cæteris se in Hierosolymitanam urbem cõtulerat, q̃ esset tutior: eò quoq; suas deuexerat opes, quas principes factionũ certatim inuasere. Alimẽtoꝝ etiã si quid pretio quæsiuerat, de manibus eruebatur. Exagitabatur à perfidis, dira imprecabaẽ, uolebat mori sed percussorẽ nõ inueniebat. Malebant insultare diutius, affligere grauius, quam cito perdere. Putabant quamdiu uiueret prædam fore. Defecerant iam omnia: & deliciis asueta, asperiora paleatũ, uel corium dura nõ emolliebat. Sæua fames intimis se infudit medullis, exasperauit humeros, mentẽ exagitauit. Habebat mulier infantulũ quẽ genuerat. Vagitu eius excita, cũ se & paruulũ cõmacerari uideret, tantis uicta immanitatibus, atq; impar tam atroci calamitati affectum amisit: & pietatis genitalis usu obliterato, dolorem obsorbuit, furorem assumpsit. Conuersa itaq; ad paruulũ iam matrem oblita, & furens animi sic ait: Quid tibi faciam paruule, quid faciã tibi? Sæua te circũstant omnia, bellum, fames, incendia, latrones, ruinæ, cui te moritura credam, aut uitæ tantillum relinquam? Speraueram q̃ si adoleuisses me pasceres matrẽ, aut sepelires defunctam. Certe si p̃uenires obitu, q̃ ego te pretioso tumulo meis manibus includerẽ. Quid agam misera? uiuẽdi tibi ac mihi nullum subsidium uideo. Omnia erepta nobis, cui te referuabo? aut certe quo cõdam sepulchro? ne canibus alitibusue, uel feris præda sis? Omnia, inquam, erepta nobis. Potes tñ dulcis meus, & sic matrem pascere, idoneæ ad cibum manus tuæ. O suauia mihi uiscera tua, artus iucundi, priusq; uos penitus consumat fames reddite matri q̃ accepistis: redi fili in illud naturale secretum, in quo domicilio sumpsisti spiritum, in eo tibi tumulus defuncto paratur. Ipsa cõplectar quẽ genui, ipsa exosculabor: & quod impatientia amoris habet, habeat uis necessitatis, ut ipsa deuorẽ meos artus, nõ simulatis sed impressis morsibus. Ergo esto cibus mihi, furor latronibus, & uitæ fabula, quæ sola deest calamitatibus nostris: Quid faceres fili, si & tu filium haberes? fecimus qd̃ pietatis fuit, faciamus quod fames suadet. Tua tamẽ causa melior, & quædam pietatis species, quia tolerabilius est, q̃ matri dederis cibũ uisceribus tuis, q̃ q̃ te mater, aut occidete potest aut deuorare. Hæc dicens, auerso uultu gladium demersit, & in frusta filium secans igni imposuit, partem comedit, partem operuit, ne quis superueniret: sed nidor incensi peruenit ad principes seditionis: cõtinuoq; odorem sequuti, introierũt mulieris hospitium, minantes necẽ q̃ ausa esset ieiunantibus ipsis edere, atq; exortes eos facere cibi, quẽ reperisset. At illa partem, inquit, uestram uobis seruaui, nõ fui auara nec inhumana: nolite indignari, habetis quod & uos edatis, de meis uobis uisceribus cibũ paraui. Confestim ocyus, mẽsam apponam, mirari habetis, & ministerium meũ indicare, q̃ talẽ nullius iueneritis mulieris affectũ, quæ uos nec dulcis filii fraudaret gratia. Hæc dicens, simul redoperuit ambusta mẽbra, & epulanda obtulit cũ adhortatione huiusmodi sermonis: hoc est prandium meum, hæc uestra portio, uidete diligentius, ne uos fraudauerim. Ecce pueri manus una, ecce pes eius unus, ecce dimidium reliqui corporis, & ne alienum

Maria quædã matrona locupletissima, p̃prium filiũ coxit, & sibi unã alterã seditiosis seruauit partem.

m pute

putetis filius est meus,ne alterius opus arbitremī ego feci, ego diligēter diuisi mihi qđ manducarem,uobis quod reseruarem. Nunquam mihi fuisti dulcior fili, tibi debeo ꝙ adhuc uiuo. Tua suauitas animam tenuit meam, & produxit matri miseræ diem mortis. Subuenisti in fame,tu munus supremum senectæ, percussoꝙ repressor. Venerunt necaturi,conuiuæ facti sunt:habebunt ipsi quod tibi debeant,cum epulas meas sumpserint. Sed quid refertis gradum,quid horrescitis animo,cur non epulamini quod mater feci? Possunt & uos delectare,quæ matrem exaturarunt. Non esurio iam,postq̄ me filius meus pauit,abunde exatiata sum,famem nescio: Gustate & uidete, quia suauis filius meus. Nolite fieri molliores matre,infirmiores muliere. Aut si uos in meo uulnere misericordes,& non suscipitis hostiam meam,atꝙ auersamini holocaustum meū,ego consummabo sacrificium meum,manducabo quod reliquum est. Videte ne uobis opprobrio sit,quod fortior uobis mulier reperta sit,quæ absumeret epulas uirorum. Ego quidem tales paraui epulas,sed uos sic epulari matrem feciſtis; & me tenebat passio, sed uicit necessitas.

Caput .XLI.

Cæsar audiens imanitatē Mariæ in filiū in uerba hæc prupit execranda.

REpleuit continuo totam urbem tanti sceleris nefas,& unusquisq; tanquam ante oculos positum, paricidalis conuiuii ministerium perhorrescebat. Cœperunt & ipsi incentores seditionis examinare post hæc, quos raperent cibos,ne similes escas inuenirent,& uelut imprudentes sumerent. Cœperunt uniuersi timere,ne diu uiuerēt & mori uellent. Peruenit etiam ad Romanos huius facti immanitas. Nam plerisq; hoc horrore perterriti,ad hostem fugerunt. Quo comperto Cæsar execratus infelicis terræ contagium,manus ad cœlum eleuans,talia protestabatur: Ad bellum quidem uenimus,sed non cum hominibus dimicamus,aduersus omnem rabiem beluarum ac feraꝝ,quid sensibilīū loquor? aduersus omnem rupium immanitatem decernimus. Diligunt feræ fœtus suos,quos etiam in fame nutriunt, & quæ alienis corporibus pascuntur,à consimilia feraꝝ abstinent cadaueribus. Hoc ultra omnem acerbitatem est,ut mēbra quæ genuit mater uoraret. Mundus ego ab hoc contagio,tibi me absoluo quæcūq; ꝙ in cœlo pāts es: Scis scis,pfecto,qa intimo affectu pacem frequenter obtuli,& ꝙ nō pudet dicere uictor rogaui: qa pcere etiā ipsis tātoꝝ flagitioꝝ pdigioꝝq; autoribus uolui, parcere populo,urbem seruare: sed qd facerē repugnantibus, sed qd facerem aduersus suos furentibus? positis plerunq; armis,qa illi à suoꝝ cædibus non desinebant: in bellū reuerti,ut liberarem obsessos,non perderem: ipsi nos de muris hortati sæpe sunt dimicare,ne grauius à suis perirent. Quales sunt ciues q̄bus hostis remedio est? Audieram eqdem intolerabilē huius esse populi ferocitatē, q̄ incredibilibus se opinionibus in omnē excitat insolentiam. De cœlo se genus ducere,ibi primū induisse corporis formam,cœli se fuisse icolas,descēdisse ad cultus terraꝝ,de terris ad cœlū redire,transisse p maria sicco pede,fugisse ante se fluctus maris,conuersa Iordanis fluenta,in suum fontem recucurrisse,stetisse solem ut hi hostes suos uincerent,ne nox impediret: raptos in cœlum igneis curribus suos, prælíatos pro se cœli potestates,& absentibus his uniuersas hostium fusas copias,dormientibus partam uictoriam. Hæc compereram, sed putabam ꝙ diuina circa se iactarent beneficia nō usq; quaq; audaciam extenderent, ut se nec à Romanis uinci posse arbitrarētur. Agnosco itaq; cum his nobis esse prælium, q̄ se insuperabiles credant, cum se iactitent diluuii superstites, hæredes fluminum, terrarum hospites, uatores æquoreos, ascensores æthereos, quibus unda murus est, aēr uia, cœlum habitatio, cedunt flammæ, nec uincula tenent. Sitientibus petra soluit, ac sese fundit in potus. Esurientibus cœlum aperitur, cibus mittitur, carne uolatilium castra implent, & panem angelorum manducat homo. Stringuntur liquentia, amara dulcescunt, sol statuit, tenebræ illuminant. Postremo quid amplius potest esse, quando hic audacia deesse potest? Qui ut, aiunt, mortui uiuunt, & sepulti resuscitant. Aduersus diuina quoq; conspirasse homines opinio frequens, & pœna indicio est. Ardent hodie quoq; terræ ꝓpter incolaꝝ impietatem: plerosq; etiam ex istis hiatus soli absorbuit. Quamdiu igit̄ in his locis mo rabimur? ubi & terraꝝ ruina est, uidimus & mare mortuū, uidimus etiam mortua terraꝝ nascentia, humū aridam, uirentiū fructuū umbras inanes, foris gratiam, intus fauillam.

Quis

Quis dubitare potest, quin apud inferos uersemur, apud quos etiam elementa moriuntur? Ipsa quinetiā quæ post mortē uiuere solet, apud quos naturæ pietas mortua, & superstes defunctis religio? Quis em̄ parentes nō etiam mortuos diligat? Quis etiam amissos filios non amet, & loco pignorum teneat? Manet affectus, & si pignus obierit, perseuerat nomē naturæ, gratia non intercidit. Apud hos uero nec uiuentem mater recognoscit filium, nec appellantem audit, nec uagientis miseretur: & propter unius horæ execrabilem cibū, paricidales iniecit pignori manus. Sed quid quasi nouū arguo, cum paricidio fraterno generis sui numerent exordia? cum ipsius Abrahæ, quem appellant patrem, & disciplinæ autorem, ac sui principē cultus: in eo maxime fidem prædicēt, ꝙ nec filio parcendum putauerit, eumq; sicut hostiam aris admouerit, atq; holocaustum offerre nō dubitauerit. Non cōdemno deuotionem, sed quæro pietatem: Alium quoꝙ è suis uouisse, aiunt, uictorem, ut quicquid sibi primū occurrisset domum reuertenti, īmolaret deo suo: & cum rediret occurrisse filiam, atꝙ illum iniecisse filiæ manus, multaq; alia huiusmodi exēpla. Qualis ista gens, quæ religioni tribuat hominis necē, & sacrificium putet esse paricidium? Quis deus possit hoc exigere, aut qualis sacerdos qui hoc possit deferre? Deniq; ueterem illū quasi prudentiorem nō feciſſe aiunt, sed uoluisse istum quasi cōsultiorem perseueraſſe. Habeant suos ritus duritatum homines, apud quos disciplina est filios occidere. Infelix ciuitas ī qua talis officina, tale mysterium est. Operiant eam ruinæ suæ, atq; abscondant inuidi ipsi contagionē, ne sol uideat, ne stellarum globus spectet, ne maculentur aurarū spiramina, purgatorius quoq; ille exuret ignis. Thyesteas dapes fabulam putabamus, flagitium uidemus, ueritatē cernimus atrociorem tragœdiis. Ibi em̄ firmior sexus & partus alienus, hic mulier cui partus propriꝰ us fuerit cibus. Ibi aliena fraus, hic propria uoluntas. Ille doluit, hæc insultauit digna talibus uitis esca, qui pertinaciter bellando mulieres suas ad tale perduxerūt cōuiuium. Equidem eos tantis malorū afflictos acerbitatibus iam furere arbitror, amētesq; factos qui hæc nō sentiant. Quare maturius bellum cōficiamus, quia emendari nō queūt: ingruamus instantius ut fugiamus regionum istarum morientes aquas, terras ruentes.

.Caput .XLII.

Ianuas templi auro incrustatas iussit accendi Cæsar.

HIs dictis admoueri templo arietes iubet, sed nihil ualidi ictus proficiebant. Prohiberiq; tamē territi de ipsis seditionum principibus cōfugēre ad Cæsarem, quos Titus tanq̄ necessitate compulsos, nō quasi promissum secutos dubitauit suscipere, sed fides tempauit iracūdiam. Non eo loci tamē habuit, quo perfugas superiores, intentiusq; urgere suos cœpit, ut uniuersi hostium discederent perculsi metu: Sed ubi parietes inoffensos ab ictu arietum mole sua uiderunt manere, aluerunt audaciam: ingenio tamē Cæsar præueniēs, ianuas argento opertas succendi iussit, quibus igne admoto argentum defluere cœpit: deinde paulatim etiam lignū ardere: Sic in porticum interiorem aditus patescere. Sed miseratus Cæsar, ne finitimis interioris uestibuli porticibus comprehensis templū exureretur, ad consiliū uocauit duces exercitus, dicens: non cum insensibilibus sibi certamē esse, nec bellum cum ædificiis, quæ uictoribus proficerent, si inexusta reseruarētur: duces tamē asserebant ualitudinem parietū & munitionē templi, ludæis in reliquum quoq; incentiuo futura, q̄bus esset grata insolētia radices rebellionis eruendas funditus, ne iterum temeritas recrudesceret. Distulit tamen Cæsar consilii tractatum in posterum diem, uerū ludæi se infundēdos putarunt: sed Romani consertis clypeis q̄uis pauciores, primum impetū sustinuere. Nutabat tamē acies concursu innumerabilis multitudinis. Vnde Cæsar cum equitibus properè affuit, protinus facile quos reperisset, atq; hostile agmen reflexit eo fretus, quia iam pateret uestibulorum portio. Maiore suorū manu sequente die disposuit in hostem irrūpere, templū succēdere. Quod factum eripuisset urbem incendio, nisi leua mens populi flammas in se hostium prouocasset. Iubet em̄ Cæsar restingui ignium globos, ne irrupturis impedimento forent. Quod uidentes ludæi dum insidiantur uolentibus incendia templi restinguere, cæsis aliquibus hostem accēderant: unus de Romanis semiustam nactus materiem quæ de fastigio deciderat, adulto igne portæ admouit, quæ aurea nuncupabatur, ꝙ auro uestitas haberet fores, Liquefactus ilico flammis, auri rigor lignū nudauit,

qđ uelut intecto latere patuit incẽdio. Exustis itaq; ualuis, in interiora se teẽpli penetralia inseruit ignis. lamq; portæ eius uestibula lucebant. Turbati omnes q se templi munimine defensabant, trepidare ilico, & quædam iam inclinatio mẽtium erat, illũ diem esse templo excidialem, quia ipso die quõdam Babyloniis ingruẽtibns fuerat incẽsum, qa erat decimus dies ✱ loma mẽsis, quem iamdudum inter funestos annumerabant. In supi ora quoq; se aurarum spiramine ignis attollens, uictoribus lætitiam, uictis tanta labe dolorem dignum infudit. Clamor quoq; uniuersorum exortus, nec multo post nũtius hostilis excidium Cæsari manifestum reddidit: qui se proripiens quanta poterat uoce, restingui ignes iubebat. Sed neq; per tumultum audiendi facultas erat, neq; parcendi uoluntas, cum Romani milites uindictæ studio feruerent, notaq; pietas Cæsaris, inobediẽtiæ metum suis demeret, nulli fraudi suis futurum, cum etiam hostibus ignosceret. Nutu tamen & manu Titus reuocabat quos poterat, mandabat aliquibus inhiberent impetus militum. Sed ira duce adolebat incendium, hostem urgebant desperatione salutis, iam sui prodigum, & totũ se expendẽtem periculis. Vulgus maxime ignobile feriebatur ubicunq; occurrerat, quia nullis munitum armis, nec repellendo uulneri, nec retorquendo idoneum erat,

Decimo die mẽsis Augusti, q erat Iudæis fatal'tẽplũ succẽsum est.

Caput .XLIII.

FAtigatus itaq; clamoribus Cæsar gradum retulit, cũ flamma adhuc conclauia tẽpli depascebatur. Quibus deustis in ipsam ædem se furens intulit. Qua specie plerique exanimati: alii se in ipsos misere ignes, quorum oculi ferre nõ poterant, ut superstites templo reseruarentur. Rursus cucurrit Titus, cupiens cuiusmodi ædes esset circũspectare. Cuius gratia motus, præcellentiorem omniũ templorum fuisse operibus fatebatur. Mirabatur saxorum magnitudinem, metalli nitorem, uenustatem operis, gratiam pulchritudinis. Nec immerito tantã fuisse loci celebritatem pronuntiabat, ut eo ex locis omnibus cõueniretur, quia tantum non nisi summi dei crederetur esse domicilium. Adiungebat honos fidem religionis, quo etiam barbarorũ gentes templum illud uenerebantur: & inferebãt munera prædones religionis, quæ tamẽ tunc diripiebant sui, & disperdebant latrones, irruentes in omnia quæ depositi uiduarum fuerant, uel pupillorum, tanq; de uictoribus uindicarentur, si quid ex præda Romanis minueretur. Templum quoq; ardere cõspicientes, ipsi incendebant cætera, ne quod excidio templi superstes esset ædificium: religioni deputantes, si omnia cũ templo perirẽt. Nec adhuc tamẽ Iudæi perfidiã deponebant, quæ causa maioris excidii fuit. Nam cum animi multorum inflecterentur, ut se, fracto agmine, Romanis traderent, pseudopropheta quidam iactare cœpit in excessu mentis suæ, templo diuina præsidia non defutura, uocare populum ad se uelut quodam oraculo, adhuc se in templo suo manere: ilico repulsurum hostium cuneos, flammarũ incendia. Sic miseri dum infeliciter falsis circũuentionibus credunt, dedecores atq; inulti sicut pecora trucidabant. Qui si uoluissent credere, euidentia imminentis signa excidii habebant: quibus ueluti claris uocibus admonebantur, finem sibi affore.

Cæsar oĩbus locis tẽpli circũspectatis, laudauit mirũ in modũ structuram.

Caput .XLIIII.

NAm per annũ fermè supra templum ipsum cometes, passim ignis gladii quandam præferens similitudinem, denuntiabat quoq; ferro & igni gentis & regni urbisq; ipsius uastitatẽ futuram. Quid eñ similitudo gladii, nisi bellum? Quid ignis nisi incendium denũtiaret? Visus est aũt priusq; populus à Romanis sese dissociaret, ipsis aũt pascæ diebus Xătici mẽsis, viii. die, & persingulas noctes hora circiter nona, tẽplũ & ara eius ita lumine refulgebat, quasi dies esset, p dimidiũ fermè horæ quotidie manẽs: qđ uulgo interprætabat, cumulãdæ gẽtis indiciũ uideri, eoq; impulsi sunt tanq; tempus afforet libertatis recipiẽdæ. Prudẽtiores cõtrà opinabant, q̃ id genus stellæ bellũ soleat denũtiare, nec quisq; arbitret aliena nos à cultu nostro, & disciplina locutos. Primũ, qa nõ qđ nobis uideat astruimus, sed qd accididerit, quæúe opiniones tunc tpis fuerint, qd prudẽtes senserint, qd ĩprudẽtes. Neq; cũ de secta Iudæoꝝ aliq̃d dictũ est: ita scriptũ uideat, à nobis, quasi in ueritate cultus eorũ, nõ quasi in umbra, & figura pmissos cõtexeremus, ut sequerẽtur pfectiora. Nã de signis stellarũ etiã ĩ euãgelio dominus, qa erũt signa in sole & luna & stellis. Vitulæ quoq; partu asseruerũt: cũ ĩmolandæ astaret altaribus, in medio templi agnũ editũ, in ipsis sacrorum (quæ supà memoramus)

Cometes añ euersionẽ urbis fere uisus Iannũ fuit.

Vitula ĩmolanda añ aras edidit agnum.

uimus celebritatibus. Orientalem quoq; portam interiorem solido ære grauem, quæ solerat ad uesperam uiginti uirorum multo claudi labore, obseratam uectibus ferreis per aliquot noctes sponte reseratam, & uix postea à custodibus clausam. Id quoq; arbitrabantur plerique futurorum signum bonorũ, quibus ingressuris porta aperiretur. Consultiores autẽ, aiebant custodiam templi resolutam uideri, ut quæcũq; intus forent, ab hostibus diriperentur: exiret cultus, introiret uastitas, euacuaretur celebritas, sacrificiũ destruereretur. Quod etiam anteq̃ crucifixissent Christum Iesum liquido significatum lectio docet. Post multos quoq; dies, figura quædam apparuit inæstimabilis magnitudinis, quam plurimi circũspexere, sicut libri Iudæorum manifestarũt: & ante solis occasum subito uisi in nubibus currus, & acies armatæ, qbus totius Iudææ regionisq; eius urbes incursarenẽ. In ipsa autem pentecostes solennitate, q ingredientes sacerdotes in templi interiora nocturno tempore, ut sacrificia assueta celebrarent, primo motũ quendam sensisse se prodiderunt, & sonũ editum, postea etiam audisse repẽtina uoce clamatum: Transeamus hinc. Iesus quoq; Ananiæ filius rurícula uir, ante annos quatuor, quàm bellum Iudæorum populus adoriret, in summa pace urbis & abundantia, cũ sceno phegia sacrificiis solennibus celebrarentur, templũ ascendens cœpit clamare: Vox ab oriente, uox ab occidente, uox à quatuor uentis, uox super Hierosolymam, & super templũ, uox super sponsos & sponsas, uox sup omnẽ populũ: hoc noctibus & diebus uociferabatur. Quo moti primores loci, corripuerunt eũ, terribile uocis eius indicium perhorrescentes, & plurimis eum supplicĩis affecere, quo saltem afflictus dolore, desineret terribilia & plena ꝓdigiis denũtiare. At ille nec metu ullo, nec uerberibus aut gra uioribus interminationibs territus, usum aut uocẽ mutauit, eadẽ denũtiatiõis & perseuerantia cõtexione sermonũ, nulla obsecrationis interpolatione in iisdem manebat, iniuriæ negligens, affectu immobilis. Quod nequaq̃ perfunctoriũ rati, sed in excessu mẽtis, ut erat, exprimi: detulerũt ad locis iudicem, qui tunc temporis à Romanis per id locorum, publica agitabat negocia. Is rimandæ ueritatis gratia, sæuissimis eum pœnis exulcerauit: quo magis perseueraret, eo uehemẽtius corrípi flagellis hominẽ iubens, ut si rogauit, sed ad singula uerbera nõ suum, sed patriæ excidium flebiliter plorabat dicens: Veh Hierosolymis. Neq; interrogatus quis esset, uel unde, uel cur eadẽ diceret, respõsum reddidit: sed tantũmodo lamẽtationem illam patriæ, questu miserabili prosequebatur. Defessus itaq; Albinus, hoc eñ nomẽ uiro, dimisit eũ, tanq̃ demẽti furore, quid diceret nõ sentientem. At ille neq; sermonẽ ullum cum quoq̃ habebat, nec aliud loquí p reliquum tempus auditus est: sed hoc tanq̃ lugubre atq; funereũ cãticũ canens, diebus ac noctibus iugiter resultabat: Væ Hierosolymis. Neq; uerberanti cõuitiabatur, neq; cibum impertienti gratias agebat. Vna erat ad omnes, eademq; plena funebris ululatus responsio, & maxime sacrificiorũ celebritatibus. Per septem itaq; annos, & quinq; mẽses, eadem uerborũ series, idem uocis sonus mansit. Itaq; indefessus tanto tpe, ubi obsidio cœpit, eadem illa uociferari destitit, quasi cessare oporteret denuntiari, cũ adessent quæ fuerant denuntiata. Sed ubi flamma cœpit pariter urbem & templum inuoluere, circũiens murum, clamare iterũ cœpit: Væ ciuitati, populo, & templo. Et ad postremũ ad didit: Væ etiã mihi: & fundibulo ictus in eadem uoce amisit spiritum. Vrbem quoq; ipsam cum templo, uetustis literis scriptũ erat, tunc perituram, cũ tetragonum templũ factum fuisset. Itaq; siue obliti, siue obstupefacti ingruentiũ malorũ necessitate: ubi occupata est Antonia tetragonũ circuitũ templi fecerunt. Inter quæ illud ptæcellẽtissimũ quod in literis æque uetustis, quas sacras uocabant, manebat impressum, quod secundum illud tempus futurus esset uir, qui de regione eorum imperium assumeret in orbẽ terrarum. Quæ res eos in tanto furore posuit, ut sibi non solum libertatẽ, sed etiam regnum pollicerentur. Id alii ad Vespasianum referendum putarunt, prudẽtiores ad dominum Iesum, qui eorum in terris secundum carnem genitus ex Maria regnum suum per uniuersa terrarum spatia diffudit. Tantis itaq; rebus aduenientibus, non potuerũt capere quod diuinitus decernebatur.

Porta æneã urbis per aliquot noctes spõte ꝓpria reserata.

Currus & acies armatæ in nubibus uisæ.

Voces audita a sacerdotibus in templo: Transeamus hinc.

Cuiusdam agricolæ cõtinuus clamor.

Iudæi occæcati præsagia deletionis nõ intellexerunt.

Caput .XLV.

Romani ſcē templo fugatiſq; ſeditioſis imperatorē Titū ſummis uocibus declarant

FVgientibus itaq; autoribus ſeditionum, cum templum exueretur, Romani poſuerunt ſigna intra circuitum templi ipſius, & contra portam orientalem ſacrificauerunt, imperatorem Titum ſummis prædicantes uocibus. Interea puer quidam eò loci, ubi etiam ſacerdotes erant, quos & inopia aquæ, & æſtus finitimi incendii cōmacerabat ſiti, rogauit unum de cuſtodibus Romanis dexteram ſibi dare, potum oſferre. Porrexit illicò, ætatem pariter miſeratus ac neceſſitatem, bibit puerulus: & quia ſedulo innoxiæ creditum fuerat ætati, rapuit aquæ uas, & curſu ſeſe proripuit, ut etiam ſacerdotibus bibendi copiam miniſtraret. Voluit ſequi miles, ſed non potuit comprehendere. Ille periculo ſuo ſacerdotum ſitim leuauit. Bona fraus quæ neminem læderet, ſubueniret neceſſitati. Deniq; miles ipſe miratus eſt magis affectum pueri, quàm dolum deteſtatus, quod in illa ætate atq; excidio totius urbis, & communi periculo quid deberet reuerentiæ ſacerdotibus, quod potuit miniſterium non inexpreſſum reliquit. Nec multo poſt ſacerdotes confecti fame & ſiti, uitam rogarunt. Quos Titus iuſſit occidi, degeneris animi eſſe reſpondēs, ut templo & muneri cuperent ſuperuiuere.

De reuerētia pueri erga ſacerdotes, q̄s Cæſar occidi iuſſit.

Caput .XLVI.

Sermo Titi ad ſeditioſos q̄ multis modis totū pene orbem ſubiectū Romano imperio, oſtendit.

IOhanni autem & Simoni, & cæteris principibus ſeditionum rogantibus, ut pauliſper ceſſare iacula telorum, & ſtrepitum iuberet, dicendiq; ſibi poteſtatem daret, ab indulgentia non abhorreret. Facto ſilentio ita reſponſum edidit: Serum nequiſſimi tempus ad miſericordiam, cum iam quid reſeruetur, nihil relictum ſit. Offerebam uobis, & deſpexiſtis: & diffidentiam putaſtis, non indulgentiam. At ego inoxia ædificia ueſtro ſcelere perire ingemiſcebam, uulgus ignobile cogi ad mortem dolebam: parcere uolebam, uos non ſinebatis: ſuſpendebam prælia, uos irruebatis: pacem offerebam, uos non recepiſtis. Alloquebar frequenter, crebrò conueniebam. Non pudet dicere, inſoletiores uos feci rogando. Quid putabatis, quod Romanæ acies uobis cederent, & multitudine circūueniretis uictorem, uictorē oīm exercituū? Quota portio urbis pugnauit, quia uniuerſum, nec regio ueſtra ſuſtinere poterat, nec ſinebat neceſſitas. Maior enim cura tuendi nobis orbis, quàm propugnandi. Quocunque eamus nihil eſt nouum, nihil eſt alienum, quibus omnis terra poſſeſſio eſt. Latrocinium hoc, quaſi neuum in corpore diu diſſimulandum putauimus, aliquando commoti auferendum credidimus, ne fulgorem imperii Romani ueſtra inobedientia & quædam interpolaret caligo: Senſiſtis Romanam uirtutem non bellando, ſed moriendo. Neq; enim in campo ueſtra uidimus agmina, ſed in muro, cum uobis nec clauſtra prodeſſent ad tutamētum ſalutis. Quis ēm murus reſiſteret, quibus oceanus non reſtitit? Aut quæ ciuitas noſtræ obſidioni inexpugnabilis foret ſepta p̄ſidio muroꝝ, cū Britannias quoq; Romana arma penetrauerint, muro fremētis circūuallatas elementi? Subſtratus eſt nobis ille p̄ruptus aquæ mons. Patres ueſtros, ut ludaicæ fabulæ ferunt, rubri maris unda muri ſpecie tranſeuntes, circumuallauerit: Romana fortitudo murum oceani perfregit. Non inuideo uobis aliena beneficia. Vidit uos mare & fugerit, ut clauſi ab hoſte fugeritis, quia perrumpere hoſtem non poteratis, nec ſuſtinere. Nōbis fuga oceani damno fuiſſet, ſi fugiſſet. Geſſimus antè bellum cum fluctibus, inſanum mare ante ſuperauimus, q̄ ad hoſtem peruenīremus. Excepit nos Britannia, iam uictores elementoꝝ. Quibus illi fidebant, nos ſubegimus, ut ad triumphi cumulū ipſe oceanus accederet. Sed forte de uirtute corporis præſumebatis. Nunquid uos Germanis fortiores, quos ſeptos Alpium muro, fortitudo Romana in ſeruitutem deduxit? Nec illa ſimilia Tauri montis accluis collibus, aut Canopeis agminibus Aegyptiorum, cum quibus uobis bellandi uſus eſt. Supra nubes aſcendimus, & de nube deſcendentes populos uicimus, aëriū cunctis aperuimus iter, æquoreum uobis non inuidemus: dummodo illud triumphantium fuerit, hoc fugientium. Romanæ itaq; uirtuti concederunt montes, amnes exaruerunt, amiſſo curſu quem natura direxerat, & inflexo quò uictores iubebāt. Conuerſus ſit Iordanis ueſter, ut dicitis, atq; in fontem reuerterit, ut uobis iter panderet, non eo Cloëlia Romana uirgo eguit, quæ ruptis uinculis hoſtem euaſit, & fluuio decurrens Romanis ſe intulit caſtris. Nec incendia ueſtra miramur, de quibus Hebræos pueros euaſiſſe, maximos edere cantus ſo-

Cloelia Romana uirgo.

letis.

Mutij romani animus.

letis. Mutius noſter nullo cogente manum admouit ignibus, nec remouit donec uictor incendii, miraculum hoſtibus ſuæ infunderet fortitudinis, quæ flammas non ſenſerit. Deniq; pacem rogarunt, qui triumphum ſperabant. An uero cœleſtia illa uos extulere pabula, & eſca pluuiarum aduerſus uirtutem Romanam? Sed conſiderare decuit altricem ipſam orbis terrarum Africam, eſſe ſubiectam Romanæ fortitudini. Nobis ſeruit quæ omnes alit: in noſtra poteſtate eſt fames omnium, & uictus uniuerſoꝝ. Quod natura omnibus dedit, uirtus Romana ius ſuum fecit. Ipſum Annibalem perculit, in exiliumq; coegit, quem non capiebat orbis terrarum. Anguſtior ciuibus Africa fuit. Non idoneæ ad demorandum uiſæ Hiſpaniæ, arcta uianti Gallia, indigna Italia amicitiæ fœdere, & ſocietatis cōſortio, lactetis liceat, quod flumina militauerint uobis, cœleſtes poteſtates pugnauerint: Nos Annibalem inequitātem fluminibus uicimus, atq; intonantem undis. Ipſius tempeſtatibus quatiebatur mundus. Et ille muros noſtros armis pulſabat. Neq; uero neceſſarium fuit, ut hoſtes noſtri, ſicut Aſſyrii ueſtri dormiētes extingue rentur, ſed prælíantes. Non enim in ſomnis uictoria quæritur, ſed in prælio: non uirtutis adorea eſt, ubi fortuita gratia. Hoſtes noſtri non aquarum rutilo decepti, renitentium ad ſolis exortū in manus noſtras inconſultius inciderunt, dum fuſi ſanguinis ſpecie nos extinctos putauerunt: ſed ſcientes & ad bellum parati, campos terrarum corporibus ſuis texere, ac proprio ſanguine repleuerunt. Quæ uos fortitudo in tanta poſuit inſolentia? Non uidebatis eos ſeruire nobis, qui uobis imperitarunt? Aegyptus quæ uos affligere ſolebat, nobis annuum pendet tributū, & uiam præbet uſq; ad Indicos tractus, extra orbem terrarum egredi, atq; alterum orbem quærere: maris ſecreta, ſolis oceaniq; ultima, & alterius orbis incolas noſtro imperio adiungere. Quid Antiochi regnum, qui uos grauibus ſupplíciis affecit? Ius quoq; ipſum ereptum religionis, nos ipſi uobis refudimus glorioſius arbitrantes imperare regibus, quàm regnum tollere. Ipſa auferre Antiochia ſedes dominorum ueſtroꝝ, non ſtudioſe ſuos repudiauit, & nos dominos elegit. Vos ipſi nónne ad nos confugiſtis, ut illos dominos fugeretis? Nónne ipſi uos ſuſcepimus, & aduerſum illos defendimus? Seruiuimus uobis ut ueſtris legibus uiueretis: dedimus poteſtatem ueſtris inſeruire cultibus. Sacra ueſtra ſcire noluimus, ſed honora uimus. Poſtea rebellandum putaſtis. Pompeius templum cepit, ſed non diruit: urbem occupauit, ſed integra omnia reſeruauit donaria. Pro quibus ó grati ſocii hanc uicem nobis rependiſtis, ut tertio rebellaretis. Fuerit Nero deſpiciendus, ſed non in uno Romana uirtus expendebatur: ſed habebat militem Veſpaſianum, qui iam ad pacem reuocauerat Gallias: tam fortis in prælio, ut per illum & Nero uinceret, per illum Nero eſſet hoſtibus formidabilis: tam fidelis domino principi, ut ſolus imperium non quæreret, quod ſolus merebatur. Sed Ceſtius læſerat: querelam deferri decuit, non arma irrogari. Miſſus pater Veſpaſianus, qui improuiſus potuit in imparatos ſe effundere: Galilæam circumibat, longinqua exurebat, ut uos deponeretis inſolentiam, ueniam poſtulare tis. Oſtendit uirtutem, & cum uniuerſos clauſos teneret, Aegyptum petiit, ut inducias reſpiſcendi daret. Inſolentiores uos noſtra abſentia fecit, quia nos occupatos putaſtis. Sed nunquam ita occupati ſumus, ut abſentes ſimus orbi terrarum. Nam & abſentes aſſumus, & longe poſitis propius aſſiſtimus. Nanq; ut anima in corpore omnia membra uiuificat ſua, ſic Romana prouidentia omnibus imperii ſui partibus adeſt, & totum orbem Romanum, tanquam præſens gubernat. Nam ſi ſingulis animis illa uis diuina regēdi corporis uirtutem dedit, quanto magis Romano uigore, quo quaſi unum totius imperii noſtri corpus animaꝫ, tuendi eius uitalē quandam ſubſtantiam ſubminiſtrauit? Suſpenſum itaq; bellū uos reparaſtis. Profecturus itaq; pater ad urbē Romā, à tyrannis recipiendam, me à ſua diuiſit ſocietate, ne uobis ſuæ pietatis executor deeſſet. Veni ad belalum ſpecie terrentis, affectu rogantis. Quoties à mœnibus ueſtris uocaui exercitū? Quoties poſtea à penetralibus templi retraxi? Quoties reſtinxi incēdia? Quoties monui? Sed nunq̄ audiſtis. Nunc me demū rogatis, quaſi iam quicq̄ ſuperſit quale conſumptū eſt, et tī à cæde, incendio, direptione exemi militē. Quid deſideratis? q̄d adhuc ſtatis armati? quaſi daturi leges, non accepturi? Si deditionē petitis, deponite arma: iam non metuenda uictoribus, ſed ſuperba uictis, & plena inſolentiæ: ut armati rogetis quaſi de fide nſa

Pōpeius tēplum cepit ſ ingrati quidam.

Perulcax seditiosoꝝ rñsio, qua Titꝰ commotior reddit, seuere obiurgat.

dubitandum uobis sit, aut adhuc uirtutem lacessitis bellum minantes? Populus extinctus est, templum ardet, urbem tenemus. Quid reliqui speratis, nisi ut uita uobis donet? Proinde ponite arma quasi uicti, uiuere uobis donabo, & si non meremini, quia noluistis quæ uestra sunt, uobis conseruare. Tunc illi petere cœperunt, ut sibi obstrictis sacramento, ne unq̃ se Romanis traderent, egrediendi per murꝝ potestatem daret, quo cum suis familiis in desertum pergerent, urbem Romanis cedentes. Eo commotior Titus, etiam ne, inquit, conditiones nobis imperatis? Quin potius defensate patriam, adestote templo, omni uirtute insurgite, seruate sacramentum mortis, quando uitæ repudiastis. Et simul iubet insurgere Romanos in necem hostium. Plurimi cœpere grauiore uictoꝝ indignatione labefactari: tradiderunt se tamen Zaræ regis filii, & fratres eius, & plurimi cum ipsis de plebe. Nec Titus, q̃uis excitatus ad iracundiam, propositum suum solauit contuitu regalis fastigii, sed recepit confugientes: solius tamen pietatis (quod maximũ est) lucrum fecit. Nam prædam omnem domus regiæ, seditionis autores diripuere, ut nihil ex ea ad Romanos perueniret.

Caput .XLVII.

SImul autẽ, ut facto impetu, in aulam irruere: duos de Romanis militibus inuadentes, unum pedestris militiæ uiꝝ trucidauerunt: eques uero popoſcit se ad Simonem duci, allegans se habere, quæ memorato insinuaret principi seditionum. Sed perductus ad eum, cum uana quædam attexeret, perimi iussus: dum percussor moratꝰ, clausis iam fasciola oculis, sese pripuit ad Romanos. Qui cõminus præliantes susceperε fugientem, perductumq; ad sese Titus quasi indignũ uideri morte, qui ab hoste uiuus potuerit capi, exutum armis iussit dimitti: reseruans ei quod per hostis ignauiam nõ amiserat, & auferens militiæ sacramentũ, quod captus, pdidit, fugitiuus dehonestauit: Id illi maiori supplicio fuit, apud uiros enim grauiora militiæ ꝓbra, q̃ mortis uulnera sunt. Repulsi tamen ilicò ludæi, ad superiora urbis se contulere, relicta templi, & urbis defensione. Strages magna in eos qui resederunt exercebaꝫ, femineciꝫbus aut cadaueribus repletæ uiæ. Iussit Cæsar etiam ad superiora admoueri machinas: quod uidentes Idumæi elegerunt uiros quos ad Titum mitterent, qui deditionem rogarent. Eo cognito, Simon prævenit, & electos quidem petendæ deditionis uiros intercepit. Sed Idumæi non multo post, q̃uis destituti adiumento principum, cum sustinere diutius uim nequirent, tradiderunt se exercitui Romano. Ita primum fames, & ad postremũ desperatio resistendi deditionem patrauit. Nec Romani multa cæde iam fessi abnuebant uitæ indulgentiam, & studio captiua mancipia uendendi promptiores erant ad reseruandam salutem. Plurimi uenales, sed pauci emptores: quia Romani habere in seruitutem Iudæos dedignabantur, nec Iudæi supererant, qui redimerent suos, cum se euasisse unusquisque uel inopem gratularetur. Passim itaque se tradebant remoto metu, quoniam latrones abierant, Romani ignoscebant.

Oẽs uiæ plenæ cadaueribus

Plurimi Iudæoꝝ uenales, pauciem ptores

Caput .XLVIII.

DEniq; & Iesus unus ex sacerdotibus, Thebuti filius se dedidit, & uasa sacerdotalium ministerioꝝ, lucernas duas, mensas, cratheras, phialas, & omnia uasa aurea: sed & peripetasmata, & indumenta principũ sacerdotii, cum lapidibus, accepta fide salutis, uolens tradidit. Cõprehensus etiam Phinees custos gazophilacii de monstrauit sacerdotum purpuram multam, & coccum, & alia complura, quæ ad usum reseruabanꝫ. Cum quibus cinnamomũ & casiam & aromata plurima, & thymiamata, uasa quoq; sacramentoꝝ multa: etiam ipse tradidit & uestem sacratam, sed coactus metu, unde & ueniabile apud suos flagitiũ fuit: tñ & si uoluntas defuit, deesse uirtus non debuit: Licet plerunq; seuerius iudicemus, q̃ precauere possimus, si ipsi in tali uersemur necessitate: refugere tñ debemus furti ministerium, & indicium proditionis.

Iesus offert Titouasa ministeriorum

Phinees custos gazophilacij cõprehendit

Caput .XLIX.

IAmq; insurrexerant aggeres, & ferire cœperant arietes murꝝ superiorẽ septima die mensis, quẽ Gorpieũ. nũcupant: uentum ad supremũ. Conturbati & perterriti ipsi factionũ principes, qui in extremis insultabant periculis, genibus singuloꝝ aduolauebanꝫ, opem orantes, Cernere erat, q̃ miserabilis illa mutatio foret ex illo terribili ac superbo

fastigio, in hanc humilem & plebeiam deiectionem; in lachrymas, fletus, pauorem. Necdum cesserat murus urbis superioris, iam illi percursabant singulos, nihil superesse præsidii ingemiscentes, hostem ingressum arbitrabantur. Plerique tanq̃ iam de superioribus pugnãtes, Romanos uidere sibi uidebanꝫ: quod metuebant animo, oculis præfigurabant, & mentis pauor fiebat imago uisus. Deniq; pro certo iam hostem ceruicibus suis incumbere credentes, quibus adhuc tres turres Mariamne, & Phaselus, & Equestris supererant, cæteris ualidiores: deseruerunt superiora confugientes ad hypogea, uel retrusos specus. Iohannes tamen non multo post fame tabidus, & confectus ieiunio, tradidit se Cæsari: qui reseruatus ad triumphum, sed perpetuis uinculis innodatus, usq; ad mortem trahens, magis spiritum uitæ, quàm ullam uoluptatem uiuendi expertus, secum euasit. Simon autem latuit etiam intra exustæ urbis ruinas in hypogeis, se cũ paucis recondens fidelioribus. Iam Cæsar discesserat cremata urbe, æstimans etiam Simonẽ aut igni exustum, aut ruina oppressum, aut à quocunq; homine interemptum. Verum ille quamdiu cibus suppeditauit, indefossis specubus defodiebat introrsum. Sed ubi & cibus defecit, & nullus euadendi exitus patuit, subito ad superiora erepsit, indutus uestε candida, & purpureo desuper uestimento, ut terrorem quendam incuteret aspicientibus. Qui primo stupentibus militibus Romanis mandat, ut ad ducem suum deducerent. Erat in eo loco Rufus Terentius, quem Titus loco præfectum militiæ dereliquerat. Quo adueniente interrogatus quis esset: primo alia, post Simonem confessus est. In de transmissus ad Cæsarem, & ipse ad triumphum reseruatus. Sed quia crudelia exercuerat in ciues, nec se Cæsari tradiderat, post triumphi pompam neci adiudicatus. Octaua die Gorpiei mensis concremata est ciuitas: Cæsa per omne tempus obsidiõis innumera milia, decies centena milia: CX. myriades ut plerique asserunt. Iudæorum tamen omnium, sed non eiusdem regionis omnium & loci: quia eò undiq; conuenerunt tempore paschalis festiuitatis. Captiui abducti ad nonagintaseptem milia, latrones propè omnes perempti statim: qui ualidiores erant, per triumphum ducti, postea bestiis obiecti, cæteris q; supplicijs dati per singulas fermè urbes, quà iter agebat Titus, ut per uniuersos regionum supplicio metum spargeret.

Tres turres urbis Hiero.

Decies centena milia Iudeoꝝ (ut plerique centũ & decẽ myriades) occisa

Caput .L.

PEr idem tempus Alani, gens fera & diu ignota nostris, quod interiorum locorum difficultate & claustro portæ ferreæ, quam magnus Alexander præruptι montis imposuit iugo, cum cæteris feris, & indomitis introrsum gentibus, cohibebãtur: Incolebant Scythicum, Tanaim finitimaq; eius & Mæotidos paludes, uelut quodam clausi carcere memorati ingenio regis, ut suas terras exercerent, alienas non incursarent. Sed siue ob sterilitatem locorum, quod auari uotis agricolæ, sperata cultura non responderet fœcunditas, siue prædandi cupiditati regem Hyrcanoꝝ, qui locis præerat, solicitarunt, pretio' ne an dissensione incertum, ut reserata porta eruptionis sibi copiam daret: quo impetrato infudere se genti Medorum, & impetratis breui uelocibus equis, & alis pariter ad dexteram nexis, in quos per uices cum foret libitum, desilirent, totam propè regionem percursauere: ut primo perturbarent omnia, maioris q; multitudinis speciem darent, aduersus quam nullus fugæ locus uacaret. Deinde circumuentis omnibus, quantam uellent, strage edita, prædam abducerent. Erat enim regio populis frequens, & pecoris abundans, quæ nullo resistente facile patuit direpti oni. Siquidẽ ipse Pacorus Medorum rex, in abstrusa loca se contulit salutι potius, quàm regno consulens, ita ut uxor eius ac liberi ac concubinæ captæ ab Alanis, centum talentis postea redimerentur. Nec Tyridates Armeniæ rex, immunis fuit periculi, sed alieno malo cautior, pestem præuidit: & uiriliter uoluit occurrere, ut à finibus suis hostem auerteret. Dum præliatur tamen iaculo incertus, in potestatem hostium uiuus concesserat, ni præacuto gladio, nodum informem uelociter intercidisset. Nam insolentia quadam propriæ fortitudinis, & in cæteros despectu superbo, simul ut familiarem sibi emi nus decernendi consuetudinem, refugiendiq; facultatem fraude tali prætexerent, laqueos iacere, atq; hostem innectere, ars Alanis bellandiq; mos est.

Alanoꝝ gẽs fera Scythiæ

Pacorꝰ Medoꝝ rex

Caput .LI.

Fugit ita

FVgit itaq; Tyridates, cui euasisse satis fuit. Regnũ autem suum depopulandum reliquit. Nam quasi accepta iniuria, quod congredi ausus foret uehementius Armeniam, q̃ Mediæ regnum deuastauerunt. Opimis itaq; utriusq; regnis spoliis, ad ppria recursum fecere. Quoꝝ comperta incursione, Titus Antiochiam contendit: sensim tamen, ut triumphatorem decebat, causamq; dissimulans, per singulas urbes pompam celebrat uictoriæ. Perimebant in arena ludæi quacunq; pergebnat, ac dilacerati à bestiis pendebant merita rebellionis. Antiochiæ quoq; eos uetustis odiis gentilis populus insectabat; eo quod reges Persaꝝ, quæ de Hierosolymitana urbe donaria iure uictoriæ uindicauerant, synagogis contulerant. Antiochenis de suo quoq; alia largiti. Itaq; cõgestæ opes, inuidiã facile mouere. Nã ut illa nũc omittamus, quæ aduersum Machabæos gesserint sacerdotii cõpetitores, & quantæ cladi ciuiũ fuerit ambitio, sicut suprà memorauimus. Antiochus postea ignobili genere ortus, sed moribus perditus affecto crimine, quod ludæi urbem Antiochiam incendio exurere conspirauissent, patrem proprium qui esset de ludæoꝝ primoribus, & plerosq; alios insimulatos gentilis impetu multitudinis, ad mortẽ coẽgit. Nec eo paricidio multoꝝq; cæde exaturatus quieuit: sed postea quoq; nactus facultatem, qđ fortuitu incendio acciderat eiusdem urbis porticus, & tetragonum plateam, maximamq; partem ædificiorum cremari, fraude prædictæ coniurationis: iterum ludæos urgere cœpit, atq; incessere, ac propè uniuersoꝝ strage fecisset, nisi aduenienti Tito reseruata cognitio foret metu, ne Cæsar usurpato plurimoꝝ supplicio commoueret. Ea res ludæis saluti fuit.

Tit⁹ ad Antiochiam cõtẽdit triũphãs singulis inciuitatibus.

Caput .LII.

MAssadæ quoq; plurimi se ludæoꝝ freti loci munimine congregauere, cuius expugnandi negocium Titus indignũ arbitratus qđ imperatorẽ teneret, Syllæ mãdauit, cui summã in iisdẽ locis militiæ Romanæ, cauẽdiq; ne quid itẽ rebelliõis oriret, cõmiserat. Ipse Alexandriã contẽdit, & inde nauigio Romã trãsmisit. Sylla gnauiter insistẽs iniũcto sibi muneri, Massadæ muꝝ ariete dissoluit. Illi interioré ligno cõposuere, eo qđ ad hmõi ictus machinamentoꝝ, muralis materies facile nõ cederet. Sed Romani mutato bellandi genere, ignẽ iecere, qui & facile ligno inhæsit, & sine ulla adoleuit mora. Magnus itaq; adultus incendio flammæ ferebat fragor, qui primũ Boreæ spiramine à munitionis partibus repellebat, & Romanoꝝ magis uineas exurebat. Deinde exorto Noti spiramine, in castellũ sese retorsit, ita ut cõflagraret omis illegneus muralis obiectus materiæ cõsumptæ. Romani, qm̃ nox interuenerat securi uictoriæ in castra sese receperant, ut sequenti die nudatos iam atq; omi exutos præsidio debellarẽt. Sed ne quis elaberet, intextis castellũ custodiis circumuallauerunt.

Massadã, in qđ multi Iudæoꝝ ppter corpis salutẽ cõfugerant, Syllæ Titus expugnãdã committit

Caput .LIII.

DEsperatis itaq; rebus Eleazarus autor turbarum, uidens nil præsidii superesse, huc exorsus est sermonem, quem nos quasi epilogum quendam claudendo operi deplorabilem, more rhetorico non prætermisimus. Quid agimus Abrahamitæ uiri, genus regale, sacerdotalis gratiæ, uirtute insuperabiles? Non enim ex euentu uictoriæ, quæ frequenter incerta est, sed ex propositi constantia, uirtus expectat. Vnde coniicere liquet quia hostem subiicere sortis est, non mutare mentem uirtutis esse. Iure igit insuperabiles uos dixerim, si nullus adhuc uos mortis uicerit metus. Sed non ita uos pater instituit Abraham: sed qui in filio unico docuit, non mortem eius, sed immortalitatem futuram, si pro religione immolaret. Quid Iosiam prædicem, quo nemo fuit melior interpres religionis, contemptor mortis, assertor libertatis? Nanq; is in illo sugestu regali locatus, cui liceret differre mortem, tamẽ quia uidebat ppter peccata grauia captiuitatẽ plebis Israël futurã, bello se alieno miscuit, uitã refugit. Clamabat Nechao: Non aduersus te missus sum, sed aduersus regem Israël: ille tamẽ non prius recessit, q̃ letalẽ sagittæ ictũ subiret. Quo fusus uulnere, indicio nobis est, utrũ in bello meritũ, an casus ꝑponderet. Victus est Iosias prioꝝ instaurator sacroꝝ, uicit Nechao oim sceleratissimus: sed ille uictus, nũc cũ angelis est, hic uictor in suppliciis. Quis em̃ nescit, nõ in hac uita repositã esse mercedẽ homibus, sed post huius absolutionem certaminis? Hic enim currimus, ut illic ad palmam pueniamus; hic certamen, illic præmium est. Non ergo illa hic lon-

Sermo principísticariorũ Eleazari ad populum

hic longæuæ ætatis gratia est. Deniq; Abel cito occidit, Cain supeuixit: ita mors innocẽtiæ fuit, & uitæ ærumna. Ex illo in eandem sortem successimus, ut uiuere miserrimũ fieret, mori beatum. Quid est enim uita, nisi carcer animæ, ꝙ intra hoc ergastulum claditur, & carnali adhæret consortio? Cuius infirmitatibus quatit, labore affligit, ira conteritur, accenditur cupiditatibus, uexatur furore, nec se facile attollere potest humi nexa, concreta puluere, stricta uinculo, neruis irretita. Non mediocris tamen potestas ut corpus uiuificet, atq; infundat insensibili materiæ sensus uigorem, & in hoc inuisibiliter singulis anima sua conferat, totumq; hominem regat, atq; ultra mortalem puehat fragilitatem, ut cognitionem capiat cœlestium secretoꝝ, ut mentem intendat futuris. Itaq; ad imaginẽ similitudinemq; sui principis non uidet, cũ sit in corpe sita, sed nec corpalibus oculis cernit: nec ingressus eius, aut exitus eius ullo aspectu deprehendit: instar quoddã diuini muneris repsentans: Cum ingredit, uitam infundit: cum excedit corpore, mortem operat. Vbi anima, ibi uita: ubi ea defuerit, ibi mors est. Quicquid inuiserit, exuscitat: quicqd reliquerit, statim soluit, & continuo marcescit: infusione animæ, mortuus resurgit: discessiõe, uiuus exanimat. Quis ergo dubitet, ꝙ ei inesse uideat immortalitatis operatio, cui * uirtus sit mortem auerteré? Ea tamen sibi oneri est, q̃uis aliis ad usum redundet. Et ꝙ corpori donat, sibi detrahit. Grauat enim & quasi in terram inclinatur cum isto mortali corpore. Itaq; uita corporis, mors est animæ: & rursus corporis mors, animæ libertas uidet: dum em̃ sumus in isto corpore, seruit anima nostra. Ah miseram qdem seruitutem, quæ de paradiso exulat, & à suo principe peregrinat. Vbi autem fuerit istius carnis absoluta uinculis, in illum puꝝ, & splendidum superioremq; reuolat locum, atq; adest dño deo suo, sanctoꝝq; habitaculis fruit, & beatoꝝ gaudet consortiis: ꝙ nullam iam habeat cum mortuo societatem, & contubernium cadaueribus derelinquerit, aspiret ei cœlestis gratia, nec ulla eam curaꝝ humanarum solicitet exagitatio. Indicio nobis est quies, quantam anima per obitũ corporis resumat gratiam: sopito em̃ corpore, & quasi mortuis eius cupiditatibus, atq; uniuersis motibus cum sanctis sæpius conuersamur: recipimus, quos amisimus: ut nobis & absentes adsint: , & mortui uiuant, & omis quiescat dolor. Appropinquemus & confabulemur deo, cognoscamus futura. Affectis requies, seruis libertas sit. Quod igit dormientes somniamus, hoc defuncti adipiscimur. Et quod in somno imago, in morte ueritatis passio est, & libertatis gratia. Vnde nonnullis gentibus mos est, ut ortus hominum fletibus, occasus gaudiis ꝓsequant: quod illos ad ærumnam generatos doleant, hos ad beatitudinẽ rediisse gratulent: illoꝝ animas ad seruitutẽ uenisse ingemiscant, istoꝝ ad libertatem remissas gaudeant. Indoꝝquoq; sapiẽtes ferunt, cũ moriẽdi affectum induerint, protestari quod discedere uelint, neq; ullũ obstrepere. Deinde ubi apparatus mortis ꝓcessit, insilire lætos ardentẽ pyram, & astantibus uale dicere: dolere mulieres, quasi subsidio destitutas, uel liberos paruulos quod derelinquant: bñdicere alios, nec inuidere qđ ad meliores ad splẽdidiora loca, puriora q; festinent consortia. Quid igit de uobis aliud opinari possum, cum etiam barbaris gentibus libertatem sequendi mos sit? Iamdudũ itaq; uos optime mihi cognitos, & institutis patris respondere paratos, qđ neq; Romanis, neq; cuiq̃ genti, nisi soli deo seruiendum putetis: q̃ solus iustus, & uerus omniũ dñs sit. Dies aduenit, q̃ probare operibus uoluntatem exigat, nec dehonestare ueteris indolis claritudinem, ut in libertate geniti, dominationi uos hominum subiiciatis: præsertim cũ licuerit uobis ante seruire sine periculo, nunc aũt necesse sit dura supplicia suscipere cum seruitute: si Romanoꝝ imperio seruituros nos offeramus, quos primi omniũ bello lacessiuimus, & ultimi adhuc armis tenemus, imperatori non dedimus manus pacem offerenti, Syllæ dabimus acerbitatẽ minanti? O miseri ad quam spem istius uitæ nos reseruauimus? Esto hostis ignoscat, qđ pderit cũ offensa dei clara sit? ignes ab hoste in nos uersi, mutata uẽtoꝝ flamma, flammæ retortæ, ut nostra subsidia deurerent. Quis poterit aduersante deo uiuere? nullus ueniæ locus, sed manifestũ imperiũ mortis uolũtariæ. Quid em̃ nox interuenit, nisi ut nos hostis non ꝑueniret, aut deusto murali subsidio continuò irrumperet: sed ut nobis exercendæ mutuæ necis tempus reseruaret: liceretq; cum liberis nostris, & necessitudinibus mori; ne uideremus anhelos senes, anusq; à Romanis pertrahi, charissimas

Vita ꝓsens carcer aiæ ẽ.

Vsus.

Mos quorũdã hoim est, ut hoiem natũ fletibus, mortuũ gaudiis, ꝓsequãt

Indi quid in agone

coniu

coniuges ad uictoris libidinem rapi? Commoriamur patriæ, ne simus superstites tanti dedecoris opprobrio. Quò igitur fugiemus à facie dei, quò ibimus infenso nobis cœli domino? Si cadant super nos montes, & concauis specubus abscondant, quomodo tamen poterimus declinare indignationem tantæ potestatis? Quò enim progrediemur, ubi nõ sit deus cum ubiq; ipse sit? An mediocria exempla sunt, quibus doceamur quod iamdudum genti nostræ pro peccatis nostris infestus sit, qui ante præsidebat? Quis hoc dubitet cum uideat, quod in nos conuersæ manus nostræ sint: pluresq; seditio domestica, quàm bellum extinxerit? Non donabo Romanis quod uicerint, nec ipsi sibi hoc uendicant, qui sciunt quod omnes ferè nostris potius armis, quàm alienis perierimus. Quæ em̃ Romana arma uiderunt Cæsaream inhabitantes Iudæi? quoꝝ feriato die sabbati, inter solennes nostrorum sacrorum cultus, multitudo gentilium Cæsariensium repentino quodam impetu, & misso desuper furore succensa, uiginti milia deleuit, omnes fugauit, ut totam urbem exinaniret. Nónne Syriam totam quidem impleuit dementia, ut Iudæi atq; gentiles in iisdem urbibus siti, & incolatus gratia sibi prius nexi, postea inter se armis colliderent, quo Romanis uadum futuræ uictoriæ constitueretur? Nam quid de Scythopoli loquar, quo Iudæi primo contenderant, ut gentilem populum præuenirent, ne quid aduersus nostros, exemplo cæteraꝝ urbium, machinarentur? Itaq; quos par fuit, coniunctis aduersum alienigenas uiribus, bello decernere, hæcè contrario aduersum se Iudæi decreuerunt, ut pars eoꝝ aduersus cognatos, & proximos suos præliaretur. Deinde ipsi pro pretio laboris, & impensi sanguinis, à gentilibus perimerentur, quod prohibuerunt ipsi fieri gentibus. Damasceni nulla existente causa, octo milia Iudæorum strauerunt. Ascalonitæ duo milia quingentos. In urbe quoq;, cui Prolemaïs nomen, cæsa duo milia. Alexandriæ uero uetus erat odium inter Iudæos, & gentium populos, exquo magnus Alexander usus est studio Iudæorum ad Aegyptios subiiciẽdos: unde condita urbe ex æquo Iudæis, & Aegyptiis attributa priuilegia, & habitationes diuersæ, ne eoꝝ cultus permisceretur: qui purificationes suas sine ulla uolebant contagione seruare. Hinc frequentes inter eos conflictus fuere, exorta iurgia, iudicium petitum. Nihil tamen ex tanti regis temeratum liquet fuisse beneficiis, sed postea à gentilibus exorto tumultu, cum Iudæoꝝ necati aliqui, alii ad pœnam detinerentur. Iniuria motum Iudæoꝝ populum, aduersum autores iniuriæ insurrexisse, & cum pertinacius se de ciuibus ultum iri uellent, inductũ exercitum Romanum, qui sexaginta Iudæorum milia intra urbem fuderit. Verum quid in leuioribus moror, cum excidium totius urbis, in unius ciuitatis ruina deplorandum nobis sit? Vbi est maxima ciuitas Hierusalem, ubi decora Sion, ubi templum mirabile, ubi secundum illud tabernaculum, sanctitatis sacrariũ: quo semel in anno solus princeps sacerdotũ solebat intrare, nõ sine sanguine quem pro se offerret, & populi delicto? Profanatum gentibus, habitant in reliquiis urbis, qui eam destruxerunt. Vbi, inquam, es ciuitas referta populis, uenerabilis regibus, acceptabilis deo, gratiæ sedes? Pauimenta tua de marmore, parietes tui fulgentes marmore, culmina tua pretioso splendebant marmore, portæ tuæ micantes auro, aliæ argento renitentes. Omnes interfecti, & qui te iugiter inhabitabant, & qui ad te ex totius orbis terrarum partibus conueniebant: ut non dubium sit, totum in te mundum periisse. Nudata omnia, à culminibus cremata, à fundamentis diruta, facta est habitatio tua deserta, nec ẽ qui in tabernaculis inhabitet, & adhuc quenquam uiuere libet, & non uixisse pœnitet? Duri oculi qui hæc uidere possunt, immites animi q uelle possunt, qđ tantis supersint doloribus: nõ quod defecerint clades, sed quod iam nulla requies. Quo enim circũferamus oculos, aut quid decernere delectet? urbs tota sepulchrum mortuorum est, solæ spectãtibus occurrunt fauillæ, uiæ uacuæ uiuẽtium, repletæ cadaueribus. Miseri seniores cinerulenta canicie. & scisso amictu supra reliquias mortuorum sedẽt, nuda tegentes ossa, quo defendant à uolatilibus ac bestiis. Mulieres paucæ incolumes, quas miles impius ad turpitudinem, non ad uitam seruauerit. Quis hæc uidens, & de comperendinatione uiuendi cogitans, audeat ad cœlum leuare oculos? Quis sic immemor patriæ, hostis suorum, pietatis alienus, expers dulcedinis, cuius tam semiuiri, sit mollis spiritus? quis ita meticulosus, quẽ non pudeat his reseruatum? Vtinam quidem olim defuncti essemus, aut si uita superesset, oculorum lumen periisset, priusq; sanctam urbem dirutam hostium manibus intueremur, templũq; hoc à maioribus nostris sacratum deo, tam impie flammis cremari, aut sacerdotes in tẽplo cõspiceremus iacere interfectos. Emendemus ergo, q; his superuiximus malis, ut uideamur nõ uitæ studio distulisse mortem, sed uirtutis intentione. Circũuallauit hostis omne munimẽtum, nil superest nisi aut nos, aut cõiuges nostræ. Iam sibi filios nostros in auctione cõstituũt, certantq; inter se quis cuius abducat uxorem: utrum p dignitatum meritis personarũue ordinibus distribuendæ sint, an sortitus subire cogẽdi miserabiles. Nobis quoq; parant prodigia, pœnarum tormenta exquisitissima, nõ solum ardẽtes flammæ aut diuersæ neces uictricis ictu securis: duro quidẽ post uincula, post carcerem, post iugũ supplicio, sed tolerabiliore uiris si ludibrio uacet, sed etiã auulsi artus uiuentibus, & præcipue trũcatæ manus. Nec immerito, quia defuerunt suo muneri, cum possent sibi subuenire. Subeũdi quoq; morsus ferarum ad uictorum spectaculũ, quod diuersis iam celebratur arenis urbium: uel exemplo nobis debet esse pudendũ, uel uisu miserabile, ut reseruemur aut bestiis, aut fratribus præliaturi. Quid ergo moramur? iam non est liberum nobis quod metuimus euadere. Si liberos interficere nolumus per misericordiam, aut nosmetipsos per uirtutem, necesse erit ut per germanos, aut propinquos nostros interficiamur per flagitium: hoc suadet affectus, illud uictores exigunt. Si nolumus exequi ministerium pietatis, cogemur subire pompæ paricidalis ludibrium. Adoriamur ergo, quod prosit liberis cõiugibusq; nostris: Si ifirmiores sumus, auferamus eos cruciatibus futuris: si fortiores sumus, uincamus compassiones parentum, affectus necessitudinum: & in hoc uincamus hostem, cũ prædam tollimus: Hoc uirtus exigit, hoc suadet pudor. Nõ time re mortem uirtus est. Etem̃ ad mortẽ omnes nascimur, & ad mortem generamus liberos, quorum mors naturæ assignatur, captiuitas probro dat. Ergo quos nõ potuimus periculo eripere, eripiamus ludibrio. Miseremini igit patres liberorum, mariti cõiugũ, omnes paruulorum, misereamur quod est præcipuũ nostri, dũ est miserandi potestas: ut de nr̃o misereamur, ne ad dedecus uideamur, & nati, & reseruati. Quis em̃ possit peti patres ante ora filioꝝ, filios in cõspectu parẽtũ interfici? Trahi canicie fessos senes, uel ad necẽ, uel quod peius est ad seruitutẽ, mulieres sparsis crinibus duci sub cõspectu cõiugũ, & uiolenter ad opprobriũ trahi? Audire uocem paruuli uagientis uocantis patrem, ut auxilio sit petẽti, cũ iam frustra audias reuinctas manus, & captiuæ ceruicis iugo subditos. Ergo dũ adhuc liberæ manus sunt, dũ ferrũ strĩgimus, aggrediamur opus, quod uictor hostis miretur. Mulieres nostræ supmũ cõiugalis munus dilectionis, quasi dotale recipiãt patrimoniũ. Has illi claues refũdimus noui sanguis testimonio, ut sint nostræ hæredes libertatis. Hoc ipæ hortant: certe merẽtur, quæ uolũt: cogẽdæ quæ refugiũt: nec paruuli ferrũ pauebũt, qđ per ætatẽ nesciũt, qđ suscipere à parentibus piis debẽt, ut uere fiãt liberi. Nobis quoq; qd erit pstantius? Si exuramus prius castellũ, frumẽta tñ reseruemus, ne putẽt nos fame potius coactos, q̃ studio uirtutis inuitatos, mutuæ necis arripuisse misteriũ. Donemus illas escas refertas sanguie, & si eas flãmæ exurserint, nidor ipse frugũ incẽsaꝝ indicio erit periisse obsidentibus, qđ obsessis abũdauerit. Post hæc unusq;q; offerat se uulneri, & moriturus patriam tegat, supremoq; amplexu obeat. Fiat nobis patria libertatis sepulchrum, quæ fuit dignitatis domiciliũ: hic tumulus funera nostra decet, ut septo uirtutis tegamur. Tali accensi ore, cæteri gladios strictos tenebant, oscula dabant cõiugibus, amplexu suscipiebant liberos, illachrymantes & simul festinantes, ut hostis præueniretur. Hæc uobis, inquiunt, amoris pignora damus supremæ pmia necessitatis, & compresso uiriliter affectu passionẽ excluserunt, cædem implebant: impauidæ mulieres se offerebãt uulneri pro conseruatione pudicitiæ, mentẽq; suorũ ipæ induerant uiroꝝ. Cæsis itaq; necessitudinibus, pignoribus quoq; delegere strenuos, q supplemẽta cædis exequirẽtur. Ita fusi oẽs, nõgenti sexaginta cũ paruulis ac mulieribus: una mulier sola supfuit, quæ filios .v. in aquæductu abscõdit dũ cæteri supremis intendunt necessitatibus: ea Romanis diluculo aduenientibus, ad uocẽ excita index negocii fuit. Opes aũt eorum, appositus ab ipsis prius ignis consumpsit.

Damasceni octo milia Iudæoꝝ strauerunt.

Ascalonitæ duo milia quingentos

Iudæi, pprias uxores, sed liberos mandant palios.

Finis

EGESIPPI DE EXCIDIO

VRBIS HIEROSOLYMITANAE ANACEPHALE OSIS, ID EST, OMNIVM PENE QVAE IN SVPERIORIBVS DICTA SVNT LI BRIS, REPETITIO.

ANno quadrageſimoſecũdo poſt paſſionem domíni, imperíi uero Veſpaſiani primo bellis aſperis Iudæa, & ſeditionibus domeſticis lacerabat. Ipſa quoq; eorũ ciuitas Hieruſalem inteſtino prælio laborabat. Nulla intermiſſio, nulla requies, nullæ íduciæ, momẽtis omnibus dimicabatur. Multi ruebant, innumeri iugulabantur. Sanguis fœdabat uniuerſa, ipſaq; replebat templi límina, paſſim ruebant cadauera: ſagittis alii, alii miſſilibus feriebantur. Nullus locus periculo uacabat, nullũ tẽpus cõſilii reperiebatur. Nulla ſpes conuerſionis, nulla fugiendi copia erat, mœſta omnia & plena horroris, & immanitatis: ubiq; luctus, pauor, ubiq; clamor mulierũ, eiulatus ſenum, morientiũ gemitus, uiuentiũ deſperatio: ut miſerabiles eos diceres, qui remanſerant, beatos qui obibant. Quomodo decepta es populis tuis, quibus uidebaris beata? Quomodo expugnata es tuis armis, atq; in te cõuerſæ ſunt manus tuæ, quæ ſolebas ſine armis uincere, & ſine ullo prælio hoſtem ferire, cum pro te angeli dimicarent, & militarent tibi fluctus maris, terræ hiatus, cœli fragores? Exurge nunc Moſes, & uide gentem tuam, & hæreditatẽ populi tibi crediti, perire manibus ſuis. Aſpice populum illum dei, cui gradienti peruiũ mare patebat, cui eſuriẽti eſcas cœlum ſubminiſtrabat, ſine mari clauſum, ſine Pharaone obſeſſum, ſine terrarum ſterilitate ieiunũ. Exurge Aaron, qui aliquando propter offenſam dei, cum mors plurimos depaſceretur, populi, ſtetiſti inter uiuẽtes ac mortuos, & mors ſtetit, atq; obiectu corpis tui hæſit lues, nec tranire potuit ad contagionem uiuẽtium. Suſcitare & tu Ieſu Naue, qui muros inexpugnabiles Hiericho, tubis canẽtibus complanaſti, & uide populũ, cui exteros ſubiecíſti, nũc eundem ſubiectum, opprimi. Suſcitare Dauid, exaſperantem ſpiritum citharæ ſuauitate ſolitus excludere, & uide quemadmodum dominabat furor, atq; omnem ſuauitatem pſalmorum tuorum ex perditorum ſenſibus abluerit, & unuſquiſq; de principibus populum uniuerſum ad mortem afferat, ut libertatem extorqueat, pro quo tu ipſum morti offerebas. Suſcitare Eliſee, qui hoſtem introduxiſti in Samariam & amiſcum feciſti. Per te in caſtris Syriæ quadrigarum increpuit fragor, & uox equitũ & uirtutis. Fugit hoſtis, euaſit obſidionem Iudæus. Vbi nunc iſta merita, & ubi nunc iſtæ operationes ſanctorum? Nec mirum ſi amiſerunt prophetarum opera, qui negauerunt prophetarum arbitrum. Ideo in te Iudæa arma conuertuntur, orationes tuæ nihil tibi proſunt, quia fides tua nihil operatur. Ideo aduerſum te factus eſt populus tuus, quia in te conuerſa eſt perfidia tua. Quod remedium quæritur, ubi autor remedii non conciliatur? Quid putabas futurum, cum tuis manibus uitam tuam extingueres, cum tuis uocibus aduocatum tuum exterminares, niſi ut in te quoq; iniiceres manus? Habes quod petiſti. Eripuiſti tibi præſulem pacis, petiſti necari uitæ tuæ arbitrum, concedi tibi Barrabam: qui propter ſeditionem factam in ciuitate, & homicidium miſſus fuerat in carcerem. Ideo ſalus abs te receſſit, pax abiit, quies deſtitit, data eſt tibi ſeditio, datum excidium, agnoſce tibi hodie Barrabam uiuere, & Ieſum mortuum. Ideo in te regnat ſeditio, pax ſepulta eſt, ut crudelius à tuis pereas, & príus q̃ ſi ab alienis perires. Quid tantũ miſerabilis ciuitas, Romanus ſuis armis, quantũ populus tuus malorũ inuexit? ut Romani pugnarent, tui fecerũt: pacem uolebant Romani, tu bellũ indixiſti. Quid cauſæ erat ut fortiores laceſſeres? Durũ ſane q̃ cõtra legẽ ſacram, templũ gentilis intrauit, ſed iam nõ erat dei tẽplũ, Nõ eras dei ciuitas, nec eſſe poteras, quæ eras mortuoꝝ ſepulchrũ: pſer-

tim tuorum, quos ipſa occideras, nõ quos ab hoſte amiſeras. Quomodo eñ poteras uitæ eſſe domiciliũ, quæ eras mortis habitaculum, diuerſoriũ ſcelerũ, latronum ſpelæũ? lacuerunt in te Ananus & Iohannes inſepulti ſacerdotũ príncipes, & illi dudum ſacerdotalibus índuti ſtolis, qui ueneratíoni etiam exteris fuerant, deformes iacuerũt. Cadauera eorũ eſca uolatílium, & deuoratio canum facta ſunt, mẽbris lacerati, & tota diſperſi urbe, ut deplorare ueteris ſanctitatis ſpecies uideretur tantam ſacri nominis cõtumeliam, & ſpecioſi quõdam muneris deformitatem. Sed ipſa tibi huius indiguitatis exordiũ feciſti, quæ in medio ſinu tuo occidebas prophetas, quæ lapídabas ſanctos domini: Ante templũ Zacharías iacuit exanimis, iacuit ĩhumatus. Ergo ſanguis tuus illũ lauat. Quæ cauſa autem mortis fuit Anano, niſi q̃ increpuit populum tuum, quia nõ reſurgeret templi defenſione, quía expoſtulabat libertatẽ perditam, uirtutẽ deſertam, calcatas uetu rum ſacrorũ reliquias, cõmaculata altaria? Relinquẽdum aſſerebat populũ uſu ſimulacroꝝ inſenſibiliũ, & ſtatuarum more nihil iam ſentientem, cõmaculatũ. Muta iam animalía referre ſolent, uel uiciſſitudínem uindictæ, ſentire iniuriam, incitari aculeo, decli nare uerbera. Qui ergo nec excitatur, nec declínare nouit quod noceat, ſimilis eſt nõ ſentientibus. Et reuera ubi illa libertas tua, cuius ſtudio quõdam nõ Aegyptiis, nõ Palæſtinis, nõ Aſſyriis, poſtea nõ Medis cedendum exiſtimauiſti? ubi eſt illa Machabæoꝝ fides, quæ quõdam in paucis fudit Babylonios? Perſas fugauit? Demetriũ perculit? Ad poſtremum in paruulis ac mulieribus Antiochi arma, gladios, incendíaq; ſuperauit: & p obſeruatione patriæ mori maluit, q̃ regiis imperiis obtemperare. Vbi eſt illa deuotio patrum, pulcherrima paſſionũ omniũ, q̃ ſe non pro liberis, nõ pro cõiugibus magis, q̃ pro templo dei morti offerebant? Antea & uirga ſacerdotalis floruit, reciſa de ſylueſtri radice: nunc & fides aret, & ſepulta eſt pietas, & abiit omnis uirtutis æmulatio. Nec mirum ſi populus, qui à deo receſſit, & improbũ cõtradictionis ſpiritũ ſequit̃, in ſeipſum diuiſus eſt? Quomodo eñ pacem ſuam tenere poterat qui pacẽ dei repudiauit? Pax dei Chriſtus eſt, qui fecit utraq; unũ. Merito ergo ex uno populo, plures aduerſum ſe facti ſunt, quia noluerunt ſequi diuiſa ſociantem Ieſum, ſed ſecuti ſunt cõiuncta diuidẽtem furoris ſpíritum. Soluebas igitur Hieruſalem mercedẽ perfidiæ tuæ, cum ipſa tuis manibus deſtrueres munimẽta tua, cum tuis mucronibus foderes uiſcera tua, ita, ut hoſtis miſereret̃: ut ille peteret, & tu ſæuires. Vidébat eñ q̃ deus aduerſum te pugnaret, & Romanorum fungeretur partibus, ut ipſa tibi inferres uolũtariam proditionem: ideo ſpectatores malebant eſſe Romani, q̃ percuſſores, ne furẽtibus tuis inter ſe uiſceribus, manum admouere contagionis magis, quàm fortitudinis æſtimarent̃. Ad hæc nefandæ cædis ſupplicia accedebat ímpia immanitas crudelitatis, ut ſepulturã omnibus, qui uel in templo necati fuerant, uel circa urbis plateas, negarẽt: nec humare cuiquam uacabat, dũ bellis inter ſe occuparẽtur, feriendíq; magis q̃ humandi cura uniuerſos tenebat. Ita quodam furore occiderant pietatis officia, crudeſcebant impietatis miniſteria, nihilq; magis in tãtis calamitatibus pierat, q̃ miſericordia, quæ ſola ſolet alleuare miſerias, ſolari ærũnas. Nanq; & hi qui amiſerant ſuos, nõ audebant humare propter formidinẽ, cum gravis terror ingrueret à diuerſæ factionis príncipibus: & hi qui necauerant, alienos cauebant, ne quis illos præríperet ad ſepulturam. Itaq; neceſſe erat omnes timere, ne qđ alteri donare uellent, id ſibi ſumerent: uel qđ peius eſt, quẽ parauerant uſum ſepulchri, eũ ipſi nõ impetrarent. In templo igitur ipſi pro unguentis bene olentibus, pro thymiatériis bene ſpirantibus, pro diuerſorũ florũ odoribus, grauis erat inſepultorũ cadauerũ fœtor, quæ pluuia diſſoluerat, quæ flamma ambuſſerat, quæ ſol calefecerat. Omnes artus cæſorũ ciuiũ diro odore fœtebant. Hinc reſolutorũ putredo uiſcerũ, inde exuſtorũ nidor ſenſus omnes, atq; ora cõplebant uiuẽtiũ, ut ipſi nõ multo poſt grauiore morbo cõſumerent̃, ac ſe ſupſtites ingemiſcerẽt, q̃ duriore pœna perirent, eoq; ſeruatos, ut uiderẽt cum patria ſolũ etiã negari: ius naturæ à uiuẽtibus, pacẽ ciuibus, ſepulturã defunctis, humana pariter atq; diuina maculari ac polluí, pmixta oía. Criminoſam eſſe miſericordiam, religionis loco haberi crudelitatẽ, caſtrũ in templo, bellũ in límine, funus in altaribus: ea ſpectare oculis, quæ ꝓphetis denũtiantibus nõ credidiſſent futura. Nam de his dixerat Dauid: Polluerũt templum ſanctũ tuum, poſuerũt mortalia ſeruorum

Mortalia.

tuorum escas uolatilibus cœli: Effuderunt sanguinem eorũ sicut aquam in circuitu Hierusalem, & nõ erat qui sepeliret. Simul eñ tunc & gentes uenerunt in hæreditatẽ dei, quæ auferrent omnia, & templũ pollutum est suorũ funeribus, & insepulta iacuerunt cadauera interfectorum ad escam auiũ, bestiarumq; uoracitatem effusus sanguis, ut signaret deesse qui sepeliret: quia uiuentium in mortuos, à mortuis in eos qui adhuc uiuerent, furor tranferebatur. Volebat aliquis defunctũ humare, ipse extinguebatur: Et qui defunctum occiderat, in sepultorem tranferebat iracundiam, ut illi sepulturam negaret: hunc extinguebat rursus, qui sepultorem occiderat, maiorẽ crudelitatem circa defunctum exercebat, ut iam nihil debẽtem odio, nõ sentiẽtem supplicia, spoliaret supremo naturæ debito. Quid illis accidere aliud poterat, qui diuina nõ recipiebãt oracula? irridebant prophetarum annũtiationes, fas omne calcabant, futuraq; ut fierent ipsi accelerauerunt. Erat eñ sermo uetus & frequẽs tunc perituram Hierusalẽ, & sancta eius exurenda, cum seditio belli legem incesseret, & domesticæ manus templum dei cõtaminarent. Nec hoc quidem intellexerunt. Quoties eñ excisa domus dei? quoties seditio? quoties bellum? & nunq; illa urbs periit, nisi cum dominũ uere templum dei domesticis manibus crucifixerũt. Propter quod & illud audiant: Soluite templũ hoc, & in tribus diebus resuscitabo illud. Quid enim aliud nisi sacrilegium fuit? cum impias manus extenderent in autorẽ salutis, cum lapidarent eum, cũ uerberarẽt, cũ corriperẽt, cũ occiderent? Tunc uere sancta eorũ absumpsit ignis diuinus. Nam exusta à Babyloniis reparata est. Postea destructa à Pompeio, reformata iterum. Sed penitus exusta ubi IESVS uenit, & spiritus diuinus soluta euanuerunt. Oportuit huberiore quadam deploratione præire nos funus quoddam paternæ solennitatis, & uelut quasdam exequias prosequi, ac soluere iuxta maiorum instituta. Sed ueniamus ad summam euersionis Hierusalem, & ad deiectionem ludæorum. Merito siquidem deiiciendi & uiles habendi fuerant, qui uniuersis pretiis chariorem IESVM, triginta denariorum pretio à discipulo comparauerant: non ut eum haberent tanquam dominum, sed ut de terra uiuentium tollerent uelut iniquum. Quare iure de hæreditate sua, uiliores paleis in omnem terrã uentilati sunt à gentibus, quas formidauerant, ne sibi locum & gentem tollerent. Et qui triginta denariis IESVM comparauerant ad perdendum, iuste postea triginta capita suorum uiderunt uendi uno denario ad illudendum. Quia igitur penè omnes Iudæi in necem domini nostri IESV CHRISTI unanimiter consenserunt, imminente uindicta penè omnes à totis regionibus ad azymorum diem festum congregati, bello subito circunfusi sunt: ut primo quidem illis pestifera lues ex loci angustia nasceretur, deinde ciuius fames. Quod autem caperet multitudinem homnium tantam ciuitas, certum erat ex his qui sub Cestio fuerant. Enumeratis enim tunc uiris ciuitatis à Floro, Neroni significare cupiente, contemnenti nationem à pontificibus petierat, ut si quõ possent, multitudinem numerarent. Illi autem cum dies festus adesset, qui pascha uocatur, quando à nona quidem hora usq; ad undecimam hostias cædunt, per singula aũt quasi contubernia, non pauciorum q̃ decem hominum fiunt, solum eñ epulari non licet, multi eñ uicini conueniunt: hostiarum quidem ducenta, & quinquaginta sex milia, & quingentas numerauerũt. Fiunt autem ut denos epulatores, per singulas imputemus uicies centena, aut septingenta milia, sancti omnes & puri. Nec eñ leprosis aut uiriliginosis, aut semine fluentibus, quos gyneticos uocant: nec mulieribus menstruo cruore pollutis, neq; aliis inquinatis participari sacrificia permittebantur. Sed nec alienigenis quidẽ nisi qui religionis causa uenissent. Magna uero hæc multitudo ab extraneis congregabatur. Tunc tamen ueluti in carcerem tota gens fato concluſa est, & farta hominibus ciuitas, bello obsidebatur. Itaq; omnem superat humanam, & diuinitus emissam pestem numerus peremptorum, quos partim palam occiderunt, partim ceperunt Romani. Rimantes enim cloacas, & sepulchra eruentes quos offendissent occidebant. Inuenti sunt autem ibi plus quàm duo milia, quorum alii manu sua, plures autem mutuis se uulneribus interfecerũt, cum fames alios corripuisset. Luebant eñ scelerum suorũ supplicia, qui postq̃ Iesum crucifixerũt diuinorũ arbitrũ, postea etiã discipulos eius persequebãtur: pleriq; tñ ludæorũ, gẽtilium plurimi crediderũt in eum, cũ præceptis moralibus operibus

operibusq; ultra humanam possibilitatem profluẽtibus, inuitarẽtur, quibus nec mors quidẽ eius uel fidei, uel gratiæ finem imposuit: imò etiam cõmaculauit deuotionẽ. Intulerunt itaq; paricidales manus, atq; autorem uitæ interficiendũ ad Pilatum deduxere: reluctantemq; cœperunt perurgere iudicem, in quo tamẽ nõ excusatur Pilatus, sed ludæorum amẽtia coacerbatur. Quia nec ille adiudicare debuit, quẽ reum minime deprehenderat, nec isti sacrilegium paricidio geminare: ut ab his, qui ad redimẽdos & sanãdos eos sese obtulerat, damnatetur. Quamuis eñ idem Pilatus manus lauerit dicens: Mundus ego sum à sanguine iusti huius uos uideritis: nequaq̃ tamẽ minus extitit reus, qui gloriam dominicæ agnoscens resurrectionis, prædicare inuitus studuit, sed credere perfidus contempsit, sicut testatur eiusdem epistola, Cæsari in hunc modũ directa: Põtius Pilatus Claudio Salutem. Nuper accidit, & quod ipse probaui, Iudæos per inuidiam se suosq; posteros crudeli cõdemnatione punisse. Deniq; cum promissum haberẽt patres eorum, q̃ illis deus eorũ mitteret de cœlo sanctum suum, qui eorũ rex merito diceretur, & hũc se promiserit per uirginem missurũ ad terras: istum itaq; me præside in Iudæam deus Hebræorum cum misisset, & uidissent eũ cæcos illuminasse, leprosos mũdasse, paraliticos curasse, dæmones ab hominibus fugasse, mortuos etiam suscitasse, imperasse uentis, ambulasse siccis pedibus super undas maris, & multa alia feciſſe: cum oĩs populus Iudæorum, eũ dei filium esse diceret, inuidiam contra eum passi sunt principes Iudæorum, & tenuerunt eũ, mihiq; tradiderunt, & alia pro aliis mihi de eo mẽtientes dixerunt, asserentes istum magum esse, & cõtra legem eorum agere. Ego autẽ credidi ita esse, & flagellatum tradidi illum arbitrio eorũ. Illi autem crucifixerunt eũ, & sepulto custodes adhibuerunt. Ille autẽ militibus meis custodientibus, die tertio resurrexit: intantum autẽ exarsit nequitia ludæorum, ut darent pecuniam custodibus, & dicerent dicite, quia discipuli eius corpus ipsius rapuerunt. Sed cũ accepissent pecuniam, quod factum fuerat, tacere nõ potuerunt. Nam & illũ surrexisse testati sunt se uidisse, & se à Iudæis pecuniam accepisse. Hæc ideo ingessi, ne quis aliter mẽtiatur, & æstimet credendum mendaciis ludæorum. De quo ipsi perfidi testantur, dicente Iosepho historiarum scriptore, q̃ fuerit illo tempore uir sapiens (si tamẽ oportet inquit uirum dici) mirabilium creatorem operũ, qui apparuerit discipulis suis post triduo mortis suæ uiuens, secundũ prophetarum scripta: qui & hæc & alia innumerabilia de eo plena miraculis prophetauerunt. Ex quo cœpit cõgregatio Christianorũ, & in omne hominum penetrauit genus. Nec ulla natio Romani orbis remansit, quæ cultus eius expers relinqueret: si nobis nõ credunt Iudæi uel suis credant: hoc dixit Iosephus, quẽ ipsi & maximũ putant. Et tamẽ ita in eo, quod uerum locutus est, propter historiæ fidem, quia fauere nefas putabat, & nõ credidit propter duritiam cordis, & perfidiæ intentionẽ: non tamen ueritati pĩudicat, quia nõ credidit, sed plus addidit testimonio, quia nec in credulus, & inuitus negauit: In quo Christi Iesu claruit æterna potentia, quod eum etiam principes synagogæ, quẽ ad mortem cõprehenderant, deum fatebantur. Et uere quasi deus sine exceptione personarum, aut ulla mortis formidine locutus: excidium quoq; tẽpli futurum annuntiauit, sed non eos templi iniuria cõmouit. Sed quia ab eo in flagitiis, & sacrilegiis corripiebantur, hinc ira exarsit, ut interficerent eũ, quem nulla habuissent tempora. Nam cũ alii prædicando meruerint facere, quæ feceruut: hic in potestate habebat, ut omnia quæ fieri uellet, impetraret. Octauo igit̃ die septẽbris mensis concremata est ciuitas, cæsa per omne tẽpus numero decies cẽtena milia. CX. myriades, ut pleriq; asserũt: ludæorum tamẽ omnium, sed non omniũ eiusdem regionis aut loci, quia eò undiq; cõuenerant tempore paschalis solẽnitatis: captiui abducti nonagintaseptem milia. Deniq; tanta captiuorũ præ multitudine uilitas fuit, ut. XXX. à Romanis uno numismate sub corona uenderentur. Peracta igit̃ obsidione, iussit Cæsar Titus fundĩtus euertere ciuitatẽ ac templũ, ut adimpleret uerbũ dñi Iesu prædicẽtis: Amen dico uobis, nõ derelinquetur lapis super lapidem quin destruat̃: talis quidem finis Hierosolymorum obsidionis fuit. Eandem uero urbem Hierosolymam Chananæorũ quidam potens condidit, qui patrio sermone uocaretur rex iustus, quam primo Solymam nũcupauit, postea templũ addidit: unde Hierosolyma dicta ciuitas est, A principio suos incolas habuit de gente

Chananæorum. Dauid primus uir Hebræus Chananæos expulit, cõstituit suos, qui in ea sibi domum regiam fecit. Voluit & templũ deo condere, sed prohibitus oraculo Solomonem hæredem reliquit: qui templũ, quod ipse uouerat, ædificaret. Solomon itaq; templum fundauit. Reliqui quoq; reges ad ornatũ urbis addidere plurima, inuidia exmagnificentia orta est. Inter omnia tamẽ opera, templum præcellebat amplissimo opere & fulgenti marmore, peripetasma pretiosum & maximũ, cocco & hyacintho bissoq; intextum, ex purpura nõ ociosa, materia tantæ diuersitatis, sed cuius species rerũ latentium mysteria signaret: eo q; eius esset templum, qui cœlo & aeri, terræ & mari, quasi creator elemẽtorum domimaret, atq; omnia solus regeret & gubernaret. Cocco em̃ ignem cœlum figuratur: hyacintho, aer: bisso, terra: mare purpura, quæ conchiliis maritimis inficitur: ut duo ex colore, duo ex generatione colligas. Deniq; princeps sacerdotum hæc quatuor, indumento suo exprimere consueuerat, quando maxima celebritas erat festorum dierum: quasi totũ mundum indueret, p populo supplicaturus, in eius figura qui uenturus erat princeps sacerdotum Iesus, ut tolleret peccatũ mundi. Fœmora princeps sacerdotum linteo interius operimẽto tegebat, eo q; præ cæteris in sacerdote fides mentis quæritur, & corporis castimonia, quæ succingere debeat carnis intemperantiam. Duo erant tabernacula sacra, unũ interius, aliud exterius: in hoc semper introibant sacerdotes: in illud interius, qđ sanctũ appellabatur, semel introibat princeps sacerdotum, nõ sine sanguine, quẽ offerret pro se & pro populi ignoratia atq; delicto. Hoc significante spiritu sancto uenturũ Iesum, qui uere solus intraret in interiora diuinorum penetralia sacramẽtorum, & arcana substantiæ cœlestis: qui nosset omnia sola Ius, patrem quoq; sanguine suo toto mundo reconciliaret, ut & cœlestium & terrestrium misereretur. Deniq; posteaq̃ uenit, pacificauit omnia per sanguinẽ crucis suæ, quæ in cœlo uel in terra sunt. Intus thymiaterium, intus mensa, intus lucerna. Thymiaterium, quod ita ad deum patrẽ, sicut incensum, dirigatur maxime sacerdotalis oratio. Mensa, q; in ea passio Christi sit, & mysteria sacramẽtorum. Vnde Dauid dicit: Parasti in cõspectu meo mensam, cuius ueluti duodecim panes . XII. apostoli testes sunt passionis eius ac resurrectionis. Lucerna quæ super candelabrũ ponitur, ante sub modio erat id est legis mensura: nunc est in gratiæ plenitudine, heptamycho frequens lumen effundens, eo quod spiritus sanctus septem maximarũ gratiarum uirtutibus dei templum illuminet. Trinitatis igit̃ cognitio in interioribus erat templi, quæ dicebanť sancta sanctorum, ubi reposita quõdam uirga Aaron floruit: q; gratia sacerdotalis in Christo amplius esset operatura post mortem, qua mundũ redemit. Iudæi ergo si uoluissent credere, euidentia imminẽtis excidii signa habebant, quibus uelut claris uocibus admonebãtur, finem sibi affore. Nam per annũ fermè supra templum ipsum, cometes arsit gladii quadam pendẽtis similitudine, denuntians quoq; ferro & igni, gentis & regni urbisq; ipsius uastitatem futuram. Quid em̃ similitudo gladii nisi bellum, quid ignis nisi incendium denũtiaret? Visus aũt est priusq̃ populus à Romanis sese dissociaret, ipis pascæ diebus undecimi mensis octauo die, per singulas noctes hora circiter nona, templum & ara eius ita lumine refulgebat, quasi dies esset, per mediam fermè horam quotidie manens: quod uulgus interpretabatur cumulandæ gentis indiciũ uideri: eoq; impulsi sunt tanq̃ tempus afforet libertatis recipiendæ. Prudentiores contrà opinabanť, q; hoc genus stellæ bellum soleat denũtiare. Ne quisq̃ arbitraretur nos aliena à cultu nostro & disciplina locutos: primum, non quid nobis uideatur astruimus, sed quid acciderit, quæ uæ opiniones tunc temporis fuerint, quid prudentes senserint, quid imprudentes: neq; cum de secta Iudæorũ quid dictum est, ita scriptum uideatur à nobis, quasi in ueritate cultus eorũ nõ quasi in umbra, & figura præmissum cõtexuerimus, ut sequeremur perfectiora. Nam de signis stellarum etiam in euãgelio docemur, quia erunt signa in sole & luna & in stellis. Vitulæ quoq; asseruerunt partu, cũ immolanda astaret altaribus in medio tẽpli agnam editam, in ipsis sacrorũ, quæ suprà memorauimus, celebritatibus. Orientalem quoq; portam interiorem solido ære grauẽ, quæ soleret ad uesperam uigiti uirorum claudi labore, obseratis uectibus ferreis per aliquot noctes sponte reserata, & uix postea à custodibus clausam, Id quoq; arbitrabantur plerique futurorum signum bonorũ

bonorum, quibus ingressuris porta aperiretur. Consultiores autem aiebant custodiam templi resolutam uideri, ut quæcunq; intus forent ab hostibus diriperentur, exiret cultus interior, & uastitate euacuaretur, celebritas sacrificioq; destrueretur, quod etiam & antequam crucifgerent CHRISTVM IESVM liquido significatum lectio docet. Post multos quoq; dies figura quædã apparuit inæstimabilis magnitudinis, quam plurimi circumspexere (ficut libri Iudæorum manifestarunt) & ante solis occasum subito uisi in nubibus currus, & acies armatæ: quibus totius Iudææ regionisq; eius urbes incursarentur: ipsa autẽ pentecostes solennitate ingredientes sacerdotes in templi interiora, nocturno tempore ut sacrificia assueta celebrarent, & motum primo quendam sensisse se prodiderunt, & sonitum editum: postea etiam audisse repentina uoce clamatum: Transeamus hinc. Iesus quoq; Ananiæ filius ruricola uir, ante quatuor annos, q̃ bellũ Iudæorum populus adoriretur, in summa pace urbis & abundantia cum scenophegia sacrificiis solennibus celebrarentur, templum ascendens cœpit clamare: Vox ab oriente, uox ab occidente, uox à quatuor uentis, uox super Hierosolymam, super templum, uox super sponsos & sponsas, uox super omnem populum. Hoc noctibus & diebus uociferabatur. Commoti primores loci corripuerunt eum, terribile uocis eius indicium perhorrentes, & plurimis eum suppliciis affecere, quo saltem afflictus dolore desineret uoribus interminationibus territus, usum aut uocem mutauit, sed in eadem denuntiationis perseuerantia, in eodem contextu sermonum, sine ulla obsecrationis interpolatione manebat, iniuriæ negligens, affectu immobils. Quod nequaquam perfunctorium rati, sed in excessu mentis, ut erat, exprimi, detulerunt ad loci iudicem, qui tunc temporis à Romanis per id loci publica agitabat negocia. Is rimãdæ ueritatis gra, sæuissimis eum pœnis exulcerauit. Cum magis perseueraret, eo uehementius corripi flagellis hominem iubet, ut si qua secretiora futuri tumultus indicia comperisset, manifestaret. At ille neq; fleuit, neq; rogauit, sed ad singula uerbera, non suum sed patriæ excidium fiebiliter deplorabat, dicens: uæ Hierosolymis. Neq; interrogatus quis esset, uel unde, uel cur eadem diceret, responsum reddidit: sed tantummodo lamentationem illam patriæ questu miserabili prosequebatur. Defessus itaque Albinus, hoc enim nomen uiro, dimisit eum tanquam dementi furore, quid diceret non sentientem. At ille neq; sermonem ullum cum quoquam habebat, neq; aliud loqui per reliquum tempus auditus est, sed hoc tanquam lugubre atq; funereum canticum canens, diebus & noctibus iugiter resultabat: neq; cibũ impertienti gratias agebat, una erat ad omnes eademq; plena funebris ululatus responsio, & maxime sacrificioq; celebritatibus. Per septem itaq; annos, & quinq; menses eadem uerboq; series idem uocis sonus. Manst itaq; indefessus tanto tempore: ubi obsidio cœpit eadem ille uociferari destitit, quasi cessari oporteret denuntiationem, cum adessent quæ fuerant denuntiata. Sed ubi cœpit flamma urbem pariter & templum inuoluere, circumiens murum clamare cœpit iterum, uæ ciuitati & populo & templo. Et ad postremum addidit, uæ etiam mihi, & fundibulari ictu in eadem uoce emisit spiritum. Vrbem etiam cum templo, uetustis etiam literis scriptum erat, tunc perituram, cum tetragonum templum factum fuisset. Itaq; siue obliti, siue obstupefacti ingruentium maloq; necessitate: ubi occupata est Antonia, tetragonum in circuitu templi fecerunt. Interq; illud præcellentissimũ, quod in literis æque uetustis (quas sacras uocabant) manebat impressum, quod secũdum illud tempus futurus esset uir, qui de regione eoq; imperium assumeret in orbem terraq;. Quæ res eos in tanto furore potuerũt cauere, qđ diuinitus decernebať. Manifestam em̃ dei in se cognoscentes iram, ad consolatiõis alicuius remediũ pertingere renuerũt, tanta sceleris obnubilatio mẽtiũ oculos obduxerat. Desperatis siquidẽ & eoq; rebus, autor turbaq; Eleazarus, inter cætera diffidentiæ uerba, abiectionis suæ à deo sic conquestus est: O miseri ad quam spem istius uitæ nos reseruamus? Esto hostis ignoscat, qđ pderit cũ dei offensa clara sit? ignes

ab hoste in nos uersi, mutata uentorum flamma, flammæ retortæ, ut nostra subsidia de merentur? Quis poterit aduersante deo uiuere? Nullus ueniæ locus, sed manifestum uoluntariæ mortis imperium. Quid enim nox interuenit, nisi ut nos hostis non præue niret? nec deusto murali præsidio continuò irrumperet? Sed ut nobis exercendæ mu tuæ necis tempus reseruaretur, liceretq; cum liberis nostris & necessitudinibus mori, ne uideremus anhelos senes, anusq; à Romanis pertrahi, charissimas coniuges ad uicto ris libidinem rapi. Commoriamur patriæ, ne simus superstites tanti dedecoris oppro brio. Quò igitur fugiemus à facie dei, aut quo ibimus infenso nobis cœli domino? Si ca dant super nos montes, & concauis specubus abscondant, quomodo tamen poterimus declinare indignationem tantæ potestatis? quo enim progrediemur ubi non sit deus, cum ipse ubiq; sit? An mediocria exempla sunt quibus doceamur, quod iamdudum gẽ ti nostræ pro peccatis nostris infestus sit qui ante præfidebat? Quis hoc dubitet, cum ui deat quod in nos conuersæ manus nostræ sint, pluresq; seditio domestica quàm bellum extinxerit? Non donabo Romanis quod uicerint, nec ipsi sibi hoc uendicant, qui sciunt quod omnes ferè nostris potius armis, quàm alienis perierimus: quiq; Romana arma uiderunt Cæsaream inhabitantes Iudæi, quorum feriato die sabbati inter solennes no strorum sacrorum cultus, multitudo gentilium Cæsariensium repentino quodam im petu, & misso desuper furore succensa, uiginti milia deleuit, omnes fugauit, ut totam ur bem exinaniret. Nonne Syriam totam quidem impleuit dementia, ut Iudæi atq; gentiles in iisdem urbibus siti, & incolatus gratia sibi prius nexi, postea inter se armis collide rent, quo Romanis uadum futuræ uictoriæ constitueretur? Nam quid de Scythopoli loquar, quo Iudæi primo contenderant, ut gentilem populum præuenirẽt, ne quid ad uersus nostros exemplo cæterarum urbium machinaretur? Itaq; quos par fuit coniun ctos aduersum alienigenas uiribus bello decernere, hæc è contrario aduersum se Iudæi decertauerunt, ut pars eorum aduersus cognatos & proximos suos præliaretur. Dein de ipsi pro pretio laboris, & impensi sanguinis à gentilibus perimerentur, quod pro hibuerunt fieri ipsi gentibus. Damascení nulla existente causa, octo milia Iudæorũ stra uerunt. Ascalonitæ duo milia quingentos. In urbe quoque cui Ptolemais nomen, cæsa duo milia. Alexandriæ uero uetus erat odium inter Iudæos & gẽtium populos, ex quo magnus Alexander usus est studio Iudæorum ad Aegyptios subiiciendos: unde condi ta urbe ex æquo Iudæis & Aegyptiis attributa priuilegia, & habitationes diuersæ, ne eo rum cultus permisceretur: qui purificationes suas sine ulla uolebant contagione seruа re. Hinc frequentes inter eos conflictus fuere, exorta iurgia, iudicium petitum. Nihil ta men ex tanti regis temeratum liquet fuisse beneficiis, sed postea à gentilibus exorto tu multu, cum Iudæorum necati aliqui, alii ad pœnam detinerentur: iniuria motum Iudæ orum populum aduersum autores iniuriæ insurrexisse: & cum pertinacius se de ciui bus ultum iri nellent, inductum exercitum Romanum, qui sexaginta Iudæorum milia intra urbem fuderit. Verum quid in leuioribus moror, cum excidium totius urbis in unius ciuitatis ruina deplorandum nobis sit? Vbi est maxima ciuitas Hierusalẽ? ubi de cora Sion? ubi templum mirabile? ubi secundum illud tabernaculum, sanctitatis, sacrari um? quo semel in anno solus princeps sacerdotum solebat intrare non sine sanguine, quem pro se offerret & populi delicto? Profanatum gentibus, habitant in reliquiis ur bis, qui eam destruxerunt. Vbi, inquam, es ciuitas referta populis, uenerabilis regibus, acceptabilis deo, gratiæ sedes? pauimenta tua de marmore, parietes tui fulgentes mar more, culmina tua pretioso splendebant marmore, portæ tuæ micantes auro, aliæ argen to renitentes. Omnes interfecti, & qui te iugiter inhabitabant & qui ad te & totius or bis terrarum partibus conueniebant, ut non dubium sit totum in te mundum periisse. Nudata omnia, à culminibus cremata, à fundamentis diruta: facta est habitatio tua deser ta, nec est q̃ in tabernaculis inhabitet, & adhuc quenq̃ uiuere libet, & non uixisse pœni tet? Duri oculi, qui hæc uidere possunt: immites animi qui uel possunt quod tantis supe sint doloribus, non quod defecerit clades, sed quod iam nulla requies. Quò enim circũ feramus oculos, aut quid decernere delectet? urbs tota sepulchrum mortuorum est, so læ spectantibus occurrunt fauillæ, uiæ uacuæ uiuentium, repletæ cadaueribus. Miseri se uiores ci

Vide supra ca. 53. alibi le ctione f. 72. fa. 2. uer. 9.

niores cinerulenta canicie, & scisso amicto supra reliquias mortuorum sedent, nuda te gentes ossa, quo defendant à uolatilibus ac bestiis. Mulieres paucæ incolumes, quas mi les impius ad turpitudinem non ad uitam seruauerit. Quis hæc uidens & de comperẽ dinatione uiuendi cogitans, audeat ad cœlũ leuare oculos? Quis sic immemor patriæ, hostis suos, pietatis alienus, expers dulcedinis, cuius tã semiuiri sit mollis spũs? Quis ita meticulosus, quẽ non pudeat his reseruatũ? Vtinam q̃dem olim defuncti essemus, aut si uita superesset, oculos lumen periisset, priusq̃ sanctam urbem dirutam hostiũ mani bus intueremur, templũq̃ hoc à maioribus nostris sacratũ deo, tam impie flãmis crema ri, aut sacerdotes in templo conspiceremus iacere interfectos. Emendemus ergo, q̃ his supuiximus malis, ut uideamur nõ uitæ studio distuliſſe mortẽ, sed uirtutis intentione. Circũuallauit hostis oñe munimentũ: nihil superest nisi aut nos, aut coniuges nostræ: iã ibi filios nostros in auctione constituũt, certantq̃ inter se, q̃s cuius abducat uxorẽ: utrũ p dignitatũ meritis pson̄æ ue ordinibus distribuendæ sint, an sortitus subire cogendi miserabiles: nobis quoq; parant̃ ꝓdigia pœnarum, tormenta exquisitissima: non solũ ardẽ tes flãmæ, aut diuersæ neces uictricis ictu securis: duro q̃dem post uincula, post carcerẽ, post iugum supplicio, sed tolerabiliore uiris, si ludibrio uacet, sed etiam auulsi artus ui uentibus, & præcipue truncatæ manus. Nec immerito, quia defuerũt suo muneri, cum possent sibi subuenire. Subeundi quoq; morsus ferarum ad uictorum spectaculũ, q̃d diuersis iam celebrat̃ arenis utbiũ: uel exemplo nobis debet esse pudendũ, uel uisu miserabile, ut reseruemur aut bestiis, aut fratribus præliaturi. Et id genus plena diffidentiæ & despe rationis. Alia multa ex quibus oñibus, cum Iudæi sibi manifeste iratũ ex rerum euentibus deũ cognouissent, non sicut deũ glorificauerũt, aut gratias egerũt, sed euanuerũt in co gitatiõibus suis, & obscuratũ est insipiens cor eorum, & eum qui ad oues tũ domus Israël perditas uenerat, oderunt: odientes crucifixerunt, & gloriã resurrectionis euacuare mo liti sunt. Nam si cognouissent, rei adeo nequaq̃ extitissent. Vnde ipse de eis dñs: Si non uenissem, & locutus eis fuissem, peccatũ non haberent. Nunc aũt & uiderunt, & oderũt & me & patrem meũ. Cognouerunt siquidem ex parte, quõ & dæmones, dicentes: sci mus q̃ sis filius dei: uidẽtes mirabilia, & audientes mirabiliora, sed non cognouerũt rei ueritatẽ: qa duricordes detrectauerũt credere. Si eñ credentes uere cognouissent, nunq̃ dñm gloriæ (ut ait Paulus) crucifixissent. Hinc ꝓpheta: Cognouit bos possessorem su um, & asinus præsepe dñi sui, Israël aũt me non cognouit. Quid per bouem, nisi prædi cator sanctus quisq; intelligit, in semine uerbi dei illaborans? quid per asinũ, nisi brutus gentium populus designat? qui audiens pastoris cuiuslibet prædicationẽ mox ad præse pe dñi cucurrit, ut pabulo uerbi dei adhæreret. Bene aũt post quadraginta, & duos ui tationis suæ annos, Israël à terra repromissionis exterminatur, quia post quadraginta egressionis ab Aegypto annos, in eam introductus perhibet; in quibus duas decalogi la pideas secundo suscepit tabulas, per quas præfigurat̃ biennium, ad euersionis numerũ destinatum: in q̃bus etiam maxime notanda est ænei serpentis exaltatio, cuius respectu quisq; moribundus uitæ restituebat̃. Sicut eñ illo temporis spatio, & manna pasti sunt, & per mediatorem Mosen, legem tabulis descriptam lapideis acceperunt, & qui in arti culo mortis serpentem non respexerunt exaltatũ, perierunt: sic intra hoc euersionis tps, uerũ manna (unde dictum fuerat, Ego sum panis uiuus, qui de cœlo & cætera) haurire salubriter renuentes, uerumq; mediatorem Christum Iesum, de quo præcinebat: Pro phetam uobis suscitabit dñs deus uester de fratribus uestris tanquã me ipsum audietis, quem si quis non audierit, exterminabit̃ de populo suo: Eiusq; legalia in seipso uera pe tra descripta sequi dissimulantes, exaltatum in cruce, & à mortuis surrexisse, sub articu lo miserrimæ euersionis credere respuentes, à terra repromissionis exterminati, perie runt: ut populus ille qui sedebat in tenebris, & habitabat in regione umbræ mortis, lu cem æternam uidens resurrectiõis, in eam cum plenitudine sua introeat, & sic reliquiæ Israël saluæ fiant, quatenus ex duobus parietibus, una conferat̃ in resurrectione ecclesia super illum lapidem angularem, qui faciet utraq; unum, dominum nostrum Christum Iesum, qui uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

FINIS.

Tabula prima Cõ cordantiarũ. Egesippi de excidio Hierosolymi.	
Lib.	Cap.
i	1
i	2
i	3
i	4
i	5
i	6
i	7
i	8
i	9
i	10
i	11
i	12
i	13
i	14
i	15
i	16
i	17
i	18
i	19
i	20
i	21
i	22
i	23
i	24
i	25
i	26
i	27
i	28
i	29
i	30
i	31
i	32
i	33
i	34
i	35
i	36
i	37
i	38
i	39
i	40
i	41
i	42
i	43
i	44
i	45
i	46

Tabula prima Cõ cordantiarum. Iosephi de bello Iudaico.	
Lib.	Cap.
i	1
i	2 2
i	3 3
i	4
i	4
i	5 5
i	6 7
i	8 8
i	9
i	10
i	11
i	11
i	11
i	12 12
i	83 13
i	14 15
i	16
i	16 17
i	16
i	17
i	17
i	17
i	17
i	18
i	19 20
i	20
i	20
i	21 21
i	22
i	23 24
i	24
i	25
i	26
i	27
i	27
i	27
i	27
i	27
i	27
i	27
i	27
i	27
i	27
i	27

Tabula prima Cõ cordantiarum. Iosephi in Antiqui. lib. de bello Iuda.	
Lib.	Cap.
12	6 7
12	8
13	1
13	13
13	14
13	15
13	17
13	18
13	19
13	20
13	21
13	23
14	1
14	2 3 4
14	4 5 6 7
14	8
14	8 9
14	10
14	11 12
14	13
14	14 15
14	16
14	16
14	17 18
14	18 19 20
14	20
14	21 22
14	23
14	24 25
14	26 27
15	4 5
15	6
15	7
15	8
15	9 10 11
15	3
15	2 3
16	1 8 9
15	9
16	13
16	17 19 20
17	1 2 3 4
17	5
17	5 6 7
17	8 9 10
17	11 12

Tabula tertia Con cordantiarum. Egesippi de excidio Hierosolymi.	
Lib.	Cap.
3	1
3	1
3	2
3	3
3	4
3	5
3	6
3	7
3	8
3	9
3	10
3	11
3	12
3	13
3	14
3	15
3	16
3	17
3	18
3	19
3	20
3	21
3	22
3	23
3	24
3	25
3	26

Tabula tertia Con cordantiarum. Iosephi de bello Iudaico.	
Lib.	Cap.
3	1
0	0
3	1
3	1
3	2
3	3
3	4
3	5 7 8 9
3	10
3	11
3	12 13
3	14 16
3	18
3	19
3	20 21
3	21
3	21
3	22
3	23
3	24
3	25
3	26 27
3	27
3	28
3	28 29
3	30
3	30
3	31 32

Tabula .II. Egesippi de excidio Hierosolymi.	
Lib.	Cap.
2	1
2	2
2	3
2	4
2	5
2	6
2	7
2	8
2	9
2	10
2	11
2	12
2	13
2	14
2	15
2	16
2	17
2	18

Tabula .II. Iosephi de bello Iudaico.	
Lib.	Cap.
2	1
2	2
2	3
0	0
2	3 4
2	4 5
2	9 10
2	11
2	11 12 14 15
2	17
2	18 19 20
2	21 24 25
0	0
0	0
2	26
2	26
2	27
2	28
2	28

Tabula .II. Iosephi in Antiqui. lib. de bello Iudai.	
Lib.	Cap.
17	16
17	17 18
18	7 8 9
18	10 14
18	15 16
19	12
20	15 19
20	17
20	18 19 20
0	0
20	22
8	0
0	0
20	22

Hucusq; Iosephꝰ in Anti. li. A duodeci. em̃ usq; ad. 20. p- segꝫ passim histo. excidij Hierosoly.

Tabula quarta Cõ cordantiarũ. Egesippi de excidio Hierosolymita.	
Lib.	Cap.
4	1
4	2
4	3
4	4
4	5
4	6
4	7
4	8
4	9
4	10
4	11
4	12
4	13
4	14
4	15
4	16
4	17
4	18
4	19
4	20
4	21
4	22
4	23
4	24
4	25
2	25
4	27
4	28
4	29
4	30
4	31
4	32
4	33

Tabula quarta Cõ cordantiarũ. Iosephi de bello Iudaico.	
Lib.	Cap.
4	1 2
4	3
4	5 6
4	7 4
0	8 9
4	9
4	10
4	11
5	1
5	2
5	3
5	4 5
5	6
5	7
5	8
5	8
5	9
5	10
5	11
5	12
5	13
5	14
5	15
5	15
5	17
5	18
5	19
5	20
5	21
5	21
5	22
5	23
5	24
5	25
5	26 27
5	27
5	28
5	28 29
5	30
5	30
5	31 32

Tabula qnta Con cordantiarũ. Egesippi de excidio Hierosolymi.	
Lib.	Cap.
5	1 2
5	2
5	3
5	4
5	5
5	6
5	7
5	8
5	9
5	10
5	11
5	12
5	13
5	14
5	15
5	16
5	17
5	18
5	19
5	20
5	21 21
5	22 22
5	23
5	24
5	25
5	26
5	27
5	28
5	29
5	30
5	31
5	32
5	33
5	34
5	34
5	35
5	35
5	37
5	38
5	39
5	40
5	41
5	42
5	43
5	44
5	44
5	45
5	46
5	47
5	48
5	49
5	50
5	51
5	52
5	53

Tabula qnta Con cordantiarũ. Iosephi de bello Iudaico.	
Lib.	Cap.
6	1 2
6	0
6	5
6	4
6	5
6	6 7
6	7
6	8 10
6	8 9
6	10
6	11 12
6	12 13 14
6	15
6	16
6	17
6	18
6	19
6	20
6	21
6	21
6	22 23 24
6	25 26
6	0
6	27
6	27
6	28
7	1
7	2
7	2
7	3
7	4
7	5
7	0
7	5
7	6
7	7
7	8
7	9
7	10
7	11 12
7	13
0	0
7	14 15
7	16
7	17
7	18
7	19
7	20 22
7	23
7	24 25 29
7	42
7	35
7	43 44
7	45
7	46

Excusum Coloniæ per Eucharium Cerui cornum, impensa & ære M. Godefridi Hittorpii, mense Martio.